This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



AA 6785

Digitized by Google

BIBLIOTHEQUE CANTONALE
LAUSANNE
ET UNIVERSITAIRE

Digitized by Google

Summa privilegii ab Auguſto Romanorum Imperatore obtenti.

LEOPOLDI, Romanorum Imperatoris, Regis Germaniæ, &c. Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, &c. Diplomate cautum eſt, ne quis in Imperio, Regnis, Ducatibus ſuis, aliisve locis ditioni ſuæ ſuppoſitis, intra viginti annorum ſpatium, à die editionis poſt impetratum privilegium primæ computandum, excudat, vendat, excudendos vendendosve quovis modo ac ratione conetur, libros antehac ab ARNOLDO CORVINO à BELDEREN J. V. Doctore & Reverendiſſimi Archiepiſcopi & Electoris Moguntini, &c. Conſiliario & Moguntiæ Profeſſore Ordinario editos, & in poſterum edendos; excepto eo, cui hoc conceſſerit dictus ARN. CORVINUS à BELDEREN; Sub pœnis in originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Viennæ, die decimâ tertiâ Martii, Anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo.

Sic ſignatum.

Ad mandat. S. C. M. propr.

Vt. Wildericus, Baro de Walderdorff. *J. Walderode.*

PERMISSIO.

DAt, vi Sacra Cæſarea Majeſtatis privilegii ipſi conceſſi, Dominis Ludovico & Danieli Elzevier *Typographis Amſtelodamenſibus Hollandis, facultatem denuo, & in octavo & duodecimo, excudendi Ius ſuum Canonicum per Aphoriſmos ſtrictim explicatum,*

Moguntiæ, 22 Iulii, Anno 1662. Arn. Corvinus à Belderen.

Digitized by Google

Cenſura & Facultas Ordinarii.

NOs infraſcripti relegimus Jus Canonicum per Aphoriſmos ſtrictim explicatum à Prænobili & Clariſſimo Domino Arnoldo Corvino à Belderen J. V. D. Eminentiſſimi & Celſiſſimi Archiepiſcopi ac Principis Electoris Moguntini Conſiliario, & in Academia Moguntina Profeſſore Ordinario antehac editum, in quo cum nihil occurrat aut fidei Catholicæ aut bonis moribus adverſum, permittitur, ut quemadmodum ab Auctore reviſum eſt, ad utilitatem publicam imprimatur. Moguntiæ, 8 Julii, 1662.

P. de Waalenburch, Ep. Myſ. Suffrag. & Pro-Vicar.

Adolphus Godefridus Voluſius, D. Conſiliarius & Sigillifer Mogunt.

Digitized by Google

Clariſſimo, Conſultiſſimo viro,

D. JOAN. à BANCHEM, J. U. D.

Reipublicæ Leydenſis Exgraphiario, Cognato honorando.

S*Tudii noſtri primitias dicamus tibi; tuoque ſubjicimus judicio. Quippe, ex ſingulari tua noſtræ profeſſionis ſcientia, & erga illam amore, nec æquiorem judicem arbitramur, nec ſeveriorem. Hæ ſi tibi probantur, & aliorum æqua exſpectamus judicia. Nec tamen ignoramus, quantum ſit juveni aliquid in publicum dare, & quam difficile omnibus probari. Sunt qui annales leges volunt eandem obtinere vim in ſcribendo de jure, quam jure obtinent in petendo magiſtratu. Nullâ, ut judicamus, ratione. Iniquum enim à diligentia numerum annorum exigere, & computare annos, non quibus ſtuduimus, ſed quibus viximus. Præcipuè cum facilè, ut in viti-*

bus, ita & in præcocibus ingeniis, revocentur ea quæ ſeſe nimium profuderunt. Quicquid ſit, ſemper in animum induximus, aliis methodum quâ profecerimus, non indicare, eſſe hominis invidi, & ignorantis quibus natus ſit. Equidem nec nobis tantum naſcimur, ſed & Reipublicæ. Cui, pro ingenii mediocritate, inſerviendo nos probare volentes, ſuaſu, imò & juſſu parentis edimus hoc opuſculum, potiſſimum ex Weſenbecio, & præterea Cujacio, Duareno, Pacio, aliiſque, à nobis concinnatum. Accipe illud, Cognate honorande, & non ex mole, ſed animo dicantis æſtima.

Amſtelodami, xv Calendas Septembris, Anno cIↄ Iↄc xlii.

Tuus totus

Arn. Corvinus
à Belderen, J.C.

Digitized by Google

TITULI DIGESTORUM PER APHORISMOS

Strictim explicatorum

Iuxta ordinem alphabeticum indicati.

Prior numerus librum, poſterior titulum ſignificat.

A. lib. tit.

De A Bigeis 74. 14
Acceptilatione 46. 4
Accuſationibus & inſcriptionibus 48. 2
Acquirenda vel amittenda hæreditate 29. 2
Acquirenda vel amittenda poſſeſſione 41. 2
Acquirendo rerum dominio 41. 1
Actione rerum amotarum 25. 2
Actionibus empti venditi 19. 1
Actionibus & obligationibus 44. 7
Ademptione libertatis 40. 6
Ad exhibendum 10. 4
Adimendis legatis, &c. 34. 4
Ad legem Aquiliam 9. 2
Ad legem Corneliam de falſis 48. 10
Ad legem Corneliam de ſicariis 48. 8
Ad legem Falcidiam 35. 2
Ad legem Flaviam de plagiariis 48. 15
Ad legem Juliam de adulteriis, &c. 48. 5
Ad legem Juliam de ambitu 48. 14
Ad legem Juliam de annona 48. 12
Ad legem Juliam de vi privata 48. 7
Ad legem Juliam de vi publica. 48. 6
Ad legem Juliam majeſtatis 48. 4
Ad legem Juliam peculatus, &c. 48. 13
Ad legem Juliam repetundarum 48. 11
Ad legem Pompeiam de parricidiis 48. 9
Ad legem Rhodiam de jactu 14. 2
Adminiſtratione & periculo tutorum 26. 7
Adminiſtratione rerum ad civitates pertinentium 50. 8
Ad municipalem & de incolis 50. 1
Adoptionibus & emancipationibus, &c. 1. 7

Ad SCtum Macedonianum 14. 6
Ad SCtum Syllanianum 29. 5
Ad SCtum Tertyllianum 38. 17
Ad SCtum Trebellianum 36. 1
Ad SCtum Turpillianum 48. 16
Ad SCtum Velleianum 16. 1
Ædilitio Edicto & redhibitoria 21. 1
Æſtimatoria actione 19. 3
Agnoſcendis & alendis liberis, &c. 25. 3
Albo ſcribendo 50. 3
Aleæ luſu & aleatoribus 11. 5
Alienatione judicii mutandi cauſa facta 4. 7
Alimentis & cibariis legatis 34. 1
Annuis legatis & fideicommiſſis 33. 1
An per alium cauſæ appellationis reddi poſſint 49. 9
Appellationibus & relationibus 49. 1
Appellationibus recipiendis, vel non 49. 5
Apud eum, à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum 49. 12
Aqua pluvia arcenda: vel aqua & aquæ pluviæ 39. 3
Aqua quotidiana & æſtiva 43. 20
A quibus appellari non licet 49. 2
A quo appellet quis 49. 3
Arboribus cædendis 43. 27
Arborum furtim cæſarum 47. 7
Aſſignandis libertis 38. 4
Auro & argento, &c. legato 34. 2
Auctoritate & conſenſu tutorum, &c. 26. 8

B.

Bonorum poſſeſſione contra tabulas 37. 4
Bonorum poſſeſſ. ex teſtamento militis 37. 13
Bonorum poſſeſſ. furioſo, infanti, &c. competente 37. 3
Bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas 37. 11
Bonorum poſſeſſionibus 37. 1
Bonis damnatorum 48. 20
Bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi conſciverunt 48. 21
Bonis libertorum 38. 2

C.

Cadaveribus punitorum 48. 24
Calumniatoribus 3. 6
Capite minutis 4. 5
Captivis & poſtliminio reverſis 49. 15
Carboniano Edicto 37. 10
Caſtrenſi peculio 49. 17
Cenſibus 50. 15
Certi condictione 12. 1
Ceſſione bonorum 42. 3
Cloacis 43. 23
Collatione bonorum 37. 6
Collatione dotis 37. 7
Collegiis & corporibus 47. 22
Colluſione detegenda 40. 16
Commodati, vel contra 13. 6
Communia prædiorum, &c. 8. 4
Communi dividundo 10. 3
Compenſationibus 16. 2

Con-

Concubinis 25.7
Concuſſionibus 47.13
Condictione cauſa data, cauſa non ſecuta 12.4
Condictione ex lege 13.2
Condictione furtiva 13.1
Condictione indebiti 12.6
Condictione ob turpem cauſam 12.5
Condictione ſine cauſa 12.7
Condictione triticiaria 13.3
Conditionibus & demonſtrationibus, &c. 35.1
Conditionibus inſtitutionum 28.7
Confeſſis 42.2
Confirmando tutore vel curatore 26.3
Conjungendis cum emancipato liberis 37.8
Conſtituta pecunia 13.5
Conſtitutionibus Principum 1.4
Contrahenda emptione & venditione, &c. 18.1
Contraria & utili tutelæ actione 27.4
Crimine expilatæ hæreditatis 47.19
Crimine ſtellionatus 47.20
Curatore bonis dando 42.8
Curatoribus furioſo vel aliis extra minores dandis 27.10
Cuſtodia & exhibitione reorum 48.3

D.

Damno infecto & de ſuggrundis & protectionibus 39.2
Decretis ab ordine faciendis 50.9
Decurionibus & filiis eorum 50.2
Depoſiti vel contra 16.3
Diſtractione pignorum & hypothecarum 20.5
Diverſis regulis juris antiqui 50.17
Diverſis temporalibus præſcriptionibus 44.3
Diviſione rerum & qualitate 1.8
Divortiis & repudiis 24.2
Doli mali & metus exceptione 24.4
Dolo malo 4.3
Donationibus 39.5
Donationibus cauſa mortis & capionibus 39.6
Donationibus inter virum & uxorem 24.1
Dote prælegata 33.4
Dotis collatione 37.7
Duobus reis conſtituendis 45.2

E.

Edendo 2.13
Effractoribus, & expilatoribus 47.18
Eo per quem factum erit quo minus in judicio ſiſtat 2.10
Eo qui pro tutore prove curatore negotia geſſit 27.5
Eo quod certo loco dari oportet 13.4
Eum qui appellaverit, in provincia defendi 49.11
Evictionibus, & duplæ ſtipulatione 21.2
Exceptionibus, præſcriptionibus & præjudiciis 44.1
Exceptione rei judicatæ 44.2
Exceptione rei venditæ & traditæ 21.3
Excuſationibus tutorum, &c. 27.1

Exercitoria actione 14. 1
Expilatæ hæreditatis 47. 19
Ex quibus cauſis majores 25 annis in integrum reſtituantur 4. 6
Ex quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur 20. 2
Extraordinariis cognitionibus, & ſi Judex litem ſuam feciſſe dicetur 50. 13
Extraordinariis criminibus 47. 11

F.

FAmiliæ erciſcundæ 10. 2
Feriis & dilationibus, &c. 2. 12
Fideicommiſſaria hæreditatis petitione 5. 6
Fideicommiſſariis libertatibus 40. 5
Fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum 22. 4
Fidejuſſoribus & mandatoribus 46. 1
Fidejuſſoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorum & curatorum 27. 7
Finium regundorum 10. 1
Fluminibus, ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo pejus navigetur 43. 12
Fonte 43. 23
Fugitivis 11. 4
Fundo dotali 29. 5
Fundo inſtructo, vel inſtrumento legato 33. 7
Furibus balneariis 47. 17
Furtis 47. 2
Furti adverſus nautas, caupones & ſtabularios 47. 5

G.

GLande legenda 43. 28
Gradibus & adfinibus & nominibus eorum 38. 2

H.

HÆredibus inſtituendis 28. 5.
Hæreditatis petitione 5. 3
Hæreditate vel actione vendita 18. 4
His quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur. 28. 4
His quæ pœnæ cauſa relinquuntur 34. 6
His quæ pro non ſcriptis habentur 34. 8
His quæ ut indignis auferuntur 34. 9
His qui effuderint vel dejecerint 9. 3
His qui notantur infamia 3. 2
His qui ſui vel alieni juris ſunt 1. 6
Homine libero exhibendo 43. 20

I.

IMpenſis in res dotales factis 25. 1
Incendio, ruina, naufragio, nave, rate expugnata 47. 9
In diem addictione 18. 2
In integrum reſtitutionibus 4. 1
Injuriis & famoſis libellis 47. 10
Injuſto, rupto, irrito facto teſtamento 28. 3
In jus vocando 2. 4
In jus vocati ut eant, aut ſatis

ſatis vel cautum dent 2. 6
In litem jurando 12. 3
Inofficioſo teſtamento 5.2
In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur. 20.2
In rem verſo. 15. 3
Inſpiciendo ventre, cuſtodiendoque partu 25. 4
Inſtitoria actione 14. 3
Inſtructo, vel inſtrumento legato 33. 7
Interdictis, & relegatis, & deportatis 48. 22
Interdictis, ſive extraordinariis actionibus 43. 8
Interrogationibus in Jure faciendis, & interrogatoriis actionibus 11. 1
Itinere, actuque privato 43. 18
Judicatum ſolvi 46. 7
Judiciis, &c. 5. 1
Jure aureorum annulorum 40. 10
Jure codicillorum 29. 7
Jure deliberandi 28. 8
Jure dotium 23. 3
Jure fiſci 49. 14
Jure immunitatis 50. 6
Jurejurando ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive Judiciali 12. 2
Jure patronatus 37. 14
Juris & facti ignorantia 22. 6
Juriſdictione 2. 1
Juſtitia, & Jure 1. 1

L.

Legationibus 50 6
Legatis & fideicommiſſis primo 30. 1
Legatis & fideicommiſſis ſecundo 31. 1
Legatis & fideicommiſſis tertio 32. 1
Legatis præſtandis, contra tabulas bonorum poſſeſſione petita 37. 5
Lege commiſſoria 18. 3
Legibus, Senatuſque conſultis, & longa conſuetudine 1. 3
Legitimis tutoribus 26. 4
Libellis dimiſſoriis 49. 6
Liberali cauſa 40. 12
Liberatione legata 34. 3
Liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis 28. 2
Liberis exhibendis, item ducendis 43. 30
Libero homine exhibendo 43. 29
Libertis univerſitatum 38. 3
Litigioſis 44. 6
Locati conducti 19. 1
Loco publico fruendo 43. 9
Locis & itineribus publicis 43. 7

M.

Magiſtratibus conveniendis, &c. 27. 8
Mandati, vel contra 17. 1
Manumiſſis teſtamento 40. 4
Manumiſſis vindicta 40. 2
Manumiſſionibus 40. 1
Manumiſſionibus, quæ ſervis ad univerſitatem pertinentibus imponuntur 40. 3
Migrando 43. 32
Militari teſtamento 29. 1
Minoribus 25 annis 4. 4
Mortis cauſa donationibus, & capionibus 19. 6
Mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando 11. 8
Muneribus & honoribus 50. 4

N. Na-

Digitized by Google

N.

Natalibus reſtituendis 40. 11
Nautæ, caupones, ſtabularii, recepta reſtituant 4. 9
Nautico fœnore 22. 2
Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur 40. 15
Negociis geſtis 3. 35
Ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, &c. 43. 12
Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æſtate fluxerit 43. 3
Ne quid in loco ſacro fiat 43. 6
Ne quid in loco publico vel itinere fiat 43. 8
Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat 2. 7
Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus erit 43. 4
Nihil innovari appellatione interpoſita 49. 7
Novationibus, & delegationibus 46. 2
Novi operis nunciatione 39. 1
Noxalibus actionibus 9. 4
Nundinis 50. 11

O.

Obligationibus & actionibus 44. 7
Obſequiis Parentibus & Patronis præſtandis 37. 15
Officio aſſeſſorum 1. 22
Officio Conſulis 1. 10
Officio ejus cui mandata eſt Juriſdictio 1. 21
Officio Juridici Alexandriæ 1. 20
Officio præfecti Auguſtalis 1. 17
Officio præfecti prætorio 1. 11
Officio præfecti vigilum 1. 15
Officio præfecti urbi 1. 12
Officio præſidis 1. 18
Officio prætorum 1. 14
Officio proconſulis, & legati 1. 16
Officio procuratoris Cæſaris, vel rationalis 1. 19
Officio quæſtoris 1. 13
Operis libertorum 31. 10
Operis novi nunciatione 39. 1
Operis ſervorum 7. 7
Operibus publicis 50. 10
Optione & electione legata 33. 5
Origine Juris, & omnium magiſtratuum & ſucceſſione prudentium 1. 2

P.

Pactis 2. 14
Pactis dotalibus 23. 4
Peculio 15. 1.
Peculio legato 33. 8
Pecunia conſtituta 15. 5
Penu legata 33. 9
Periculo & commodo rei venditæ 18. 6
Petitione hæreditatis 5. 3
Pignoratitia actione, vel contra 13. 7
Pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum 20. 1
Pœnis 48. 19
Pollicitationibus 50. 12
Popularibus actionibus 47. 23.

Digitized by Google

Poſſeſſoria hæreditatis petitione 5.5.
Poſtulando 3.1
Præſcriptis verbis, & in factum actionibus 19.5
Prætoriis ſtipulationibus 46.5.
Prævaricatione 47.15
Precario 43.26
Privatis delictis 47.1
Privilegiis creditorum 42.6
Probationibus & præſumptionibus 22.3.
Procuratoribus & defenſoribus 3.3.
Pro derelicto 41.47.
Pro donato 41.6
Pro dote 41.9
Pro emptore 41.4
Pro hærede, pro poſſeſſore 41.5
Pro legato 41.8
Pro ſocio 17.2
Pro ſoluto 41.4
Pro ſuo 41.10
Proxeneticis 50.14
Publiciana in rem actione 6.2
Publicis Judiciis 48.1
Publicanis, &c. 39.4

Q.

QUæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur 43.8
Quæ res pignori vel hypothecæ datæ, obligari non poſſunt 20.3
Quæſtionibus 48.18
Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur 49.8
Quando appellandum ſit, &c. 49.4
Quando de peculio actio annalis eſt 15.2
Quando dies legatorum, vel fideicommiſſorum cedat 36.2
Quando dies uſusfructus legati cedit 7.3
Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere, vel conveniri poſſunt 26.1
Quarum rerum actio non datur 44.5
Quemadmodum ſervitutes amittuntur 8.6
Quemadmodum teſtamenta aperiantur, &c. 29.3
Quibus ad libertatem proclamare non licet 40.13
Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur 42.4
Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur 20.6
Quibus modis uſusfructus, vel uſus amittitur 7.4
Quibus non competat bonorum poſſeſſio 36.3
Quibus rebus ad eundem Judicem eatur 11.2
Qui, & à quibus manumiſſi, liberi non fiant, &c. 40.9
Qui petant tutores vel curatores, & ubi petantur 26.6
Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, &c. 20.4
Qui ſatiſdare cogantur, vel jurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur. 2.8
Qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt 40.8
Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant 28.1
Quis à quo appelletur 49.3
Quis ordo in bonorum poſſeſſion. ſervetur 38.15
Quod cujuſque univerſitatis nomine, vel contra eam

Digitized by Google

eam agatur 3.4
Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur 14.5
Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicetur 27.6
Quod juſſu 15.4
Quod legatorum 43.3
Quod metus cauſa geſtum erit 4.2
Quod quiſque Juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem Jure utatur 2.2
Quod vi, aut clam 43.24
Quorum bonorum 43.2

R.

Ratam rem haberi, & de ratihabitione 46.8
Rebus auctoritate judicis poſſidendis, vel vendendis 42.5
Rebus creditis, ſi certum petatur, & de condictione 12.1
Rebus dubiis 34.5
Rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis 27.9
Receptatoribus 47.16
Receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant 4.8
Regula Catoniana 34.7
Rei vindicatione 6.1
Re judicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus 49.1
Re militari 49.16
Religioſis, & ſumptibus funerum, & ut funus ducere liceat 11.7
Remiſſionibus 43.25
Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore 46.6
Requirendis vel abſentibus damnandis 48.17
Rerum amotarum actione 25.2
Rerum diviſione & qualitate 1.8
Rerum permutatione 19.4
Reſcindenda venditione, & quando licet ab emptione diſcedere 18.5
Ripa munienda 43.15
Ritu nuptiarum 23.2
Rivis 43.21

S.

Salviano interdicto 43.33
Senatoribus 1.9
Senatuſconſulto Macedoniano 14.6
Senatuſconſulto Silaniano, & Claudiano, quorum teſtamenta ne aperiantur 29.5
Sententiam paſſis & reſtitutis 48.23
Separationibus 42.7
Sepulchro violato 47.12
Servis exportandis, vel ſi ita mancipium venierit ut manumittatur, vel contra 18.7
Servis fugitivis 11.14
Servitute legata 33.3
Servitutibus 8.1
Servitutibus prædiorum ruſticorum 8.3
Servitutibus prædiorum urbanorum 8.2
Servo corrupto 11.3
Si à parente quis manumiſſus ſit 37.12
Si ager vectigalis, id eſt, emphiteuticarius petatur 6.3
Si certum petetur, de rebus creditis, & de condictione 12.1

Si

Digitized by Google

Si cui plus quam per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur 35.3
Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caveatur 2.9
Si familia furtum feciſſe dicetur 47.6
Si ingenuus eſſe dicetur 40.14
Si qui teſtamento liber eſſe juſſus erit poſt mortem domini ante aditam hæreditatem ſurripuiſſe, aut corrupiſſe quid dicatur 47.4
Si menſor falſum modum dixerit 11.6
Si mulier ventris nomine in poſſeſſione, calumniæ cauſa, eſſe dicetur 25.6.
Si pars hæreditatis petatur 5.4
Si pendente appellatione mors intervenerit 49.13
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicetur 9.1
Si quid in fraudem patroni factum ſit 38.5
Si quis aliquem teſtari prohibuerit vel coëgerit 29.6
Si quis cautionibus in Judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit 2.11
Si quis in jus vocatus non ierit, ſive quis eum vocaverit quem ex edicto non debuerit. 2.5
Si quis jus dicenti non obtemperaverit 2.3
Si quis omiſſa cauſſa teſtamenti ab inteſtato vel alio modo poſſideat hæreditatem 29.4
Si ſervitus vindicetur vel ad alium pertinere negetur 8.5
Si tabulæ teſtamenti extabunt 37.2
Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, unde liberi 38.6
Si tutor, vel curator vel magiſtratus creatus, appellaverit 49.10
Si ventris nomine mulier in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur 25.5
Si uſusfructus petatur vel ad alium pertinere negetur 7.6
Solutionibus & liberationibus 46.3
Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur 24.3
Sponſalibus 23.1
Statu hominum 1.5
Statuliberis 40.7
Stellionatus 47.20
Stipulationibus prætoriis 46.5
Stipulatione ſervorum 45.3
Succeſſorio edicto 38.9
Suis & legitimis hæredibus 38.16
Supellectile legata 33.10
Superficiebus 43.8
Suſpectis tutoribus & curatoribus 26.10

T.

TAbulis exhibendis 43.5
Termino moto 47.21
Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur 29.3
Teſtamentaria tutela 26.2
Teſtamento militis 29.1
Teſtibus 22.5
Tigno juncto 47.3
Tranſactionibus 2.15
Tributoria actione 14.4

Tritico,

Digitized by Google

Tritico, vino vel oleo legato 33.6
Tutelæ, & rationibus diſtrahendis, & utili curationis cauſa actione 27.3
Tutelis 26.1
Tutoribus & curatoribus datis ab his, qui jus dandi habent; & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt 26.5

V.

Vacatione & excuſatione munerum 50.5
Variis extraordinariis cognitionibus ibid.
Ubi pupillus educari, vel morari debeat, & de alimentis ei præſtandis 27.2
Ventre in poſſeſſionem mittendo, & curatore ejus 37.9
Ventre inſpiciendo 25.4
Verborum obligationibus 45.1
Verborum ſignificatione 50.16
Veteranis 49.18
Veteranorum, & militum ſucceſſione 38.12
Via publica, & itinere publico reficiendo 43.11
Via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur 43.10
Vi bonorum raptorum & de turba 47.8
Vi & vi armata 43.16
Unde cognati 38.8
Unde legitimi 38.7
Unde liberi 38.6
Unde vir & uxor 38.11
Uſu & habitatione 7.8
Uſu & uſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fidei-commiſſum datis 33.2
Uſufructu accreſcendo 7.2.
Uſufructuarius quemadmodum caveat 7.9
Uſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur, vel minuuntur 7.5
Uſufructu, & quemadmodum quis utatur, fruatur 7.1
Uſuris & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus & mora 22.1
Uſurpationibus, & uſucapionibus 41.3
Ut ex legibus, Senatuſve conſulti poſſeſſio detur 38.14
Ut in flumine publico navigare liceat 43.14
Ut in poſſeſſionem legatorum vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſa eſſe liceat 36.4
Uti poſſidetis 43.17
Ut legatorum vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſa caveatur 36.3
Utrubi 43.31
Vulgari & pupillari ſubſtitutione 28.6

FINIS.

ARNOLDI CORVINI
A BELDEREN ICti
DIGÆSTORUM
PER
APHORISMOS
STRICTIM
Explicatorum
PARS I. LIBER I.

De Juſtitia & Iure.

TIT. I.

DIſſerunt Iuriſconſulti initiò de juſtitia, tanquam fine artis: tum in genere de principiis, partibus ac ſpeciebus juris: quæ viæ ſunt, quibus ad juſtitiam itur; primaque elementa ac fundamenta, undè per compoſitionem paulatim progrediendo, juris ars extruitur.

Iuſtitiam ab eo dictam cenſet Alciatus *Parerg. lib.* 1. *c.* 29. quod vim ſiſtat: Hotomannus *in Inſt. tit.* 1. quod in ea jus ſiſtatur: *ex Iſidoro, c. forus. de V. S.* quaſi juris ſtatus, quod in ea jus conſiſtat. Simplicius eſt dicere, à jure juſtum; juſtitiam à juſto juſti eſſe, additâ particulâ *tia*.

Iuſtitiæ vox, hac in diſputatione legali & politica, legaliter accipi debet: videlicet de juſtitia operum, ſeu obedientia ſuperiori debita, ſive de ordine, quo, quæ inferiora ſunt, ſuperiori parent & obſequuntur.

Vt injuſtitia duplex eſt, ſic & juſtitia, hac in ſignificatione, bivariam accipitur: alia enim perhibetur eſſe injuſtitia univerſalis; quæ eſt inobedien-

Digitized by Google

tia & contumacia univerſalis, contemtuſque omnium ex æquo legum: Alia injuſtitia particularis, eſt defraudatio reſtrictior, & etiam in his eſſe poteſt, qui aliàs juſti perhibentur.

Eâdem ratione vocabulum juſtitiæ duobus modis accipitur.

Primò pro juſtitia univerſali: quæ eſt obedientia univerſalis erga omnes leges, divinas & humanas, naturales & civiles; opponitur peccato. *Pſal.* 119. *Rom.* 1. & 2. 1 *Ioh.* 3.

Secundò pro juſtitia particulari; quæ tuetur perſonarum ordinem, vel efficit æqualitatem in contractibus.

Eſt enim ordinatio Hominis circa ea quæ ſunt ad alterum hominem, & quidem immediate, in tribuendo unicuique quod ſuum.

Iuſtitia univerſalis, pro triplici hominis ordine atque reſpectu; trivariam definiri ſolet. Vide *S. Paul. epiſt. ad Titum c.* 2. *v.* 12.

Primus eſt ordo hominis erga Dei cultum.

Qua in parte juſtitia univerſalis ita definiri ſolet, ut ſit obedientia omnium in homine virium neceſſariò præſtanda Deo conditori juxta omnes leges.

Eſt hæc juſtitia ſpiritualis; & pietas abſoluta nominari poteſt: quæ peractâ demum hac mortalitate, in beatis angelis & hominibus, ad omnem æternitatem eſt effulſura.

Alter ordo eſt hominis erga ſe ipſum.

Hoc reſpectu juſtitia non multum à virtute, & habitu virium interiorum ordinato differt: niſi quod virtus abſolutè ponitur; juſtitia relatè. *Vide Ariſtot. lib.* 5 *Ethic. cap.* 3. 16.

Tertius ordo eſt politicus, quo homo (utpote civili vitæ natus) ad leges, ad magiſtratus, ad concives, ad ſuos, ad omnes denique Reipublicæ partes, veluti civis & homo politicus adaptatur. *vid. Ariſtot. lib.* 5 *Ethic. c. ult. Cicer. lib.* 1 *de legib.*

In hac conſideratione juſtitia idem eſt cum diſciplina externa: quæ eſt ordo vitæ, cavens ne quis in legum præcepta committat.

Leges enim tantum externam obedientiam, non mentis,

mentis, aut voluntatis, aut cordis ordinatam diſpoſitionem requirunt. *l.* 18. *ff. de pœnis.*

Hujus Iuſtitiæ, (ſicut & legum ipſarum) duæ ſunt partes: videlicet faciendorum juſſus, & non committendorum prohibitio. Quomodò videre licet etiam in Sacris Literis, hæc duo conjunctim perpetuo præcipi. *vid. Pſal.* 34. *verſ.* 15. *& Eſai. cap.* 16.

Iuſtitia particularis, (ſic dicta quia quodammodo pars eſt illius juſtitiæ univerſalis. *Ariſtot. lib.* 5 *Ethic. c.*3.4.5.) eſt conſtans & perpetua voluntas, jus ſuum cuique tribuens. *l. juſtitia.* 10. *hic.*

Conſtans & perpetua voluntas: ſignificat habitum, ſeu firmum propoſitum, quo ad id quod perpetua & conſtans præſcribit ratio, firmiter & conſtanter movemur. Non enim tam juſtus eſt qui juſta facit (Quid enim ſi caſu faciat?), quam qui conſtanter & firmo animi propoſito ea facit.

Et ſic Iuriſprudentia à Iuſtitia diſtinguitur. Illa enim non voluntatis, ut Iuſtitia; ſed intellectus eſt habitus; non ab hoc, ſed ab illo quis denominatur Iuſtus. *Zoeſ. hic. num.*8.

Ius ſuum cuique tribuens: eſt, ſervans æqualitatem cum cæteris hominibus, & debitum cuique reddens: *D. Paul. Epiſt. ad Rom. c.*13.*v.*7. ſive puta ſit præmium, ſive pœna, ſive debitum privatum. *Cic.* 3 *ad Herenn.*

Addita eſt particula, *Cuique*, diſtinguens juſtitiam à liberalitate; quæ tribuit debitum ſpeciei: hoc eſt, communi hominum ſocietati officia præſtat humanitatis, etiam non debita. At juſtitia cuique, hoc eſt, ſingulis individuis tribuit ſuum: nempe, debitum & conveniens, vel lege naturæ; vel jure civili.

Species hujus juſtitiæ, duæ ſunt: Diſtributiva & Commutativa.

Vtraque hic definitur: Illa tanquam ad jus publicum: Hæc tanquam ad privatum pertinens.

Ex quo fit, ut alia æqualitas in ordinandis perſonis, alia in rerum commutatione obſervetur.

In perſonis obſervatur medietas quoad nos, ſeu per-

perſonalis, ſimilis proportioni Geometricæ. In rebus, medietas rerum, ſimilis analogiæ Arithmeticæ quæritur.

Vt igitur hæc commutatio juſta ſit, opus eſt, rerum ab utraque parte æqualitatem adeſſe, numero, pondere & menſura exæquatam: alioquin alteruter contrahentium injuria afficietur, & damnum facturus eſt.

Rerum æqualitas eadem eſt, & una Arithmetica proportione definitur.

Quâ in rerum commutatione utendum, *per l. 2. C. de reſcind. vend. l. 3. C. com. utr. jud.*

Iuſtitia Diſtributiva, eſt æqualis publicarum rerum omnium, munerum, præmiorum, pœnarum, &c. inter perſonas, pro cujuſque merito, congruentia & dignitate, (& ſic proportione Geometrica) diſtributio. *l. ult. C. de ſtat. & imag.*

Commutativa Iuſtitia, eſt virtus συναλλακτικὴ, in commutatione rerum familiarium & privatarum, ac patrimonii cujuſque, cæteriſque contractibus privatorum æqualitatem, proportione Arithmeticâ, obſervans. Vel brevius: Eſt juſta commutationis rerum in contractibus privatorum ordinatio.

Quæ ſolam rerum æqualitatem conſiderat. *Covar. in c. peccatum. §. 17. nu. 1. 2. de reg. jur. in 6.*

Ius à juſſu, ſeu jubendo dictum videtur. *Rodolph. Agric. de Invent. lib. 1.*

Iuris nomen variè, *l. pen. l. fin. hic.* in hoc tractatu trivariam accipitur. 1. Pro Iure Naturali, quod nobiſcum naſcitur. *l. 2. De ll. l. omnes. l. pen. h. t.* 2. Pro qualicunque jure, poſitivo, ſeu civili: *l. 1. De ll. d. l. omnes. §. 2. Inſt. De I. N. G. & Civ.* 3. Propriè pro jure Romano. *§. ſed jus. Inſt. eod.*

Iuri, hoc eſt, Iuriſprudentiæ Romanæ operam daturum, noſſe oportet, unde nomen juris deſcendat: quod eſt à juſtitia, *l. 1. hic.* cujus quædam ars eſt, & doctrina.

Ius enim eſt ars boni & æqui. *d. l. 1.*

Ars, hoc eſt, ſcientia ſeu doctrina, vitæ utilis, quæ exercitatione addiſcitur, partim ex demonſtrationibus

Digitized by Google

nibus principiorum practicorum, partim probabilibus rationibus, collecta.

Æquum & Bonum pro exacta, & omnibus numeris abſoluta æquitate, ſeu pro generali quadam juſtitiæ atque æquitatis nomine accipitur. *l.32. ff. ſi cert. pet. l. 18. De Ædil. Edict. l. 16. de cond. & demonſt. l. 2. in fin. De O. & A.*

Poteſt Bonum ad univerſalem juſtitiam, Æquum ad particularem referri.

Sed & Æquum de eo intelligi poteſt, quod natura tale eſt: æquitatis enim nomen, de jure naturali accipitur. *L. pen. hic.* Bonum dici illud poteſt, quod bonum & utile eſt in ſocietate civili, quamvis interdum nonnihil in ſpeciem ab illa naturali æquitate deflectat. *arg. l. hac lege. C. de pac. conv. l. 6. hoc tit. & Pater in Inſt. Enchir. Inſt. hic.*

Ius ſeu Iuriſprudentia, etiam definitur divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia. *l. 10. in fin. h. t.*

Notitia: quia ex principiis & notitiis naturalibus magna parte conſtat.

Scientia ἐν πλάτει, hic, eſt pars; quoniam non ſolo communi ſenſu, & naturali ratiocinatione mentis percipitur, ſed etiam quadam doctrina omnium artium, & præceptis civilis prudentiæ continetur.

Additur *notitia rerum, tam divinarum, quam humanarum, omnis juſti atque injuſti ſcientia & cognitio.* Nam Iuriſprudentia, ut perfecta ſit, ex omnium rerum atque artium cognitione extruenda eſt, ſecundum Weſenbecium hic. Sed non recte. Per res enim divinas non intelligit ICtus encyclopædiam, hoc eſt, concentum doctrinarum omnium, ſed jus publicum & privatum: quorum illud in divinis rebus; id eſt, ſacris, ſacerdotibus & Magiſtratibus, hoc in humanis, quæ ad ſingulorum utilitatem pertinent, conſiſtit. *l. 1. §. 2. hic.*

Hujus enim ſtudii duæ ſunt poſitiones.

Aliud publicum jus; quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat: aliud privatum; quod ad ſingulorum utilitatem pertinet. *l. 1. §. hujus. h. t.*

Hæc eo differunt, quod jus Publicum magnâ ſui

Digitized by Google

parte non aliunde ex præceptis naturæ, vel gentium, vel civilibus ſit deductum; (ut privatum) ſed conſtitutum pro uſu & commodo Reipublicæ Romanæ.

Ius enim publicum hic intelligimus, non reſpectu formæ, quod publicè conſtitutum eſt, ſed ratione objecti, & finis, quod ad Sacra, ſacerdotes, ad leges, magiſtratus, aliaque jura publica moderanda refertur & collimat. *l.* 1. §. 2. *hic.*

Hoc cum arcana ſpectet Imperii, incognitum eſt, minuſque in uſu neceſſarium; *Cicer. lib.* 1 *de legib.* Vnde hic tantum de jure privato, quod ad ſingulorum res pertinet, agitur. §. 4. *Inſt. hic.*

Quod in reddendo cuique quod ſuum eſt, verſatur; & eo ad normam æqualitatis & juſtitiæ congruere oportet.

Norma æqualitatis, ſive æquitatis, eoque juris, triplex eſt: alia, ex affectione, & quadam ϛοργῇ communis naturæ: alia, ratione & ſenſu hominum communi: alia, præceptis inſtitutiſque civilibus dijudicatur.

Hinc ortum triplex jus privatum: unum Naturale; alterum Gentium: tertium Civile. *d. l.* 1. §. 2.

Diviſio ea non inconcinna, ſi eam cum ad hominem, cujus cauſſa jus omne conſtitutum eſt: *l.* 1. *&* 2. *de ſtat. hom.* tum ad ortum principatumque juris, deferamus.

Homo enim primò aſpicitur & conſideratur, ut animal: ſecundo, ut homo: tertio, ut homo civilis.

Propterea tria juris genera conſtituta, quorum ſingula ſingulis hominum aſpectibus convenirent.

Ius Romanum ſi ad ortum fonteſque ſuos arceſſamus, partim ex rata & ordinata, ac à vitiis ſecreta communis naturæ inclinatione: partim à ratione mentis humanæ ac immoto, quod in illa lucet, honeſtorum & turpium diſcrimine: partim ex ratiocinatione & collatione utilitatum ac inſtitutorum vitæ civilis, ſumitur. *tot. tit. Inſt. de Iur. Nat. Gent. & Civ.*

Ius Naturale effloreſcit ex inclinationibus naturali-

Digitized by Google

ralibus, & facultate animæ, qua concupiſcimus & afficimur: quæ eſt homini cum reliquis animantibus communis. *l.* 1. §. *jus naturale*. 3. *hic*.

Cujuſmodi ſunt, cuſtodia & defenſio vitæ, *l.* 3. *h.t. l.*1. §.11. *ſi quadr. paup. l.*4. *l. ſcientiam*.45. §. *pen. ad l. Aquil.* libertas, §. *jus a. gentium. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* maris & feminæ conjunctio: liberorum procreatio & educatio; *l.* 1. §. *pen. h. t.* communis omnium rerum uſus, *l.* 1. *de acq. rer. dom.* §. 1. *Inſt. de rer. div.* dilectio & reverentia cognati ſanguinis, *Nov.*12. *c.*2. *l.* 8. *de R. I.* & ſimilia.

Dicuntur jus reſpectu hominis: qui ſolus jure, hoc eſt, recta ratione regitur.

Et quidem ideò, quia ſunt & ordinatio quædam legitima, divinitus naturæ impreſſa; & principium atque norma, ſeu fons omnis juris Romani, quod ad defenſionem vitæ, libertatis, inſtitutionem conjugiorum, educationem liberorum, reverentiam cognati ſanguinis, prohibendoſque inceſtus, pertinet.

Ius Gentium eſt, quod naturalis, hoc eſt, humanæ naturæ communis ratio, inter homines conſtituit, *l.* 9. *h. t.* & deinceps in forum Romanum traduxit.

Eo omnes gentes ex æquo utuntur, quæ quidem rectæ rationis ſequuntur ductum: ſi quæ illud rumpant, non propterea Ius Gentium mutatur; ut mel non deſinit eſſe dulce eò quod corrupto ſenſui videatur amarum. *vid. Ariſt. lib.* 10 *Ethic. cap.* 3. Perverſæ enim, *ut inquit Auguſtinus* 4 *emend.* 4. aliquorum mentes nihil pervertunt divinam omnium conſenſionem.

Eſt duplex. *Bart. l.*5. *n.* 10. *h. t.* Vnum quod in ſimplici notitia, hoc eſt, in naturali juſti atque injuſti intelligentia, & immoto honeſtorum & turpium diſcrimine conſiſtit.

Quod, quandoquidem unà nobiſcum naſcitur, & nullo docente in mentibus ſingulorum, velut oculus quidam veri germanique juris elucet, ſcriptumque eſt in cordibus noſtris, *Paul. Rom.* 2. *v.* 15. vere ac propriè jus naturale eſt. *Cic. de invent. lib.* 2. *c.* 5. 12. &

Digitized by Google

12. *& lib.* 1. *de legib. & lib.* 3. *de offic.* Primævum appellant Interpretes.

De hoc vera eſt regula: Ius naturæ eſſe immutabile. §. *pen. Inſt. de Jur. N. G. & C.* Quia divina providentia eſt conſtitutum. *d.* §. *pen.*

Eo pertinent: religio erga Deum, quod parentibus & patriæ pareamus: *l.* 2. *hic.* honeſtè in hac ſocietate civili vivamus: ne lædamus alterum: tribuamus cuique ſuum: *l.* 10. §. 1. *hic.* ut delicta puniantur: *l.* 1. *in fin. De furt.* nemo cum alieno damno locupletetur: *l.* 14. *De cond. ind.* inceſtarum nuptiarum prohibitio. *l. ult. De rit. nupt.*

Aliud jus Gentium eſt quod non tam ex naturali ratione, hoc eſt, ſimplici notitia; quam ex notitia compoſita, nempe, ratiocinatione commodorum vitæ defluxit, & ad opportunitates ſocietatis humanæ parandas retinendaſque introductum eſt. Secundarium vocant Interpretes.

Eo jure diſcretæ gentes, dominia diſtincta, agris termini poſiti ad cultum pacis, commercia inſtituta ad rerum commutationem: quæ bella, captivitates, ſervitutes, manumiſſiones ſunt inſecutæ. *l.* 4. *&* 5. *hic.*

Ea omnia ob utilitatem, pro rato jure inter omnes gentes ſemper habita ſunt atque uſurpata.

Sed viciſſitudini ſunt obnoxia: & pro diverſis Rerumpublicarum formis, temporum atque opportunitatum præſentium rationibus, aliter atque aliter habentur. Cum ſalus populi in iis ſuprema lex ſit. *Cic. de leg.* 1.

Quæ ita intelligenda, non ut principia & theſes, ac regulæ Iuris Gentium Secundarii contrariis principiis ac regulis mutentur, *l.* 188. *De R. I. l.* 8. *ff. de capit. minut.* Sed ut in hypotheſibus (ut jus civile conſtituitur. *l.* 6. *hic.*) ab earundem tenore recedatur: *l.* 1. §. *fin. De conſt. Princ. l.* 8. §. 1. *De R. I. l.* 3. *ff. depoſ. l.* 8. *C. de judic.* & ſic quaſi exceptio addatur regulæ, quæ in cæteris eandem firmet. *ſec. l.* 1. *& ibi Dd. De R. I. Tim. Fab. diſp. Inſt.* 3. *theſ.* 11.

Et hæc quidem, quod ad explicationem ſententiæ Iuriſconſulti attinet, ſatis.

Ca-

Digitized by Google

Cæterum rationi magis conſentaneum, ut jus naturæ, non ex naturalibus duntaxat inclinationibus, (quæ in hac naturæ depravatione vitioſæ planè ſunt) ſed de principiis practicis mentis repetamus, quæ immotæ ſunt in natura ordinationes, divinitus ſancitæ, & perpetuo recti judicii vallo honeſta à turpibus dividunt, & affectiones ac inclinationes naturæ depravatas, in gyrum rationis ducunt. Communes notiones docti vocant, ac in duo genera diſpartiuntur:

In ſpeculabilia principia, & in practica.

Speculabilia: ut notitiæ numerorum, ordinis, ſyllogiſmi, principia Geometrica & Phyſica, aliarumque artium ſemina.

Practica: notitiæ à Deo mentibus inditæ, ut monſtrent obedientiam Deo debitam, & diſcrimen *honeſtorum* & turpium, & regant mores.

Nos hic de practicis principiis, & demonſtrationibus, quæ ex his colliguntur, loquimur.

Ex quibus ſumitur vera & erudita definitio legis naturæ: Vt ſit notitia principiorum practicorum, & concluſionum inde extructarum, de regendis moribus, congruens cum æterna & immota norma mentis divinæ.

Paulus Apoſtolus breviſſimè legem naturæ deſcribit, Eſſe jus Dei, & opus legis, ſcriptum in cordibus, quod Deus nobis oſtendit. *Rom.* 1. & 2.

Paulus ICtus *in l. pen. hic.* ſimpliciter quod æquum & bonum ſemper eſt, & judicio hominum communi, tale eſſe apparet, id jus naturæ appellat.

Ius Civile etiam bivariam accipitur; vel pro cujuſque civitatis jure, quod quiſque populus ſibi conſtituit, (Ratione puta civili.) quaſi jus proprium civium, ſive cujuſque civitatis: *l. 9. hic.* vel pro Iure populi Romani, ſeu Romanæ civitatis, ut in libris noſtris. §. 3. *Inſt. de I. N. G. & C.*

Ius Civile (quod ex jure naturali, non tanquam concluſio ex præmiſſis, ſed per modum, ut loquuntur, determinationis, & arbitramenti humani, oritur; *Molin. de juſt. & jur. tom. 3. tract. 5. diſp. 68.*)

Digitized by Google

non in totum à Iure Naturali recedit, nec per omnia ei ſervit, *l. 6. hic.* ſed aut addit aliquid interpretando, ratiocinando, & ad hypotheſes rerum præſentium naturæ theſes accommodando: aut propter bonum publicum ei detrahit: ut in uſucapionibus. *l. 1. de uſuc.*

Ideò populus Romanus, partim de aliarum bene conſtitutarum Rerumpubl. inſtitutis, partim ex ſe ſuorumque ingenio & ſapientia prudentum, pro uſu ſui Imperii & πολιτεύματος jus ejuſmodi paulatim ſibi condidit.

Quod jus Romanum, quoad formam, in ſcriptum, (Id eſt, expreſſa ſanctione præſcriptum) & non ſcriptum diſtribuitur. *l. 6. §. 1. hic.*

Scriptum jus vel ex Legibus, Plebiſcitis, Senatusconſultis, Decretis Principum, autoritate Prudentum venit: vel à Prætore, adjuvandi, corrigendi, hoc eſt, ſupplendi, §. 1. 2. *Inſt. de bon. poſſ.* juris civilis gratia introductum: quod & Honorarium, ad honorem Prætorum, dicitur. *l. 7. hic.*

Ius non-ſcriptum mores & inſtituta majorum, quæ uſus diuturnus approbavit, complectitur. *l. 31. de ll.*

Eodem refertur Æquitas: quæ tamen potius ad normam naturalem, quam ad civile Romanorum jus videtur pertinere.

Ejus uſus elucet in tribus præcipuè articulis.

1. In legibus, ex æquo & bono ad ſanam rationem, & rectam ſententiam accommodandis & interpretandis. *l. 24. l. 19. De ll. l. 91. §. ſequitur. de* V. O.

2. In legibus ampliandis & probabili æquitatis ratione, ad ſimiles ſpecies, quæ lege comprehenſæ non ſunt, ex paritate æquitatis extendendis. *l. 10. cum ſeqq. de ll. l. ult. ubi Gl. C. de conſt. pecun.*

3. Vt in his quæ nec de ſententia legis, nec ratiocinationis argumento definiri poſſunt, pro regula judicii atque juris valeat. *l. 2. §. item Varus. 5. de aq. pluv. arc. c. fin. ubi Gl. & Panorm. n. 6. 7. Ext. de tranſact.*

De

De Origine juris civilis, & omnium magiſtratuum, & ſucceſſione prudentum.

TIT. II.

ORigo juris civilis, id eſt, Romani, *l.* 1. §. 2. *de rei vindic.* duplex: alia naturalis, de qua titulo ſuperiori: alia civilis, hiſtorica, Reipublicæ Romanæ propria, de quâ hoc in titulo, repetitis ab ipſa condita urbe Iuriſprudentiæ hujus incunabulis, tractatur.

Initio civitatis nullæ ſcriptæ fuerunt leges, ſed arbitria Principum pro legibus erant: *Tacit. lib.* 3. *l.* 2. *in pr. hic.* nonnullæ tamen à Romulo aliiſque Regibus latæ, *Dion. Halicar. lib.* 4. quæ poſtea à Papirio collectæ, & unum in librum redactæ, *l.* 2. §. 2. *hic.* Ius Civile Papirianum vocatæ ſunt. *d.l.* 2. §. 2.

Verum ex exactis Regibus, brevi omnes, exceptis paucis, partim lege Tribuni Celerum abrogatæ: partim deſuetudine obſoletæ ſunt; & populus Romanus viginti ferè annis conſuetudine magis quam ullo certo jure uſus eſt. *d. l.* 2. §. 3.

Deinde placuit publica auctoritate (Id eſt, univerſi populi penes quem ſummum erat imperium) decem conſtitui viros, qui exploratis aliarum civitatum, præcipuè Græcarum, (quæ optimè tum temporis conſtitutæ habebantur) inſtitutis: ex omnibus optima quæque excerpendo, civitatem legibus fundarent: quæ ad hunc modum conſcriptæ, latæ, approbatæque in XII tabulas æneas, anno ab urbe condita 303, ſunt redactæ. *d. l.* 2. §.4. Quæ omnibus Philoſophorum bibliothecis anteponendæ, *inquit Cic. lib.* 2 *de legib.* & fons omnis publici privatique juris. *Liv. lib.* 2. & 3. *dec.* 1.

Cum autem brevitas legum, omnium controverſiarum articulis definiendis, non conſtaret, legeſque interdum requirerent interpretationem: ideò ex Iuriſprudentum (ſine quibus jus non poteſt conſtare, *l.* 2. §. *poſt originem. hic.*) interpretatione, ſine

 lege

lege ſcripta, jus natum, communi nomine Civile dictum. *d. l.* 2. §. *his legibus*.

Ne verò populus inconditè ageret, certæ compoſitæ ſunt actiones; legis, ſeu legitimæ actiones appellatæ. *d. l.* 2. §. 6.

Erant certæ ſolemneſque. *d. l.* 2. §. 6. Id eſt certis verborum formulis ac velut aucupiis conceptæ, in quibus proinde dictandis & proponendis neceſſarius eſſet uſus Iuriſperiti, propter periculum, quod ſuberat, ne, qui caderet à ſyllaba, & caderet à cauſa. Quapropter ſublatæ. *l.* 1. *C. de formul.*

Sedatâ plebis cum patribus diſcordiâ plebiſcita facta, iiſque lege Hortenſia, *Gell. lib.* 15. *c.* 27. vel Horatia, *Liv. lib.* 3. *dec.* 1. eadem quæ legibus ſcriptis auctoritas tributa eſt. *d. l.* 2. §. 8.

Et, cum populus in tanta turba non facile conveniret, Senatus, ad quem ea cura deducta, tulit leges, Senatuſconſulta dictas, *d. l.* 2. §. 9.

Magiſtratus, penes quos erat juriſdictio, ut Prætores, Ædiles, proponebant etiam Edicta, ut ſcirent cives, quod jus de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque præmunirent. *d. l.* 2. §. 9. Id eſt, apud ſe decernerent, qua de re, & qua actione, & contra quem illo anno agere vellent, aut ſi convenirentur, an & quomodo ſe defendere deberent. Multa enim erant in Prætorum Edictis nova & à Leg. XII Tab. aliena, cum iis Iuris Civilis adjuvandi, ſupplendi, adeoque corrigendi, jus eſſet. *l.* 7. §. 1. *eod.*

Ea juris auctoritatem habuerunt, & propter honorem Magiſtratus jus honorarium appellari cœperunt. *d. l.* 2. §. 9.

Noviſſimè poteſtate populi in Principem tranſlatâ, datum ei, (Puta à populo) ut quod conſtituiſſet, eſſet ratum. *d. l.* 2. §. *noviſſimè*. §. *ſed & quod. Inſt. de I. N. G. & C.*

Conſtituebat Princeps vel edicendo, vel reſcribendo, vel decernendo. *vide infra. tit. de conſtit. Princ.*

De origine Magiſtratuum, ut & ſucceſſione Iuriſconſultorum, cum ad hiſtoriam magis pertineant, quam jus, hic agere ſuperſedemus, lectoremque curioſum ad *d. l.* 2. remittimus.

De

De Legibus, Senatuſque Conſultis, & longa conſuetudine.

TIT. III.

SPecies Iuris Civilis Romani (ut ſuprà dictum) ſunt jus ſcriptum, & non ſcriptum.

Iuris ſcripti partes ſunt: Lex, Plebiſcitum, Senatuſconſultum, Conſtitutiones Principum, Edicta Prætorum, Reſponſa Prudentum. §. 4. *Inſt. de I. N. G. & C.*

Lex, anguſtâ ſignificatione, eſt quod populus Rom. Senatorio magiſtratu rogante, veluti Conſule, conſtituit. §. *lex eſt. Inſt. de I. N. G. & C.*

Aliàs latius, (cum omnes juris ſcripti & non ſcripti ſpecies amplectatur) eſt commune præceptum, virorum prudentum conſultum, delictorum quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur, coërcitio, communis Reipublicæ ſponſio; *l. 1. l. 2. hic.* vel eſt juſtorum, injuſtorumque diſtinctio, ad illam antiquiſſimam & rerum omnium principem naturam expreſſa. *Cic. lib. 2. de legib.*

Quid ſit Plebiſcitum, Senatuſconſultum, &c. *vid. tit. Inſt. eod.*

Legum aliæ divinæ ſunt, aliæ humanæ: *cap. omnis. diſt. 1.*

Harum aliæ naturales, aliæ civiles. *l. 9. l. pen. de I. & I.*

Hæ rurſum aut univerſales, (de quibus, ut & civilibus, & Romanis quidem, tantum hic agitur) aut generales, aut ſingulares, aut particulares, ſeu locales. *l. 3. l. fin. l. 16. ff. hic.*

Conditum Romanum Ius eſt & leges per populum, §. 1. *verſ. namque. Inſt. de I. N. G. & Civ.* aut magiſtratum, cui imperium & poteſtatem condendi juris populus detulit: quales Senatus, *l. 9. hic.* Prætor, §. 7. *Inſt. eod.* Princeps. §. 6. *Inſt. eodem.*

Populus (Vt pote penes quem erat totius Imperii Majeſtas) legem propriè condit, & Princeps, in quem jus populi tranſlatum. *l. 1. C. de conſt. princ.* Senatus jus potius facit. *d. l. 9.*

Digitized by Google

Et Conſuetudo jus facit. Vnde Modeſtinus, *l. pen. hic.* Omne jus, aut conſenſus fecit, aut firmavit conſuetudo.

Hodie tranſlato in Principem imperio, legem generalem ſolus facit Princeps, *l. 1. & l. fin. C. hic.* localem (quæ in jure decretum, *t. t. Decret. ab ord. fac.* hodie ſtatutum vocatur. *c. ut animarum. de conſt. lib. 6.*) quiſque præfectus inferior in ſuo territorio; *Bart. in l. omnes. 9. De I. & I. n. 8.* & quæque univerſitas, municipium, civitas, etiam ſuperiori ſubjecta; ſed tum eo approbante. *c. pen. de conſuet. Bart. in d. l. omnes. n. 7.*

Iudices in judiciis interpretandi juris poteſtatem habent, *per l. 8. C. de jud.* non tamen in modum legis, *arg. l. 1. C. de ll. ubi Dd.*

Lex verſatur, circa perſonas, res & actiones, ſive judicia, *l. 1. de ſtat. hom.* non præterita aut præſentia, ſed futura, *l. 7. C. hic.* Niſi aliter lege cautum. *d. l. 7. l. 22. §. 1. C. de SS. Eccl.*

In iis non minutiſſima quæque leges conſectantur, aut quæ forte uno aliquo caſu eveniunt, *l. 4. hic.* aut quæ ſingulares reſpiciunt perſonas, *l. 8. hic.* ſed quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον evenire ſolent, *d. l. 8. l. 12. hic.*

Ius quod circa res verſatur, aut in acquirendo, aut conſervando, aut minuendo conſiſtit. *l. ult. hic.*

Commune omnibus legibus eſt; primum, ut aut imperent, aut vetent, aut permittant, aut puniant. *l. 7. hic.*

Deinde ut ad regulam ſummæ illius legis, quam in mente tanquam κριτήριον & normam omnis juris circumferimus, *Cic. lib. 2 de legib.* congruenter aptentur. *c. facta. c. erit autem lex. diſt. 4.*

Recte itaque dicitur, animam legis eſſe rationem: *arg. l. ſcire. 17. hic. c. ſedulo. 38. diſt.* idque demum legis nomen mereri, quod in æquitate conſiſtit. *c. conſuetudo. diſt. 1.*

Ad formam legis, quoad jus Romanum, & ſcriptura requiritur: ea enim ſpecifice lex à conſuetudine diſtinguitur. *cap. lex. diſt. 1. l. 6. §. de I. & I.*

Licet etiam in eo differant, quod lex expreſſo con-

conſenſu, approbatione & ſuffragiis, aut certè ex principis auctoritate, uno tempore & fertur & valet: conſuetudo verò tacito totius populi tantum conſenſu, nec uno temporis puncto, ſed longa diuturnitate inducitur & temporis progreſſu vires acquirit. *l.* 1. §. *ult. de aq. pluv. l.* 3. §. *ductus aquæ. de aq. quot. & æſt.*

Geruntur leges, ut earum præſidio tuti ab injuriis ſimus. *Cic. lib.* 2. *off.*

Et omnes obligant ad ſcientiam, *l.* 9. *C. hic. t. ff. De jur. & fact. ign.* ad obedientiam, *l.* 7. *de jur. pat.* aut ad pœnam. *l.* 2. *hic.*

Princeps tamen legibus ſolutus eſt, *l.* 31. *hic.* etiamſi legibus (ſicuti par eſt. *l. Digna vox. C. hic. l. ex imperfecto. inf. de legat.* 3.) vivat. §. *fin. Inſt. quibus mod. teſt. inf.* Nempe licet leges ipſum Principem tanquam legiſlatorem non ligent auctoritate; tamen conſtringunt eum honeſtate & ratione naturali.

De interpretatione legum multa hoc titulo proponuntur. Quo modo ſimiles ad caſus ex producendæ ſint, vel ratiocinatione conſultorum, *l.* 11. *l.* 13. *hic.* vel juriſdictione magiſtratus, *d. l.* 11. *cum ſeqq.* Quomodo ἐπιεικείᾳ quâdam temperandæ quoad mens & verba earum patiuntur, *l.* 6. §. *verbum. de V. S. Bart. in l. ſed ſciendum. de parricid.* Niſi aut contra rationem juris quid receptum contineant, *l.* 14. *cum ſeqq. hic.* aut certam ſemper habuerint interpretationem. *l.* 23. *hic.* Modò evidens utilitas aliud non ſuadeat. *l.* 2. *inf. tit. prox.*

Certam habuiſſe interpretationem dicuntur quarum ſenſus conſuetudine receptus, probatuſque eſt, etſi verba obſcura vel ambigua ſint. *l.* 37. *hic. l.* 11. *C. eod.*

Conſuetudo dicitur jus non ſcriptum, vetuſtate comprobatum, *Cic. lib.* 2 *de Invent. c.* 5. *&* 12. vel introductum moribus. *c. conſuetudo.* 1. *diſt.* tacitâ quaſi conventione. *l.* 32. *l.* 35. *hic.*

Iuſtiniano, §. *fine ſcripto. Inſt. de I. N. G. & Civ.* conſuetudo eſt jus, ex non ſcripto veniens, quod uſus approbavit.

Eſt.

Digitized by Google

Eſt duplex: alia generalis, quæ eſt inſtar legis, *d. l.* 32. alia ſpecialis ſeu localis, quæ vim habet ſtatuti, ſive legis municipalis. *l.* 3. §. 5. *de ſepul. viol. l.* 1. 2. *ubi Dd. C. de ſervitutib. l.* 1. 2. *C. quæ ſit long. conſ.*

Conſuetudinem introducere poteſt populus, qui & legem condere. *d. l.* 32.

Si ſuperiorem recognoſcit, ejus patientiâ & ſcientiâ opus (ut quidam volunt) *c. cum non ignores.* 15. *de prabend. Cyn. & alii in l.* 2. *C. quæ ſit long. conſ.* aut ſaltem (ut alii, quod & receptius) ſufficit ut non contradicat. *Bart. in l. de quibus. n.* 11. *Jaſon. n.* 30. *hic.*

Niſi id vel privilegii loco, ut Plebi Romanæ, §. 4. *Inſt. eod. l.* 2. §. 8. *ff. de orig. jur.* ſit indultum, vel ea conditione in fidem deditionemque ſint recepti, ut ſuis legibus relicti; ut Græci. *Liv.* 33. *ab V. C.*

Non tamen neceſſe, ut, aut à toto populo, aut majore ejus parte, inducatur: *Jaſ. d. loc.* ut obtinet in ſtatutis. *l. quod major. ad municip.*

Verſatur conſuetudo, circa res poſſibiles, atque honeſtas.

Debet enim eſſe rationabilis, *c. fin. ubi Gl. ad verb. rationabilis. de conſuet.* nec juri divino; *Bald. in l.* 2. *C. de uſur: d. c. ubi Dd. de conſuet.* aut naturali præſcribere, *c. fruſtra. c. quæ contra diſt.* 8. *c.* 1. *de conſ. in* 6.

Quænam ſit rationabilis, id judicantis arbitrio relinquendum. *Hoſt. Panor. Bald. in d. c. fin. ad verb. rationabilis.*

Poteſt & conſuetudo contra jus ſcriptum à populo libero, (qui ut expreſsè, ſic & tacitè legem abrogare poteſt,) induci, *d. l.* 32. §. 1. *hic.* non à ſubdito. *l.* 2. *C. quæ ſit long. conſ. c. fin. de conſuet.* Niſi Princeps eam confirmet.

Indiſtinctè tamen, ſecundum Doctores, *Bart. Jaſ. & alios in d. l.* 32. *Canon. in d. c. fin.* contra legem inducitur, ac præſcribitur decennio in foro civili, quadraginta annis in foro Eccleſiæ. *c. de quarta. de præſcr. c. cum de beneficio.* 5. *ubi Gl. verb. legitima. de praben. in* 6. Siquidem Superioris præſumpta ſcientia

tia

tia allegari poſſit; aut populus non ſimpliciter eum agnoſcat.

Vt conſuetudo inducatur, nec titulo, nec bonâ fide opus. *Jaſ. in d. l.* 32. *n.*49.

Sed 1. Actuum frequentiâ, *l.* 1. *C. qua ſit long. conſ. l.* 3. *C. de ædif. priv.* duorum, aut *Bart. n.* 12. *Jaſ. n.* 85. *in d. l.* 32. plurium, pro arbitrio judicis, *Bald. & Salic. in l.* 2. *C. qua ſit long. conſ.* maximè judicialium, ſi haberi poſſunt, *l.*38. *l.*34. *hic.* 2. Diuturnitate temporis; *d. l.* 32. *cum ll. ſeqq. d. c. fin.* ſecundum Doctores decennii, *Bart. n.* 14. *Jaſ. n.* 43. *&* 44. *in d. l.* 32. 3. Principio rationabili, ut non errore, ſed certâ ſcientiâ, introducta ſit. *l.*39. *hic.* Non enim rationem vincere poteſt conſuetudo. *l.* 2. *C. qua ſit long. conſ.*

Præcipua conſuetudinis differentia ac forma in eo conſiſtit, ut ſine ſcripto in ſolo populi uſu verſetur. *per* §. 9. *Inſtit. de jur. nat. gent. & civ.*

In ſcriptis redigi tamen facilioris probationis gratia poteſt, nec propterea naturam mutat. *Bart. n.* 8. *&* 21. *Jaſ. n.* 36. *in d. l.* 32.

Probari, non allegari tantum convenit, *l.* 4. *de cuſt. reor. Caſtr. in l. un. C. ut qua deſ. adv. part.* cum in facto conſiſtat. *Menoch. conſ.* 37. *n.* 92. *conſ.* 8. *n.* 16. *conſ.* 95. *n.* 60.

Probanda ſpecificè, *Menoch. conſ.* 54. *n.* 37. actuum frequentia uniformis, *Menoch. conſ.* 37. *n.* 39. *&* 67. & temporis diuturnitas. *Jaſ. in d. l.* 32. *n.* 88. *Curt. in d. c. fin.*

Probantur aut ſcripturis, puta publicis, exemplis rerum judicatarum: *c. poſt ceſſionem.* 7. *de probat. Bart. in d. l.* 32. aut teſtibus, ſaltem duobus; *Bart. & Cyn. in l.* 2. *C. qua ſit long. conſ.* qui idoneam ſuæ opinionis cauſam reddant. *Bart. & Dd. in d. l.* 2. *Curt. in d. c. fin.*

Periti & ſeniores cujuſque loci, qui ita ſemper obſervatum teſtantur, etiam ſine alia cauſæ redditione oſtenſioneque actuum probant. *Bart. in d. l.* 32. *n.* 22.

Finis conſuetudinis eſt, qui omnium aliarum legum, ſalus populi. *c. erit. diſt.* 4.

Effe-

Digitized by Google

Effectus non minor quam ipſius legis, *Men. conſ. 34. n. 8.*

Itaque omnes obligat ad ſcientiam, cum aperta & nota eſt. Item ad obedientiam, aut ad pœnam in contractibus, *l. 6. De evict. l. 31. §. 20 De Ædil. Edict.* delictis, *Auth. qua in provincia C. ubi de crim. l. 16. §. pen. de pæn.* judiciis. *l. 3. §. fin. ubi Gl. de teſtib. Auth. jubemus. ubi Bald. de jud.*

Optima interpres eſt legis, *l. 37. hic.* ſcilicet tacita: Cum expreſſè legem Princeps tantum interpretetur. *l. 1. C. eod.*

Quando conſuetudo legi contraria invenitur, legi & juri communi derogat. *l. 32. hic. Jaſ. in l. 2. n. 19. C. ſi cont. jus vel util. pub.*

Pro jure, *Jaſ. & Dd. in d. l. 2. n. 19. & 17.* judici eſſe debet; adeò ut contra eam judicans, litem faciat ſuam, *d. Auth. jubemus, ubi Bald. §. 1. Inſt. de off. jud.* ac ſententia ipſo jure nulla ſit. *Felin. in c. cauſam. q. 2. in fin. de teſt. vid. Guid. Pap. in proœm. deciſ. & ibi annot. marg. Tiraq. in tract. de pæn. in præfat. num. 7.*

De Conſtitutionibus Principum.

Tit. IV.

QVod Principi placuit (Puta ut vim legis habeat, *l. 1. hic. l. 3. C. de legib.*), legis habet vigorem, *l. 1. hic.* cum lege Regiâ, populus ei, & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem contulerit. *§. ſed & quod. 6. Inſt. de Jur. Nat. Gent. & Civ.*

Quod igitur conſtituit: vel per epiſtolam, qua abſens conſultoribus reſpondet; *l. 3. De teſtib.* aut per ſubſcriptionem ſtatuit, quando libellis ſupplicantium ſententiam ſuam ſubſcribit; *l. 32. §. 14. de recept. arb.* vel ipſe de cauſa cognoſcens ſolemniter in judicio, *l. 3. de his quæ in teſt. del.* aut de plano extra judicii locum, & citra uſitatum ordinem decrevit; *l. 1. §. 1. hic. l. 3. C. eod.* aut edicto publicè vetuit, vel juſſit; aut oratione, quæ in Senatu ſuadendæ legis cauſa ſolet à Principe haberi, præcepit; *l. 16. de ſponſ. l. 1. de reb. cor. qui ſub tutel.* legem eſſe

con-

conſtat. *l.* 1. *hic. l.* 3. *C. eod.* Conſtitutiones appellamus.

Ex his quædam ſunt generales, quas Princeps legum vigorem habere vult: *l.* 1. *hic.* quædam perſonales, quæ non ſunt propriè leges, cum ad exemplum non trahantur. Vt quod ob merita alicui indulſit, aut ſi quam pœnam irrogavit, vel ſi cui ſine exemplo ſubvenit, *ut Novell.* 139. aut aliter interlocutus inter duos duntaxat eſt, non animo legis faciendæ. *l.* 1. *hic. l.* 2. *l.* 3. *in fin. C. de legib.*

Conſtitutiones poſteriores prioribus ſunt potiores, iiſque derogant. *l. fin. hic.*

Contractus à Principe factus, licet vicem civilis legis obtineat, *l. pen. C. de don. int. vir. & ux.* tamen ex jure naturæ ſucceſſores etiam obligat, *Bald. Caſt. l.* 4. *C. de ll. text. in c.* 1. *de prob. ubi Can.*

Inſtar enim privatorum ex contractibus tenentur; *d. c.* 1. *Bald. in c.* 1. *de nat. feud.* etiam cum ſubditis initis: *Bald. in l. princeps. C. de ll.* ſi quidem ii res patrimoniales concernant: ſi ſtatum publicum, quæſtionis eſt.

De ſtatu hominum.

TIT. V.

Omne jus, quo utimur, vel ad perſonas pertinet, quibus: vel ad res, de quibus: vel ad actiones ſive judicia, per quæ jus redditur. *l.* 1. *&* 2. *hic.*

Primò de ſtatu perſonarum, quarum cauſa jus conſtitutum eſt, *l.* 2. *hic.* dicendum.

Status hominis ad conditionem in qua quiſque naſcitur & ab origine quaſi ſtat, pertinet. *l.* 15. *ubi Gl. qui teſt. fac.*

Hujus tria cenſentur capita: Libertas, Civitas, Familia. *l.* 41. *ubi Gl. ad verb. ſtatus. de reb. cred. l. ult. de cap. minut.*

Nec quicquam ad ſtatum Civis Romani pertinens fingi poteſt, quod non ad unum ex his tribus referatur.

Cum unum ex his adimitur, caput hominis mi-

nui dicitur, Maximâ, Mediâ, Minimâ capitis diminutione, §. 1. 2. 3. *Inſt. de cap. diminut.*

Perſonarum triplex eſt diviſio: naturalis, juris gentium, civilis.

Natura homines in mares & fœminas tribuit: ex quibus hæ illis deteriore ſunt conditione in multis juris articulis, *l.* 9. *hic.* ut poteſtate materna, quam in liberos non habent, §. *fœmina. Inſt. de adopt.* muneribus gerendis: *l.* 2. *De R. I.* &c. in quibuſdam potiore. *ut l. omnes. C. de his qui ven. ætat. impet. l. ſi fuerit. D. reb. dub.*

Hermaphroditæ ejus ſexus æſtimandi, qui in his prævalet. *l.* 10. *eod.* In dubio pro maſculis habentur, & feudorum ſunt capaces. *Bald. in l. quoties.* 12. *n.* 10. 11. 12. *C. de ſuis & leg. her.*

Monſtra liberi non ſunt, nec jus liberorum in bonis parentum habent, *l.* 14. *hic.* matri tamen ad jus trium liberorum conſequendum proſunt, *l.* 135. *de V. S.*

Qui in utero ſunt, pro natis habentur, quotiens de commodis ipſorum quæritur. *l.* 7. *l.* 26. *ff. hic.* Aliis non proſunt. *d. l.* 7. Quia privilegia perſonalia ad alios non porriguntur. *l. quia tale.* 13. *ſolut. matrim. l. ex pluribus.* 42. *de adminiſtr.*

Iure gentium homines aut liberi ſunt, aut ſervi. *l.* 3. *hic.* Nulli partim liberi, partim ſervi; *l.* 1. *in fin. princ. C. de latin. libert. toll.* nec ulli, nec liberi, nec ſervi. *l.* 9. *in princ. l.* 25. *ff. de ſtatu lib. l.* 9. *in prin. ff. de legat.* 2.

Liberi ſunt, penes quos libertas eſt.

Quæ eſt, naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi quid vi, aut jure prohibeatur. *l.* 4. *hic.*

Servi, (à ſervando dicti, quod homines bello captos ſervare, non occidere ſolent, *l.* 4. §. 2. *hic.*) ſunt qui juſtam ſervitutem ſerviunt.

Servitus, eſt conſtitutio Iuris gentium, quâ quis domino alieno, contra naturam, ſubjicitur. *d. l.* 4.

Eſt ergò Iure Gentium ſervitus introducta; *d. l.* 4. etſi modi, quibus ſervi fiunt, partim ſint Iuris Gentium, ut cum quis ex ancilla naſcitur, vel in bello

capi-

capitur; partim juris civilis, ut cum quis ad pretium participandum patitur ſe bonæ fidei emptori venundari. *l.* 5. §. 1. *hic.*

Servorum una conditio eſt, & jure gentium, & jure civili pro nullis habentur. *l.* 32. *de R. I.*

Liberi, alii ſunt Ingenui, alii Libertini: *d. l.* 5. §. 2. *l.* 6. *hic.* Hodie in liberorum ſtatu nulla eſt differentia. *Nov.* 78. *c.* 1. *&* 2.

Ingenui jure naturæ ſunt, qui ex matre libera naſcuntur. Licet ſerva, vel vulgò conceperit. *l.* 5. *verſ. ingenui. hic.*

Iure civili, liberi ex juſto matrimonio concepti, ſequuntur patrem, etiam quoad ſtatum; *l.* 19. *hic.* extra matrimonium concepti, jure naturæ, matrem. *l.* 24. *hic.*

Ingenui, rurſus juſti ſunt, vel injuſti.

Iuſti, qui ex juſtis, hoc eſt, legitimis nuptiis procreantur. *l.* 12. *l.* 18. *hic.*

Injuſti, qui ex illegitima conjunctione. *l.* 11. *l.* 23. *l.* 24. *hic.*

Libertini ſunt, qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt. *l.* 6. *hic.* Iuſta puta manumiſſione; id eſt, non tantum voluntate manumittendi, ſed & juris auxilio & poteſtate munitâ.

Erant olim alii Cives Romani, alii Latini, alii Deditii; poſtea, de Iure Novo, omnes cives Romani, *l.* 1. *C. de lat. lib. toll. l. un. C. de dedit. liber.* de Iure noviſſimo ingenui facti ſunt; ſalvo jure patronatus. *Novel.* 78.

De his qui ſui vel alieni juris ſunt.

TIT. VI.

IVre Civili libero homini duplex caput eſt; Civitas, quæ mediâ capitis diminutione amittitur, *l.* 2. *l.* 7. *de cap. min.* (de qua, cum ad jus civitatis publicum ſpectet, hic non agitur) & familia, quæ minimâ capitis diminutione minuitur. *l.* 6. *eod.*

Quod ad ſtatum caputque familiæ attinet, liberi homines, alii ſui juris cenſentur, alii vero alieni. *l.* 1. *in princ. hic.*

Sui

Sui juris ſunt familiarum ſuarum principes, pater, mater familiæ.

In dominorum poteſtate ſunt ſervi, *l.* 1. 2. *hic.* in parentum liberi ex juſtis nuptiis, *l.* 3. 4. 5. *hic.* aut opinione ſaltem juſtis procreati, *c.*8. *c.*11. *c. pen. qui fil. ſint leg. l. Qui in provincia.* 57. §. 1. *De R. N.* Legitimati, aut per ſubſequens matrimonium, *l. cum qui.* 10. *C. de nat. lib. Nov.*89. *c.*8. aut per oblationem curiæ civitatum, §. *ſui. in verb. curia civitatum. Inſt. de hered. qua ab int. l.* 3. *C. de nat. lib. Nov.*89. *c.* 1. aut per ſpeciale diploma Principis. §. *naturales. ubi Dd. ſi de feud. defun.* 2. *F.* 26. item legitimi facti per adoptionem. *pr. Inſt. de adopt.* Non illegitimi, ſpurii, naturales; quia pro liberis jure civili (ex quo eſt patria poteſtas. *pr. Inſt. de pat. pot.*) non agnoſcuntur. *l.* 11. *l.* 23. *cum ll. ſeqq. de ſtat. hom.*

Poteſtas hæc ergò propria civium Romanorum eſt, *l.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. *hic.* & major, quam quæ juris naturæ & gentium, (quâ reverentia & obedientia parentibus debetur, *l.* 2. *de Juſt. & Jure*) & dominicæ par erat.

Poſtea tamen emendata & ad humanitatis rationem revocata eſt: ita ut nec patri quærantur indiſtinctè nunc omnia, quæ filius labore & induſtria ſua paravit. Excipiuntur enim peculium caſtrenſe & quaſi, & proprietas peculii adventitii: *l. fin. C. de bon. qua lib.* nec crudeliter in eos poſſit ſævire, *l.* 3. *C. de pat. pot.* nec eos occidere, *l.* 5. *de leg. Pomp. de parric. l. un. C. de his qui par. vel lib.* diſtrahere, *l.* 1. *C. de pat. qui fil. diſtr.* Niſi extrema cogat neceſſitas: *l.* 2. *C. eod.* oppignorare, *l.* 6. *C. qua res pign.* exheredare. Niſi ex juſta cauſa; *Novel.* 115. abdicare, *l.*6. *C. de pat. pot.* Imò alimenta iis victumque quærere & ſuppeditare cogatur. *l. pen. hic. t. t. C. de alen. lib.*

De

Digitized by Google

De Adoptionibus & emancipationibus, & aliis modis, quibus patria poteſtas ſolvitur.

Tit. VII.

Liberantur ſervi dominicâ poteſtate, per Manumiſſionem: filii, patriâ, per Adoptionem, Emancipationem, & alios quoſdam modos.

Adoptio, eſt actus legitimus naturam imitans, ad eorum qui liberos non habent, ſolatium inventus. *Theoph. pr. Inſt. hic.*

Et quidem à jure civili, *arg. l. 77. de R. I.* quia peculiarem quandam, & civilem adoptandi formam Romani habuerunt.

Introducta à lege ut defectum naturæ ſuppleat, & ſterilitati, aut mortalitati familiarum medeatur.

Adoptio, vel eſt adoptio in ſpecie, vel arrogatio: Illa eſt filii-familias: hæc ejus qui ſui juris eſt. *l. 1. l. 2. hic.*

Adoptantem, & eum qui adoptatur, oportet conſentire: *l. 5. l. 24. hic.* Et arrogatum expreſsè. *d. l. 5.* Eum vero qui à patre in adoptionem datur, ſufficit non contradicere. *d. l. 5.* Ratio: Quia pubes qui arrogatur ipſe ſibi auctor fieri debet. In adoptione patris auctoritas ſufficit. Ita tamen ut filii conſenſus, ſaltem tacitus adſit. *fac. l. ult. C. hic.*

Cæterorum non eſt neceſſaria approbatio. *l. 7. hic.* Vt enim invitis agnaſcuntur fratres, & agnati, ita & adoptantur.

Si tamen adoptionis non ritè factæ petatur confirmatio, agnatos conſentire oportet. *l. 39. hic.* Quia confirmatio fit à Principe, *l. 38. eod.* ad cujus dignitatem pertinet, nil in alterius ſtatuere injuriam. *l. 2. §. 10. §. 16. ff. Ne quid in loc. publ.*

Præterea requiritur, ut perſonæ ad adoptionem ſint idoneæ: quæ adoptare, adoptarive non prohibentur.

Adoptare non poſſunt: fœminæ; niſi ex indulgentia Principis; *§. fœmina. 10. Inſt. eod.* cum liberos non habeant in poteſtate. *d. §. 10.* licet rectè, ſed ex

ex ſpeciali reſcripto Principis, adoptentur. *l.* 20. *l.* 21. *hic.* 2. Item caſtrati, *l.* 2. §. *illud. hic.* cum generare nequeant; & adoptio tantum in iis locum habeat, in quibus natura habere poteſt. *l.* 16. *hic.* Ideò ſpadonibus, cum ſpes ſit, vitio ſublato eos ad generandum fore idoneos, adoptio non inhibenda. *d. l.* 2. §. *illud. l.* 40. §. *fin. hic.* Omninò minori decem & octo annis, *d. l.* 40. §. 1. ut & minori ſexaginta annis, *l.* 15. §. 2. *hic. l.* 1. *ff. ſolut. matr.* majori permittenda. *d. l.* 15. §. *penult. hic.*

Non debet, ei qui vel unum, vel plures liberos habet, permitti. *l.* 17. §. 3. *l.* 15. §. *fin. hic.*

Adoptari nequit abſens, *l.* 29. *hic.* Is qui non octo & decem annis minor ſit eo cui in adoptionem datur. *d. l.* 15. §. *fin. cum ll. ſeqq.* Impubes poteſt. *l.* 42. *hic.* Qui arrogari, niſi ex juſtiſſimis cauſis, *l.* 2. *C. eod.* §. 2. *Inſt. eod. l.* 17. §. 1. *hic.* nequit: præſertim à tutore, ad evitandam rationum reddendarum neceſſitatem, pupillus. *d. l.* 17. *hic.*

Adoptio non ſolum loco filii rectè fit, ſed nepotis etiam, quaſi ex filio nati; item pronepotis, *l.* 10. *l.* 43. *l.* 37. *l.* 44. *l.* 15. §. *duos. hic.* licet filium, aut nepotem non habeat, aut nunquam habuerit. *l.* 43. *eod.* Loco fratris, quem nemo natura gignit, nequaquam. *l.* 7. *C. de hæred. Inſt.*

Non fit ad tempus adoptio. *l. quæſitum.* 34. *hic.*

Solennitates in adoptione olim requiſitas (*quas vide apud Gaium. Inſt. lib.* 1. *Gell. lib.* 5. *cap.* 19.) Iuſtinianus *l. fin. C. hic.* abrogavit; voluitque eam conſtare, ſi pater filium non contradicentem in adoptionem daret apud magiſtratum, penes quem legis eſſet actio, *l.* 2. 3. 4. *hic.* decreto judicis, *Alex. conſ.* 126. *ad utramque n.* 11. *vol.* 4. & actis publicis, *l.* 11. *C. de fid. inſtr.* intervenientibus. §. 8. *Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* Non tamen cauſæ cognitione; quia voluntariæ eſt Iuriſdictionis. *l.* 2. *ff. de off. Proconſ.* 26.

Doctores adoptionem etiam extra acta & locum judicii, coram judice fieri, *Ang. in* §. *præterea. Inſt. eod.* ſicut & emancipationem, permittunt. *l.* 3. *l. fin. C. de emanc. d.* §. *præterea. d. l.* 11. *C. de fide inſtrum.*

Arro-

Arrogatio olim fiebat in comitiis conſenſu populi, *Gell. lib.* 5. *c.* 19. nunc auctoritate Principis, *l.* 2. *hic.* adhibitâ cauſæ cognitione: ut ſi forte minor ſit arrogandus, diligenter perpendatur, conducibilis ſit illi, nec ne, *l.* 17. *hic.* & arrogator datis fidejuſſoribus, *l.* 2. *C. hic.* caveat, ſi impubes decedat, ſe, quæ ex bonis ejus conſecutus fuerit, reſtituturum illis, ad quos ea res perventura eſſet, ſi arrogatus in ſuo ſtatu manſiſſet; *l.* 18. *cum ll. ſeqq. hic.* nec ſe eum ſine cauſa juſta exheredaturum aut emancipaturum: ſi faciat, præter bona arrogati, & quartam partem bonorum ſuorum omnium, §. 3. *Inſt. l.* 2. *C. hic. l.* 8. § 15. *ff. de inoff. teſtam.* ei relicturum. §. 2. *Inſt. eod.*

Si quid ex ſolennitatibus omiſſum ſit, ſolet à Principe impetrari adoptionis confirmatiò, *l.* 38. *hic.* niſi in alterius vergat detrimentum, *l.* 39. *hic.*

Adoptio non confert jus ſanguinis, *per l.* 6. *de R. I.* ſed jus agnationis inducit. *l.* 23. *hic.*

Olim adoptati in omnibus jura juſtorum liberorum obtinebant, *l* 45. *l.* 27 *l.* 15. *hic.* & hodie, ſi ante emancipationem pater adoptivus decedat.

Cæteroquin civilis adoptionis actus contraria emancipationis ſolennitate plane diſſolvitur, *l.* 10. §. *pen C. hic. l* 14. *ff. hic.*

Iuſtinianus contra veteris juris obſervationem introduxit, *d. l.* 10. ut adoptivus in poteſtatem adoptantis hodie non tranſeat, niſi cum avi materni ſacris inſeritur.

Arrogationis jura intacta reliquit; *d. l.* 10. *in fin.* undè etiam hodie arrogatus poteſtati patris cum omnibus bonis ſubjicitur, & omninò eo eſt loco quo filius naturalis. *l.* 2. *in fin. d. l.* 15. *d l.* 40. *hic.*

Emancipatio, ab emancipando (quod eſt ſolenni quodam civilique modo alienare) dicta, eſt patriæ poteſtatis, per actum juris ſolemnem, diſſolutio. §. 6. *Inſt. quib. mod. pat. pot. ſol.*

Solemnibus olim venditionibus, & manumiſſionibus expediebatur: *d.* §. *prætereà.* hodie nuda apud magiſtratum, apud quem legis eſt actio, & actus voluntariæ Iuriſdictionis, qualis eſt Emancipatio.

Digitized by Google

fac. l. 24. cum l. ſeq. ff. hic. tractari & expediri poſſunt, *l. 2. ff. de off. Proconſ.* conteſtatione, *l. fin. C. de emanc. lib.* quocunque loco, coram judice fieri poteſt: *d. §. 6.* ſcripturâ tamen, ſeu actorum interpoſitione publicâ, interveniente. *l. 11. ubi Dd. C. de fid. inſtr. l. 5. C. de emanc.*

Alii modi quibus jus patriæ poteſtatis ſolvitur, poſiti ſunt vel in caſu: ut cum morte, tam naturali, quam civili; puta deportatione, ſervitute, &c. alterutrius, patriæ poteſtatis relatio evaneſcit: vel in lege, quæ propter dignitatem filii patriam poteſtatem diſſolvit. *l. ult. C. de conſ. lib. 12. §. filiusf. Inſt. quib. mod. pat. pot ſolv.*

Diſſoluta his modis patria poteſtas tantum volente filio, per adoptionem, redintegratur, *l. 12. hic.* non invito; *l. fin. de his qui ſui vel al. jur.* niſi cum ingratos liberos lex in poteſtatem revocat. *l. un. C. de ingr. lib.*

Et in diſſolutione & redintegratione patriæ poteſtatis eſt conſentaneum, ut neque invitus quiſquam emancipare, *l. 4. C. de emanc. lib.* (Niſi filium malè tractet, id eſt, patriam poteſtatem acerbè in eum exerceat: *l. ult. ff. ſi à par. quis manum. ſit.* Niſi pater leno filio vel filiæ peccandi neceſſitatem imponat: *l. 6. C. de ſpect. & ſcen. l. 12. C. de Epiſc. aud.* Niſi legatum, eâ conditione ut filium emancipet relictum, acceperit: *l. 92. ff. de cond. & dem.* Niſi impubes arrogatus pubes factus, arrogationem ſibi inutilem eſſe oſtendat: *l. 32. ff. hic.*) neque emancipationem accipere, *l. 5. C. eod. Gl. & Dd. in d. l. 4.* Niſi ex ea cauſa ex qua poſſet exheredari: *l 132. ff. de verb. obl. Nov. 89. c. 11.* neque poteſtatem diſſolutam redintegrare cogatur.

De Rerum diviſione & qualitate.

TIT. VIII.

Rerum ſignificatio varia eſt. *vid. l. 5. 6. 23. de V. S.* Diviſio ſumma & prima, quod aliæ res ſunt divini juris, aliæ humani. *l. 1. in princ. hic.*

Divini juris ſunt, res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ,

quæ

quæ in nullius exiſtunt bonis. §. *nullius. Inſt. hic.* Quia quæ Deo dicantur, à nobis abdicantur. *Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccl.*

Sacræ ſunt, quæ publicâ, non privatâ, *l. 6. §. 3. hic. Novel.* 58 auctoritate, à ſummo magiſtratu, præeunte Pontifice: *l. 6. §. ſacra. 3. hic.* hodiè in Republica Chriſtiana ab Antiſtite cujuſque loci, Deo conſecrantur. *Novel.* 131. *c.* 8. *t. t. Ext. de conſ. Eccleſ.*

Religioſæ ſunt, quæ privatâ alicujus voluntate religioni dicantur: ut cum quis mortuum corpus humanum, ſive totum, ſive præcipuam ejus partem, ut caput, *l. 44. ff. de relig. & ſumt. fun.* infert in locum ſuum. *d. l. 6. §. 4. l. 2. §. 5. eod.*

Sanctæ res ſunt, quæ ab injuria hominum ſanctione aliquâ & pœnarum terrore defenduntur, *l. 8. ubi Bald. hic.* ut ſunt ſanctiones legum, *l. 41. de pœn. l. 9. §. 3. hic.* muri & portæ civitatum. *d. l. 8. d. l. 9. l. fin. hic.*

Sanctio dicitur ea legis pars, quæ legem violantibus, pœnam irrogat.

Humani juris eæ res eſſe putantur, quæ plerumque in alicujus ſunt bonis, & ad homines pertinent. *l. 1. pr. hic.*

Sunt aut publicæ, aut privatæ.

Publicæ, quæ vel jure naturali, id eſt Iure gentium, §. 1. *Inſt. hic.* communes ſunt omnium: vel jure gentium aut civili publicæ, eoque Imperii & populi ſunt Romani.

Privatæ, hoc eſt, ſingulorum ſunt, quæ ad ſingulos pertinent. *d. l.* 1. vel ex traditione, vel occupatione, vel uſucapione aliiſque cauſis. §. *ſingulorum. Inſt. hic.*

Naturali jure communia ſunt: aër, aqua, quocunque ex loco in publicum profluens, mare, & per hoc littora maris, lapilli, gemmæ, cæteraque quæ in mari, aut littore inveniuntur. *l. 2. & 3. hic.* Quia fiunt primi occupantis. §. 18. *Inſt. l. 14. l. 52. ff. de acq. rer. dom.*

Quarum rerum uſus eo jure ita communis, ut utendo quis proprietatem etiam acquirere poſſit:

quomodo in mari inventa noſtra fiunt: *d. l. 3.* & ædificio in littore poſito, ſoli quoque cui illud impoſitum, domini efficimur; *d. l. 6.* ſed non ulterius quam ædificium manet; eo ſublato, locus in caſum priſtinum revertitur. *d. l. 6. in princ.*

Publica ſunt jure gentium, ea quorum uſus publicus & communis eſt, proprietas Imperii Romani: ut flumina, portus, jus piſcandi, navigandi, uſus riparum, *l. 4. 5. hic.*

Differunt à communibus. 1. Communium proprietas nullius eſt: Publicarum quidem nullius in bonis, *l. 6. l. littora. 51. de contr. empt.* ſed ad aliquem populum pertinet, Iure gentium: aut occupatione veteri, quâ vacua occupata: aut occupatione belli, quâ res gentium victori populo acquiſita ſunt: *l. 3. Ne quid in loc. publ. l. 15. cum ll. ſeqq. de V. S.* 2. Illarum proprietas acquiri à ſingulis poteſt: quia nullius ſunt. Harum non poteſt, quia alicujus populi, *d. l. 3. l. 14. de acq. rer. dom.* cui jus ſuum auferri nequit, *l. ult. de pact. l. ult. ubi Jaſ. n. 3, 4. C. ſi cont. util. pub.* factæ ſunt. 3 Illarum uſus communis omnium eſt Hominum. Harum, alicujus tantum populi, *l. 2. & 3. de flum. l. 3. Ne quid in loc. pub.*

Iure civili publica ſunt, quæ ad aliquam civitatem pertinent; ut theatra, ſtadia, & ſi qua alia communia civitatum. *§. riparum. Inſt. hic.*

Ea ab univerſalibus rebus populi, veluti magis ſpeciales, diſtant: verbi gratia, Theatra urbis Romæ illius ſunt urbis, & civium in illa habitantium, non etiam totius populi Romani, per omnes provincias diffuſi.

Res quæ ſunt in publico civitatis patrimonio, *vid. l. 9. de cont empt. l. 14. de acq. rer. dom.* jure privatorum poſſidentur, & ſunt in dominio Reipublicæ, nec uſus earum ad ſingulos pertinet.

Res univerſitatis, de quibus hic agimus, propriè nullius ſunt in bonis: uſu verò ſingulis parent.

Res rurſus ſunt vel corporales, vel incorporales. Hæ ſunt quæ in jure conſiſtunt; ſervitutes, obligationes, &c. Illæ corporaliter exiſtunt, & ſub aſpectum oculorum ſenſumque tactus cadunt: ut fundus,

Digitized by Google

fundus, veſtis, aurum, homo, aliæque res. *d. l.* 1. §. *quadam.*

Qualitates rerum, vocant ICti propria & accidentia, quæ extra rerum ſubſtantiam ſunt: ut quod res corporales tangi, poſſideri, detineri, & uſucapi poſſint: *l.* 2 *& t. t. de acq. poſſ.* Incorporales propriè non tradantur, *l.* 43. §. 1. *de acq. rer. dom.* neque poſſideantur, *l.* 4. §. 27. *De uſuc.* nec uſucapiantur. *d. l.* 4. § 27.

Item quod corporales diviſionem recipiant, vel naturâ, vel intellectu; *l.* 66. §. 1. *de leg.* 2. *l.* 8. *de V. O.* & aut mobiles ſint, aut immobiles, aut moventes: *l.* 93. *de V. S.* Incorporales nec dividi poſſint: *l.*2. §. 1. *ubi Jaſ. l.*72. *ubi Bart. de V. O.* nec aliis aggregari, *l.* 15. §. 2. *ubi Jaſ. de re jud.* niſi per interpretationem: & tum plerumque pro immobilibus habeantur, *l* 2. *C. de ſervit. vid. l.* 14. *ubi Dd. C. de SS. Eccl.* ut & mobilia.

Quæ vel ſolo cohærent, ut molendina, *tit. de feud. cogn. in fin.*2. *F.* 1. fodinæ; *l.*3. §. *ult. de reb. cor.* vel ad jus incorporale pertinent, nec per ſe conſiderantur, ut res hereditariæ, *l.* 4. *ubi Caſt. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſc.* fundove, *l.* 17. *de act. empt.* aut caſtro, *c.* 1. *ubi Bald. de cap. qui cur. vend.* ut ibi perpetuo ſint, *tot. tit. de fun. inſtru.* aſſignatæ.

De Senatoribus.

TIT. IX.

Antequam ad Iudicia, tertium juris objectum, progrediamur, neceſſarium Magiſtratuum Romanorum qui iis præſunt, genera, officia, ac juriſdictiones, exponere.

Genera eorum duo erant: alii Domi, alii Foris Rempublicam adminiſtrabant.

Domi Senatus. Conſtabat ex Patriciis, Conſcriptis, (quod nomen omnibus manſit) & Pedariis. *Feneſt. de mag. c.* 1. Sub Auguſtis, ex Patriciis, Conſulibus, Illuſtribus, horumque liberis tantum. *l. fin. hic.*

Senatus olim & maxima fuit dignitas, (quæ libe-

 ris,

ris, uxoribuſque communicabatur. *l.* 1. 5. 6. 7. 8. 9. 12. *hic.*) & auctoritas; cum eo inconſulto invitoque nihil magni Reges, Dictatores, Conſules, & initio Auguſti molirentur.

Senatorum alii erant Illuſtres, alii Spectabiles, alii Clariſſimi. *Iſidor. lib.* 9 *Etymol. c.* 4. §. *primi ordinis.*

De Officio Conſulis.

Tit. X.

Exactis Regibus præcipua Romæ fuit poteſtas, & imperium, ſed annuum, apud Conſules, lege rogata iis datum. *l.* 2. §. 16. *de origin. jur.*

Poſtea & legibus Valerii Publicolæ, & Tribunitiis interceſſionibus enervatum: ab Imperatoribus verò nomen ſine viribus relictum eſt.

Vt Conſules haberent tantum ea quæ ſunt ſpontaneæ Iuriſdictionis; ut conſilium præbere manumittere volentibus. *l. un. pr. hic.* Id eſt, cogere & convocare Iudices ad examinandas manumiſſionis cauſas, ſi opus ſit, (Conſilium enim pro conventu quinque Senatorum & totidem Equitum Præſide Prætore ſumitur. *Vlp. in fragm. tit. de libertis.*) atque ita ſolemniter manumittere.

Ex Conſulibus erant alii ordinarii qui Kalendis Ianuariis magiſtratum inibant; *l. Publicus.* 36. *ff. de condit. & demonſtr.* alii ſuffecti, qui in locum deficientium ſubſtituebantur. *l.* 2. §. 16. 17. *de origine jur. Pac. Iſag. hic.*

De Officio Præfecti Prætorio.

Tit. XI.

Præfectus prætorio, qui cohortibus prætoriis præerat, fuit ab Imperatoribus vice Magiſtri equitum inſtitutus; datâ pleniori ei licentiâ ad diſciplinæ publicæ emendationem. *l. un. pr. hic.*

Privilegio nitebatur, nè ab ipſo appellare liceret, ſed tantum ab ejus ſententiis intra biennium ſupplicare: nec à ſententiis ejus minores ætate ab aliis Ma-

Magiſtratibus, niſi ab ipſo Præfecto Prætorio, reſtitui poſſent. *l. un.* §. 1. *& 2. hic. l. un. C. de ſent. præf. præt.*

Plures fuerunt Præfecti prætorio qui præcipuas Imperii partes gubernarunt, nempe Orientem, Illyricum, Africam. *ſing. tit. C.*

De Officio Præfecti Urbi.

Tit. XII.

PRæfectus Urbi ab Auguſto vir conſularis, ut flagitia & motus urbanos compeſceret, præpoſitus.

Ejus officium, de criminibus intra urbem & extra intra centeſimum lapidem commiſſis cognoſcere & animadvertere: *l. 1. §. 4. & l. fin. hic.* de iis quæ ultra, jubere tantum & judicare: *d. l. 1. §. 1. & l. fin.* Mancipia tueri adverſus intolerabiles dominorum injurias: patronorum jus adverſus libertos: curare ut nummularii & argentarii probe ſe gerant circa omne negotium ſuum: *d. l. 1. in pr. §. 9. l. 2. hic.* caro & omnis annona juſto pretio præbeatur: quies popularium, id eſt, conſeſſuum theatralium: *Goth. ad d. l. 1. §. 11.* aut factionum agitatorum; *Cujac. 8. obſ. 24.* & diſciplina ſpectaculorum conſervetur: *l. 1. §. 11. & ſeqq. hic.* tutores ſuſpecti aliique qui deliquerunt puniantur. *d. l. 1. §. 7. & fin.*

Adiri etiam ex interdictis poterat, *d. l. 1. §. 6.* & omnibus dignitatibus & magiſtratibus urbanis erat major. *l. 7. C. de præf. præt.* Excepto præfecto prætorio: cui poteſtate cedebat, dignitate erat par. *l. 1. C. eod.*

De Officio Quæſtoris.

Tit. XIII.

QVæſtores, à quærendo dicti: *l. un. hic.* fuere multi. Alii Imperatores militiæ ſequebantur, prædamque in rationes publicas referebant. *Tac. lib. 11.* Alii in urbe ærarium curabant: Alii in provinciis vectigalia colligebant: Alii inquirendis

maleficiis à populo præficiebantur. *Cicer. in Brut.* Quæſtores parricidii dicti. *l.* 2. §. 23. *de orig. jur.* Erant & qui Candidati Principis dicebantur. *d. l. un.* §. *fin.*

Eorum officium erat, orationes Principis, quæ Senatuſconſulta ſolebant præcedere, in Senatu legere, *d. l. un.* §. 4. *& fin.* ejus reſcripta dictare, *l. ult. C. de div. reſcr.* hiſque ſubſcribere, *Nov.* 114. & curam gerere minoris laterculi *l.* 1. *& ſeqq. C. hic.*

Eſt & Quæſtor à Iuſtiniano inſtitutus ad vagos homines, peregrinos & inertes inquirendos. *Nov.* 80.

De Officio Prætorum.

TIT. XIV.

CVm Conſules avocarentur bellis finitimis, creatus eſt Prætor, qui eorum loco jus diceret in urbe, urbanus inde dictus, *l.* 2. §. 27. *de orig. jur.*

Penes quem fuit omnis publici privatique juris poteſtas, ſic ut cauſas cognoſceret omnes, aut iis cognoſcendis judices daret: *l. fin. hic.* formulas agendi, judiciorumque, poſtulantibus litigatoribus, præſcriberet: *tit. C. de form. & imp.* quæ voluntariæ habentur juriſdictionis, *l.* 1. 2. *hic.* & miſti imperii, *l.* 1. *& ſeqq. de juriſd.* exequeretur: item adjuvandi, ſupplendi, emendandi juris civilis gratia, proponeret Edicta: *tit. Inſt. de bon. poſſ.* jus Honorarium vocata: *l.* 7. §. 1. *de I. & I.* Initio pro arbitratu: quod poſtea correctum.

Ex Edicto enim perpetuo, à Salvio Iuliano compoſito, D. Adrianus, approbante Senatu, jus dici voluit: poteſtate nova edicta promulgandi ſublatâ. *Spart. in Sever.*

Nec poteſt reos atrocium criminum punire, ſed ad Præfectum urbi eos remittere jubetur. *l.* 1. §. *fin. l.* 2. *De ſuſp. tut.*

Erat ab initio unus tantum Prætor in urbe, poſtea totidem, quot provinciæ in ditionem venerant, creati. *d. l.* 2. §. 23. *de orig. jur.*

De

De Officio Præfecti vigilum.
T I T. XV.

QVia ſuperiores magiſtratus veſpertinis temporibus in publico eſſe, inconveniens erat, *l.* 2. §. 31. *de orig. jur.* Auguſtus Præfectum vigilum (ſic dictum, quia cohortibus vigilum præerat. *l.* 3. *hic.*) conſtituit. *Suet. in Auguſt.*

Cujus officium erat, pèr totam noctem vigilare & calceatum armatumque oberrare, cum hamis & dolabris, inſtrumentiſque ad extinguenda incendia idoneis; atque omnes inquilinos admonere, ut curam adhiberent, ne per negligentiam incendii caſus oriatur: ut quiſque aquam in ſuo cœnaculo haberet: & de incendiariis, furibus, effractoribus & capſariis, cognoſcere; in eos pro merito uſque ad fuſtem & flagella, animadvertere. *l.* 2. *per tot. l. un. C. hic.*

De Officio Proconſulis & Legati.
T I T. XVI.

SEnatus provinciis, ab Auguſto ſibi gubernandis relictis, præficiebant Proconſules, cum conſulari imperio. Inde dictos, quod pro conſule provinciam adminiſtrabant.

Extra provinciam poteſtatem nullam contentioſam habebant, *l.* 1. *hic.* voluntariam Iuriſdictionem ſtatim ac urbem egreſſi eſſent. *l.* 2. *eod.*

Exeuntes civitatem, accipiebant: ingreſſi, deponebant imperium; *l. fin. eod.* Id eſt, inſignia imperii & dignitatis, & juriſdictionem voluntariam: Contentioſam amittebant ſtatim atque provinciæ ſuæ fines exceſſerant. Imò atque ſucceſſorem nacti erant. *l.* 1. *l.* 10. *hic.*

Ingreſſi provinciam, mandare juriſdictionem legatis ſuis de voluntate Senatus adjunctis, *Cujac. obſ.* 7. *cap.* 21. debebant, qui eorum vicibus fungerentur, *l.* 4. §. *fin. hic.* & propriam quan-

quandam exercerent juriſdictionem. *d. l. 4 de off. ejus cui. l. 13. hic.*

Gladii tamen poteſtas ab ipſo Proconſule erat exercenda; *l. 6. pr. hic.* ut qui debebat inquirere in malos, *l. 13. de off. præſid.* non ſummatim cauſas litigatorum, haud ſatis perpenſas, definire: ſed pro qualitate rei propoſitæ, ſeria & momentoſa ſeriò, atque cogitatè, & ſolenniter pro tribunali examinare, facilia leviaque, & quæ exſpectationem judicii non ferrent, expedire de plano, etiam extra tribunal & locum editum judicii, ſtans in plano, ac iter faciens, ubicunque opus erat: *l. 13. de excuſ. tut.* in omnibus poſtulationibus modum atque ordinem retinere: *l. 9. per tot. hic.* Xenia, obſoniaque neque moroſè repudiare, nec avarè recipere. *l. 6. §. 3. hic.*

Quod inferioribus magiſtratibus, præſertim judicibus, qui publica ſalaria habebant, omninò non licebat. *Gl. in l. 18. ubi & Coraſ. de off. præſid. vid. l. 1. & 2. & t. t. C. de pœn. jud. qui mal. jud. Ang in Nov. 8. circa fin.*

De Officio Præfecti Auguſtalis.

Tit. XVII.

Auguſti provinciis ſibi reſervatis, Præſides ad ſimilitudinem Proconſulum mittebant, qui nomine eorum eas gubernarent. *l. un. hic.*

Ex iis Ægypto qui præficiebatur, Auguſtalis, peculiari nomine, dicebatur, *l. un. ff. l. 2. C. hic.*

Erat, licet inter Præfectos prætorio numeraretur, cæteris autoritate & dignitate minor. *l. 1. 2. C. eodem.*

De Officio Præſidis.

Tit. XVIII.

Omnes provincias regentes (licet Senatores eſſent) Præſides appellabantur. *l. 1. hic.*

Præſes majus imperium univerſis poſt Principem in provincia habebat, *l. 3. hic.* omniumque Ro-

mæ

mæ Magiſtratuum vice & officio fungebatur. *l.* 10. *l.* 11. *hic.*

Legatum non habebat, *Nov.* 8. *in fin.* cum ipſe legatus (pro quo propriè hoc in titulo, & alibi accipitur) eſſet Cæſaris. *l. pen. hic.*

Officium ejus erat, curare ut parata eſſet & quieta provincia, & ab hominibus malis repurgaretur: *l.* 3. *l.* 13. *hic.* neque illicitas exactiones, præſertim à potentioribus, provinciales perpeterentur: *l.* 6. *hic.* debebat humiliores ab injuriis defendere: calumniis obſtruere aures: *d. l.* 6. §. 2. licitarum negotiationum uſum cuilibet concedere, pernicioſarum nemini: *d. l.* 6. §. 4. in jure reddendo, in adeundo, nec nimia aſperitate difficilem, neque immodica familiaritate contemptibilem ſeſe præbere: *l.* 19. *hic.* in cognoſcendo neque excandeſcere adverſus eos, quos malos putabat, neque precibus calamitoſorum illachrymari: ita jus reddere debebat, ut authoritatem dignitatis ingenio augeret; *d. l.* 19. inque judicando magis ſpectare quid fieri debeat, quam quid ab aliis uſitatum ſit: *l.* 12. *hic.* munera capere, niſi eſculentum poculentumve, quod intra dies proximos prodigatur, *l.* 18. *hic.* aut fines provinciæ egredi, ne ea rectore careret, fas non erat: *l.* 15. *hic.* nec poterat contrahere: *l. un. C. de contract. jud.* de ſuis cauſis parciſſime jus dici ſinere debebat: *l.* 16. *hic.* jus gladii habebat, *d. l.* 6. §. 8. ſed ita ut gladio, non ſecuri, telo, fuſti, laqueo, &c. animadverti oporteret, *l. aut damnum.* 8. §. 1. *de pœn.* damnare in metallum, *d. l.* 6. §. 8. non deportare, *l.* 2. §. 1 *de pœn.* poterat.

De Officio Procuratoris Cæſaris, vel Rationalis.

TIT. XIX.

SVb Auguſtis Procuratores Cæſaris ſive Rationales conſtituti: quorum alii fiſcum, alii patrimonium Principis privatum curarent.

Qui fiſco præerant, in urbe Præfecti ærario; *Gov. lib.* 2. *de juriſd.* in provinciis, Procuratores Cæſaris,

l. 5. *l.* 30. *de jur. fiſ.* aut Rationales ſummæ rei, *l.* 7. *C. ubi cauſ. fiſ.* aut Catholiciani; *l.* 9. §. *fin. C. de bon. præſcript.* qui privatarum rerum curam gerebant, Rationales rei privatæ, *l.* 4. *C. de fund. rei priv. lib.* 11. Comites rerum privatarum Sacri palatii, ſacrique patrimonii, *t. t. C. de off. Com. rer. priv.* &c. dicebantur.

Officium Procuratorum erat, cogere pecuniam Principis, ſive ex hæreditate, ſive delicto, ſive aliunde debitam; ac ſi de ejuſmodi rebus oriretur controverſia, eorum erat notio, ut inter Cæſarem & privatos judicarent. *t. t. C. ubi cauſ. fiſc.* Imperii poteſtate deſtituebantur. *per l. fin. his. l.* 2. *C. de mod. mulct. l.* 2. *C. ſi adv. fiſc.*

De Officio Iuridici Alexandriæ.

Tit. XX.

Alexandriæ Ægypti civitati ab Auguſto judex peculiaris erat præfectus, penes quem legis eſſet actio & ordinarius magiſtratus, adeo, ut ea quæ imperii eſſe videntur, exequi poſſet. *l.* 1. 2. *ff. l. un. C. hic.*

Dabat & tutores: *l.* 2. *hic.* ſed non quia Iuridicus erat, vel vi propriæ juriſdictionis, ſed quia nominatim ei datum erat.

De officio ejus cui mandata eſt juriſdictio.

Tit. XXI.

Quia Magiſtratus omnibus non ſufficiebant, mandare aliis juriſdictionem, puta Iure Magiſtratus competentem; non etiam ſpecialiter datam; *l.* 1. *hic.* ſolebant, *l.* 16. *de juriſd.* vel in univerſum, ut Proconſules legatis, *l.* 4. *cum ſeqq. de off. proc.* vel etiam unam aliquam juriſdictionis ſpeciem. *l.* 1. *hic. d. l.* 16.

Mandata juriſdictione, ea quæ ſpecialiter (h.e. nominatim & deſignatè, *l.* 8. §. 5. *de pæn. l.* 39. *de act. empt.*

Digitized by Google

empt. l. 25. §. 1. ad l. Corn. de falſis.) lege, vel Senatusconſulto, vel conſtitutione Principum tribuuntur, non transferuntur. *l. 1. pr. hic.*

Vndè merum imperium & jus gladii; quod lege dari ſolet, mandata juriſdictione non tranſeunt: quippe quæ ex ſpeciali privilegio competant. *l. 1. pr. hic. l. 3. de juriſd.*

Et ne ſpecialiter quidem delegari extra caſum neceſſitatis, *l. 1. hic. l. 70. de R. I.* jus gladii poteſt: *l. 6. de off. proc.* Quod hodiè non obtinere, communiter receptum. *Gl. & Dd. Socin. in c. quod ſedem. 10. de off. ord. Dec. & Cagn. in l. 7. de R. I.*

Eodem modo cætera, quæ meri quidem Imperii non ſunt, nominatim tamen magiſtratui injunguntur, mandari nequeunt, *l. 8. §. 10. de tranſact. l. 1. §. abolitio. ad SC. Turp.*

Poſſunt datio tutoris, quoad Legatum, ex oratione D. Marci; *l. 1. de tut. & cur. l. pen. de off. proc.* ex conſtitutione Severi & Antonini de ſuſpecto tutore cognitio, *l. 4. pr. hic.* propter utilitatem, ne res pupilli deſerta peſſum eat.

Quæ juriſdictioni cohærent imperia, & ſine quibus exerceri ea nequit, mandatâ juriſdictione unà transferuntur, *l. 1. §. fin. hic.* ut eſt modica coërcitio. *l. fin. hic.*

Cætera quæ jure magiſtratus competunt, veniuntque more majorum, ex natura ipſius officii, ſine ulla ſpeciali lege, aut Principis delegatione, mandari poſſunt: *l. 1. pr. hic.* item quæ mixti ſunt imperii, & jure magiſtratus ad Prætorem Præſidemve pertinent, *l. 4. §. fin. hic.*

Qui mandatam juriſdictionem ſuſcepit, cum proprii nihil habeat, ſed ejus qui mandavit juriſdictione utatur, *l. 1. §. fin. hic.* mandare eam alteri nequit. *l. fin. hic.* More enim majorum ita comparatum eſt, ut is demum juriſdictionem mandare poſſit, qui eam ſuo jure habet, non qui alieno beneficio; *l. 5. ff. de juriſd.* Ne alioquin de aliena, non ſua re, videatur diſponere. *l. 8. §. 8. ff. de jure Codicill.*

Digitized by Google

De Officio Adſeſſorum.

Tit. XXII.

Magiſtratibus, & iis, qui mandatam à magiſtratibus Iuriſdictionem ſuſcipiebant, conſiliarii aſſidebant juriſperiti.

Eorum officium conſtabat in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis. *l.* 1. *hic.*

Suo nomine nihil agebant, tantum conſilium ſuggerebant judicanti, *l.* 5. *ff. l.* 2. 3. *C. hic.* & propterea non modo doli, ſed imperitiæ quoque nomine tenebantur. *l.* 2. *quod quiſq jur.*

Salarium illis de publico Alexander Imperator conſtituit. *l.* 4. *l. fin. hic. Lampr. in ejus vita.*

DIGESTORUM LIBER II.

De Iuriſdictione.

Tit. I.

Expoſitis breviter generibus magiſtratuum, & officiis eorum; ad explicationem judiciorum veniendum.

In iis primò quæritur de Iuriſdictione, ſeu competente judice. *t. t. C. de juriſd & for. comp.*

Ius dicunt majores tantum magiſtratus, qui pro tribunali, (In iis puta quæ cauſæ cognitionem deſiderant. De plano in cæteris, *l.* 9. §. 1. *ff. de off. Proc. l.* 1. §. 11 *ff. ad. SC. Turpill. l.* 71. *l.* 105. *de reg. jur. l.* 3. §. *pen. ff. de bon. poſſ.*) ſtatis temporibus, more majorum, cognoſcunt. *l. pen. de I. & I. l. un. C. ne quis in ſua cauſ.*

Iuriſdictio id propriè munus ſignificat, quod magiſtratus ejuſmodi jure ſuæ poteſtatis ordinario gerit & exercet. *l.* 1. *& t. t. hic. Jaſ. in Rubr. & l.* 10. *n.* 10. *eod.* Ἐν πλάτει tamen etiam pro commoda juriſ-

Digitized by Google

juriſdictione, puta pro mero & mixto Imperio capitur: *Gl. ad verb. juriſd. in c. 3. v. oportet. Nov. 15.* & pro juriſdictione delegata. *l. 11. hic.*

Iuriſdictio, eſt publica cognoſcendi de cauſis civilibus vel criminalibus poteſtas; ſeu, notio & definitio cauſarum, quam Magiſtratus ex ordinario officii ſui jure atque munere habet, exercet & mandat. *Weſ. par. hic.*

Et Vlpianus *in l. 3. hic.* cum ait, juriſdictionem etiam eſſe judicis dandi licentiam; non definire juriſdictionem voluiſſe, ſed poteſtatem dandi judicis, juriſdictioni incluſiſſe videtur. *ut in l. 12. verſ. lege. de judic.*

Propria juriſdictionis ſunt, eſſe jus incorporale, *Bald. conſ. 161. proponeb. vol. 3.* individuum, *Gl. in c. prudentiam. ad verb. teneatur. ubi Panor. n. 12. Bart. in l. ſi cum. n. 8. de re jud.* tranſmiſſibile, *c. venerabilem. de elect. Bald. l. 1. C. de emanc. lib. Bart. l. non ambigitur. C. de ll.* perpetuum, *Bald. in d. l. 1. Bart. in d. l. non ambigitur.* juris publici. *Bald. in C. ad hoc. 2. F. 50. n. 2. per l. 7. hic.*

Species tres; Imperium Merum: Imperium Mixtum: & Iuriſdictio Simplex. *Dd. in l. 3. hic.*

Merum Imperium (ſic dictum, quia purum eſt, non cum Iuriſdictione propriè dicta commixtum) eſt, habere gladii poteſtatem ad animadvertendum in facinoroſos. Etiam poteſtas appellatur. *l. 3. hic. l. 215. de V. S. l. 70. de R. I.*

Hujus Imperii ſex gradus faciunt Doctores. *quos vide apud Bart. n. 6. Jaſ. l. 24. in d. l. 3.*

Mixtum Imperium eſt, cui etiam juriſdictio ineſt: *l. 3. hic.* & competit magiſtratui ordinario. *l. 8. hic.*

Dicitur Imperium potius quam Iuriſdictio: quia non in jure dicendo, (ut Iuriſdictio propriè dicta.) ſed exequendo, imperando, jubendo, verſatur. *l. 1. 4. hic.*

Cum autem magiſtratus non jubeat, neque exequatur citra cauſſæ cognitionem, *l. 9. §. 1. ubi Bart. & Jaſ. de off. procoſſ. l. 15. §. 4. de re jud.* juriſdictionem illi ineſſe rectè dicitur. *l. 3. hic.*

Bar-

Digitized by Google

Bartolus *in d. l. 3. n. 15.* Mixtum Imperium ita definit: ut ſit juriſdictio, quæ officio judicis nobili expediatur, privatam utilitatem reſpiciens.

Ab hoc juriſdictionem ita diſtinguit, ut juriſdictio ſit, quæ officio judicis mercenario, non nobili, velut Imperium Mixtum, expediatur, privatam utilitatem reſpiciens. *Bart. in d. l. 3. n. 23.*

Sunt & aliæ juriſdictionis diviſiones paſſim traditæ. Alia enim dicitur eſſe voluntaria, alia contentioſa; *Specul. tit. de fer. §. ſequitur. n. 7.* prout cauſarum aliæ ſunt voluntariæ; ut manumiſſio, adoptio; aliæ contentioſæ; ut reſtitutiones in integrum. *l. 2. de offic. proconſ.* Baldus *in l. 1. C. de emanc. lib.* ſtatutariam adjicit; ſed malè. Nulla enim poteſt eſſe oppoſitio. Cum dicta utraque Iuriſdictio à lege vel ſtatuto ſit. *Bachov. ad Weſ. hic.* item alia ordinaria, alia delegata, *Specul. de juriſd. jud.* data, *l. 2. hic.* ſeu mandata, *l. 6. hic.* alia conſenſu partium prorogata. *l. 1. C. hic. l. 1. & 2. de jud. vid. Dd. in l. 18. hic.*

Hæc vel eſt Conventionalis; Eaque aut Tacita, quæ fit per litis conteſtationem: *quo pertinet l. 4. C. hic.* aut Expreſſa; fieri etiam poteſt ab eo qui alias ſubjectus non eſt, etiam per nudum pactum: *junct. l. pen. C. de pact.* vel Legalis; quæ fit per actionis editionem: ut qui contra me agit, cogitur etiam eundem Iudicem contra ſe admittere. *Bachov. in not. ibid.*

Conventionalis expreſſa hodie per Magiſtratus, Iuriſdictionem patrimonialem habentes, eliditur; ſiquidem illi jus inhibendi & avocandi uſurpant. *Boër. deciſ. 114. num. 1. Mandoſ. de inhibit. qu. 123.*

Mandata Iuriſdictio proprie non eſt ſpecies Iuriſdictionis, cum ejus non ſit cui mandata eſt, ſed magiſtratus qui mandavit. *l. ſolet. 16. hic. l. 1. §. qui mandatam. l. 3. ſup. de offic. ejus cui mand. juriſd.*

Mandari non poſſunt, jus gladii, *l. 70. de R. I. l. ult. de off. ejus cui mand juriſd.* & quæ nominatim privilegio aliquo, vel ſpeciali legis diſpoſitione magiſtratui injunguntur. *l. 2. C. de ped. jud. l. 8. §. ſed nec. de tranſact. l. 16. §. tutoris. de tut.* Mixtum imperium poteſt; *l. fin. l. 1. §. fin. de offic. ejus cui*

mand.

Digitized by Google

mand. juriſd. quia cum juriſdictione cohæret, & tranſit, *l.* 2, 3. *hic.*

Hodie, cum hæc fere omnia & Iure Canonum, *c. quod ſedem.* 10. *ubi Gl. de off ordin.* & moribus noſtris, *Alber. Dec. in l.* 1. *Cagn. in d. l.* 70. jure magiſtratus competant, transferri & mandari indiſtinctè poſſunt.

Mandatur autem variè, pro vario mandantis arbitrio. *l.* 16. *hic.*

Omnis juriſdictio vel per legem, vel per populum, vel conſuetudinem datur. *Bart. poſt Gl. in l.* 6 *hic.* Id eſt, Iuriſdictionis cauſa efficiens eſt pars quæ Reipublicæ Principatum tenet, ſive ſit populus, ſive Optimates, ſive Princeps.

Legis & populi jus Princeps hodie ad ſe tranſtulit. *L.* 1. *de conſt. princ. l.* 1. *& ſeqq. C. de ll.* Ideo ab eo juriſdictio, velut perenni fonte, in reliquos magiſtratus dimanare dicitur. *l. un. ad l. Jul de amb. Nov.* 15.

Conſuetudine quoque juriſdictio quæritur, *l.* 5. *ubi Gl. & Dd. hic. vid. Specul. de juriſd. om. jud.* & præſcriptione, *Jaſ. in l.* 3. *n.* 20. *hic.* una cum territorio, annis decem vel viginti, ut res immobilis: *Bald. in l. fin. C. de præſcr. long. temp. Boër. deciſ.* 227. *n.* 9. *per c. ex literis de jur. patr.* citra territorium, ut res incorporalis, triginta vel quadraginta annis. *c. auditis.* 15. *c. cum olim.* 18. *de præſcr. vid. Bald. de præſcr. n.* 2. *part* 5. *partis prim. q.* 1, 2, 3.

Regalia, non niſi tanti temporis uſu cujus initii non extat memoria, acquiruntur. *Bart. in l. ſi publicam.* 4. *§ in omnibus. de public. Jaſ. in d. l.* 3. *n.* 20. *hic.*

Quæ obtinent, non de Iure Romano: cum eo Iure præſcriptio circa ea tantum verſetur, quæ ſunt in patrimonio privatorum: ſed hodierno: Quo Principes, Comites, aliique ſtatus, Iuriſdictionem habent perpetuam, propriam, tranſmiſſibilem, una cum jure territorii aliiſque regalibus.

Privatorum conſenſu non datur juriſdictio, *L.* 3. *C. hic. l. pen. de jud.* ſed tantummodo propagatur. *l.* 14. *l.* 18. *hic. l.* 1. *&* 2. *de jud.* Privatorum enim con-

conſenſus, licet non poſſit aliquam Iuriſdictionem tribuere ei qui nullam habet, *l.* 3. *C. hic.* ejus tamen qui habet poteſt prorogare, *l* 1. *&* 2. *C. eod.* etiam ſine Magiſtratus conſenſu. *d. l.* 2. §. 1.

Iuriſdictio ineſt vel perſonæ, vel territorio. In territorio paſſivè & materialiter: in magiſtratus verò perſona formaliter, & activè. *Bald. in l.* 1. §. *initio. n.* 2. *de off. præf. urb. Boër. deciſ.* 227. *n.* 7. *Jaſ. in l.* 1. *num.* 15. *hic.*

Magis tamen, & certè in dubio, cohærere territorio, quam perſonæ intelligitur. *Bart. in l. inter.* 29. *de acq. rer. dom. & conſ.* 189. *Bald. & Dd. in c. qui cur. ven.* 2. *F.* 51.

Verſatur circa perſonas, & res. *l.* 1, 2, 4. *& t. t. hic.*

Nemo ſibi, aut ſuis jus reddere debet, *l.* 10. *hic.* neque ſuperiori aut æquali: niſi ſponte ſe ſubjecerint: *l.* 14 *eod.* neque de rebus ad ſuam juriſdictionem non pertinentibus. *l.* 16. *l. fin. eod.*

Aliorum enim juriſdictio ad certas perſonas, *l.* 6. *C. eod.* aliorum ad certas cauſas, *l.* 61. *de jud. l. fin. C. hic.* quorundam ad certas quantitates, *l.* 11. *cum ll. ſeqq. l.* 19. *hic. Nov.* 15. *Nov.* 23. nonnullorum ad certa loca eſt adſtricta. *t. t. de off. jur. Alex.*

Exercetur juriſdictio aut ſolenniter in loco editiore, & pro tribunali ſedente magiſtratu, *l pen. de I. & I.* aut de plano, ſtante pedibus in plana terra, vel tranſeunte judice, *l.* 9. §. 1. *& ſeqq. de off. proconſ. l.* 2. *de feriis.*

Probatur per notorietatem, *Bald. in l. fin. n.* 42. *C. de Edict. D. Adr. toll* inſtrumenta, privilegia, *c. cum cauſam.* 13. *de probat.* antiqua, *Bald. conſ.* 161. *proponebatur. n.* 3. *vol.* 3. *per l.* 10. *de probat.* teſtes qui de actibus exercitæ juriſdictionis teſtantur: *Jaſ. in d. l.* 3. *n.* 23. *Bald. conſ.* 161. per antiquam famam, & per præſumptionem juris. *arg. c.* 2. *de reſt. ſpoliat. in* 6. *Panor. in c. ſi diligenti. de praſcr. Socin. conſ.* 87. *in cauſa. n.* 6. *vol.* 1.

Introducta Iuriſdictio, ut religio conſervetur, *l.* 4. *C. de ſum. Trin.* & pax, *l.* 13. *de off. præſ.* finiantur lites, & reddatur cuique ſuum.

Producit (Puta Iuriſdictio patrimonialis) actionem

Digitized by Google

nem Confeſſoriam & Negatoriam, quâ defendatur. *Ferrar. in for. lib. act. confeſſ. § plenam. n.7.*

Extinguitur Iuriſdictio Ordinaria, morte ejus cui commiſſa eſt, non Principis; *c. 2. de off. leg. Alex. in l. 5. hic.* Quia non conſtituit ut hic Princeps, ſed ſimpliciter ut Princeps: item non utendo & concurrente in contrarium uſu & præſcriptione, *c. cum olim. 14. de privil. Bal. in tr. præſcr. 1. parte. 5 partis conſtit. 12. n. 2.* (ſupremâ Principis poteſtate exceptâ, puta ut quis illâ eximatur. *c. cum non liceat. ubi Panor. & Canon. de præſcr.*) ſcilicet poſſeſſione per prohibitionem interverſa; *Corn. conſ. 268. n. 25. vol. 4.* Aliàs enim juriſdictio, utpote res meræ facultatis, *Gl in l. 6. in fin. de off. proc. Bald. in l. 5. n. 1. de ſerv. urb. præd.* non præſcribitur. *Jaſ. in l. 3. n. 56. de conſt. princ. per l. 35. C. de decur. lib. 10.*

Delegata juriſdictio finitur morte delegati, *c. pen. de off. deleg.* & delegantis: negotio per citationem, *c. gratum. 20 eod. Jaſ. in l. 6. n. 56. & 77. hic.* necdum inchoato, & re adhuc exiſtente integrâ: *d. l. 6.* item revocato mandato, *c. inſinuante. 25. de off. del.* & tempore, quod judicio præſtitum erat, tranſacto: *c. 4. eod. l. 75. l. 58. de judic.* recuſatione, *c. licet de for. comp.* appellatione, *c. ut debitus. de appell.* finitoque negotio commiſſo. *l. 55. de re jud.* &c.

Prorogata finitur, etiam antequam judex adeatur, pœnitentiâ. *l. 18. hic.*

Proponuntur de Iuriſdictione tria Edicta; primum hoc titulo, reliqua duo titulis ſequentibus.

Primum eſt de albo corrupto; Quo prætor ne quis quæ perpetuæ juriſdictionis cauſa, in albo, vel charta, propoſuit, corrumpat, dat in dolo malo id facientem, cuivis de populo actionem pœnalem, *§. pœnales. Inſt. de act.* ad pœnam quingentorum aureorum, *l. 7. hic.* petitori applicandam, *Com. opin. teſte Jaſ. in d. §. pœnales. n. 30. 40. per l. 3. de ſepul. viol.* aut ſi delinquens inopia laborat, vel ſit ſervus, nec à domino defendatur, ad pœnam corporalem. *l. 7. hic.* Poteſt etiam officio judicis abſque actione talis mulctari. *Dd. in d. l. 7. Nov. 134.*

Dolo malo quem feciſſe præſumitur ex facto:

l. 1. *C. unde vi Old. in Claſſ. hic.* niſi error, ignorantia, ruſticitas, aut alia quæ excuſet cauſa, extet, *d. l.* 7 & probetur. *Bart. Ang. in l. ſed & ſi lege.* §. *ſcire. de pet. her.*

Quod quiſque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur.

Tit. II.

Ne Magiſtratus in perniciem ſubditorum, poteſtate ſuâ abuterentur, propoſitum hoc Edictum, cujus duo ſunt præcipua capita.

Primò cavetur, quod qui Magiſtratum, poteſtatemve habet, ſi quid in aliquem novi juris, ſcilicet iniqui, dolo malo & cum effectu ſtatuerit, ipſe quandocunque, adverſario poſtulante, eodem jure uti debeat. *l.* 1. §. 1, 2, *hic.*

Adſeſſoris imperitia, qui novum jus ſuggeſſit, non jus dicenti, ſed ipſi Adſeſſori, nocere debet, *l.* 2. *ff. eod.*

Ex ſecundo capite ſi quis apud eum qui Magiſtratum poteſtatemve habet, aliquid novi juris obtinuerit, poſtea, quandocunque adverſario ejus poſtulante, idem adverſus eum decernetur. *l.* 1. §. 1. *C. hic.*

Quod enim quis in alterius perſona æquum eſſe credidit, æquum id in ſua quoque perſona valere patiatur. *d. l.* 1. §. 1. *in fin.*

Sed hoc ita demum nocet, ſi vel poſtulatio præceſſit, vel uſus ſit ſecutus. *l.* 3. *hic.* Nam ei qui nec petiit, nec uſus eſt, nihil imputari poteſt.

Nec habet locum hoc Edictum, ſi jus novum dicentes vel impetrantes fecerint contra eum, qui idem juris antea dixerat vel impetraverat: ne, dum hujus Edicti beneficio utuntur, in ejus pœnam committant. *l. fin. hic.*

Pœna autem hæc adverſus omnes ſtatuitur, qui in Edictum inciderunt, non ſolum eo poſtulante qui læſus eſt, ſed etiam quocunque alio: *l.* 3. §. 2. *hic.* & tranſit in hæredes. *d. l.* 3. §. 5.

Obtinet hoc Edictum & in inſtrumentis, ut iis

utens,

Digitized by Google

tuens, pati debeat, ut eadem contra ſe valeant; *l. pen. Auth. adhac. C. de fid. inſtr.* idemque in teſtibus; *l. 17. C de teſt.* libello; *Panor. in c. examinata. n. 3. 4. de judic.* præſcriptionibus; *Jaſ. in Auth quas actiones n. 16 C. de SS. Eccl.* criminationibus; *Exod. 21. v. 24.* pœnis; *l. 7. C. de vi publ. l. ult. C. de calumn. l. ult. C. de accuſ. l. 1. 2. C. quand. lic. unicui.* & aliis innumerabilibus: etiam reſcriptis. *Mynſ. obſ. 4. c. 3.*

Si quis jus dicenti non obtemperaverit.

TIT. III.

Edictum hoc in eos proponitur, qui jus dicenti non obtemperaverint, hoc eſt, id non fecerint, quod extremum eſt in juriſdictione, ultra quod jus dicens non progreditur. *l. un. §. 1. hic.*

Eſt enim omnibus Magiſtratibus, exceptis Duumviris, permiſſum, ſecundum jus poteſtatis ſuæ, defendere juriſdictionem ſuam pœnali hoc judicio. *d. l. un. pr.*

Quo non ad id quod intereſt concluditur, ſed quanti ea res eſt, id eſt, quanti contumacia non obtemperantis à judice æſtimatur. *d. l. un. § fin.*

Hoc eſt, actio de qua agitur hoc titulo, non eſt propoſita ipſi Magiſtratui Iudicive, aut Procuratori Fiſci; ſed eſt actio popularis, quæ cuivis ex populo datur, etiamſi ejus privatim nihil interſit. *d. l. un. §. 1 in fin. l 5. §. 1. ff. ne quis eum qui in jus voc. vi exim. l. 7. ff. de juriſd.*

Et cum meram pœnam contineat, neque poſt annum, neque in hæredem datur. *d. l. un. §. fin.*

Quæ pœna, hæc actio cum ſit privata, non fiſco, ut mulcta, *l. 5 C. de mod. mulct.* ſed petitori applicatur. *Duaren. com hic & Diſp. lib. 1. c. 50.*

Non ſolum in reum qui non obtemperaverit, verum & actorem, hæc actio datur. *d. l. un. §. 3.*

De

De in jus vocando.

TIT. IV.

IN jus vocare, quod in omni lite primum, *§. fin. Inſt. de pœn. tem. litig.* nihil aliud eſt, quam juris experiundi diſceptandique, non alterius rei cauſa, vocare, *l. 1. hic.* ad eum qui jus dicturus eſt, *d. § fin.* hoc eſt, ad Magiſtratum. *Cujac. obſ. lib. 10. c. 19.*

Olim Romanis in uſu fuit; adverſarium in jus vocare, &, aut cum illo de die certa locoque, ſeu foro certo, convenire, *arg. l. de die. 8. pr. qui ſatiſd. cog.* aut invitum reluctantemque obtorto collo in jus, hoc eſt, ad tribunal Prætoris, teſtatò tamen, *Cujac. obſ. lib. 7. c. 17.* trahere.

Nec cuiquam impunè licebat ita raptum vi eximere, *t. t. ne quis eum qui in jus.* aut impedimentum creare, quominus quis in jus perduceretur. *l. 4. ad l. Jul. de vi priv.*

Prætor poſtea Edicto ſuo quaſdam perſonas in jus vocari planè vetuit: quaſdam ſine ſuo permiſſu vocari prohibuit: & pœnale judicium in contra facientes pollicitus eſt.

Eas omninò vocari Prætor prohibet, quæ, cum judicio careant, idoneam perſonam experiundi in judicio non habent, *tit. C. qui legit. perſ.* & quas partim ex juſtis impedimentis, partim auctoritate imperii & ſplendore dignitatis, ad parem minoremve magiſtratum vocare omninò non decet. *Enumerantur in l. 2. & ſeqq. hic.*

Sine juſſu Prætoris non poſſunt in jus vocari ex perſonæ, quibus reverentia præſtanda, etiamſi poteſtatem non habeant. *l. 1. 2. 3. C. hic. vid. l. 4. §. 1. & l. ſeqq. 13. ff. hic.*

Si quis adverſus ea fecerit, pœnam ſuſtinet quinquaginta aureorum: vel, ſi inopia laborat, corporaliter plectitur. *l. pen. & ult. hic.*

Applicatur & hic pœna contra Edictum vocatò, non fiſco; quia privata eſt injuria: eóque nec reſcripto remittitur, *l. 2. C. hic.* ut nec aliud

jus

jus ad privatos pertinens. *l.* 2. *l. ult. C. ſi contra jus.*

Non datur Edictum hæredi, quia morte vocati, cui injuria per vocationem in jus illata, *l. pen. hic.* cenſetur remiſſa: §. 1. *Inſt. de perp. & temp. act.* non in hæredem, quia pœnale: nec ultra annum, *d. l. pen.*

Ratio ſuadet, licet verba Edicti non patiantur, ut hic ἐπιεικείᾳ utamur, & pœnitentiæ locum demus, *l.* 11. *hic.* ſicuti in cæteris, *l.* 1. §. 1. *quod quiſq. jur.* etiam atrocioribus. *l.* 19. *de falſ.*

Nec hoc Edictum ullum de domo ſua in jus vocari, hoc eſt, obtorto collo rapi, permittit; Niſi aditum ad ſe præſtet, aut ex publico conſpiciatur. *l.* 19. *verſ. ſed ſi. hic.* quia ſatis pœnæ ſubit is, qui domo ſe continet, ſi non defendatur, & laritet; *l.* 18. *hic.* quando hoc caſu actor in bonorum ejus poſſeſſionem mittitur. *d. l.* 18. *& l.* 19. *eod.*

Nec impuberes puellas, quæ alieni juris ſunt, in jus vocare permiſſum. *l.* 22. *hic.*

In jus vocatus dimittendus eſt, ſi quis eum defendat: vel ſi, dum in jus venitur, de re tranſactum fuerit: *d. l.* 22. §. 1. Quod ſi quis eum nihilominus ducere trahereve pergat, injuriarum tenetur. *l.* 5. §. 1. *qui ſatiſd. cog. t. t. in jus voc. ut eant.*

Hodie quemlibet de domo ſua in jus vocare licet; *Can. in c. ult. de eo qui in poſſ. mitt.* etiam extrahere in criminalibus.

Quod olim in jus vocare, id hodie, ſublato jam juris & judicii diſcrimine, *de quo in l.* 4. *de inter act. l.* 3. *Ne quis eum.* citare dicitur.

Citatio eſt actus judicialis, ſeu judicii præparatorius, quo is, quem coram ſiſti opus eſt, judicis mandato legitime vocatur, juris experiundi gratiâ. *l.* 1. *hic.*

Partes ejus tres: 1. Præceptio judicis: *c.* 1. §. *contrahentes. de for. comp. in* 6. *Maran. in ſpec. aur. C. de cit. n.* 51. 2. Verbalis citatio, quam nuncius exſequitur: 3. Et ejuſdem nuncii relatio. *Maran. d. loc. n.* 55.

Nuncio hac in re creditur, utpote jurato, & de ſuo

ſuo officio teſtificanti, donec contrarium oſtendatur. *Bart. in l. 1. §. cura. de off. praf. urbi. Gl. 2. in cap. cum à nobis. de teſtib.*

Dividitur citatio in Realem & Verbalem.

Realis dicitur apprehenſio perſonæ: *c. ſi clericus. de ſent. excom. lib. 6 Auth. qua in provincia. C. ubi de crim. ag. op.* vel bonorum, propter delictum, æs alienum, aut aliam juſtam cauſam. *Auth. qui ſemel. C. quem. & quand. jud. l. 18 ubi Jaſ. n. 35 ff. hic.* Locum habet regulariter in criminalibus: *Marant. de citat. num. 58* Irregulariter in civilibus. *l. 10. §. 16. ff. qua in fraud cred. l. 7. ult. C. de his qui ad Eccl conf.*

Verbalis, quæ fit verbo: Aut eſt Privata, cum quis privatim ad domum citatur: *Jaſ. in l. plerique. n. 33. hic.* aut Publica, quæ ſcilicet publicè fit, aut affixis citationis literis, *Bart in ext. ad reprimendum. verb. edictum. Maran. praall. loc. n. 82.* aut per præconem, *Bald. & Dd. in l. fin §. cum igitur. C. de jur. delib. & in Auth. ſi omnes. C. ſi min. ſe abſt.* aut per campanam ſeu tubam, *l. 2. ubi Gl. & Dd. C. de decur.*

Citatio etiam alia Peremptoria, *l. 68. de judic.* alia Dilatoria. *l. 8. C. quom & quand. jud.*

Hæc contumacem non conſtituit reum, niſi tertiò ſit facta. Illa omninò ſi die præfinitâ non venerit. *l. 60. cum l. ſeq. ff. de judic* Peremptoriè quis interdum poſt tres quæ præceſſerunt citationes, nonnunquam poſt unam vel alteram; nonnunquam ſtatim à Iudice citatur: *l. 72. ff. eod.* Qui hoc æſtimare oportet, & pro conditione cauſæ, vel perſonæ, vel temporis citationum ordinem & compendium moderari. *d. l. 72. §. 1.*

Regulariter ſingulæ citationes ex jure veteri & novo Codicis decem dierum intervallo, *l. 69. l. 13. §. 2. C. eod* ex jure Noviſſimo triginta diſtingui debent. *Novel. 112 cap. 3.*

Origo citationis eſt ex jure naturæ. Eſt enim ejus finis defenſio. *Clem. paſtoralis. de re jud. Maran. d. loc. n. 3.*

Fit præcepto judicis: *l. 2. l. 8. C. quom. & quan. jud. Bart. & Dd. in l. neminem. C. de exh. reis,* per apparitorem:

ritorem: ad inſtantiam & poſtulationem litigatoris: citra quam judex neminem citare debet in cauſis privatis, *c. ſignificaſti. verb. petition. de for. comp. l. 68. de jud.* ſed tantummodo in publicis. *c. qualiter. 23. de accuſ. Socin. de cit. art. 6. n. 2.*

Citare poſſunt judices Ordinarii: item, ſed non per edictum, *Gail. 1. obſ. 57. num. 13.* Delegati; *licet dubit. Gl. in l. 8. C. quom. & quand. jud. per. Nov. 53. c. 4.* Puta intra locum ubi judicare tenentur: *c. fin. c. 1. conſervatores. c. ſtatutum. 11. §. in nullo. de reſcript. in 6.* cum abſque citatione mandatam juriſdictionem exequi nequeant. *per l. 2. de juriſd.* Et arbiter citare poteſt. *l. 21. §. 5. & fin. De recep. arb.*

Citari debent omnes, quorum intereſt, quorumque cauſſa agitur, *l. 47. de re jud. Auth. ſi omnes. C. ſi minor. ab hered. c. 2. de teſtib. Maran. d. loc. n. 2. 3. 4.* licet præſentes ſint: *Bart. Jaſ. & Dd. hic. in l. 1. & d. l. 47.* modò non vetentur. *vid. Guidel. lib. 4. de Jur. Noviſſ. c. 5.*

Citatio facienda, non modò in ſingulis cauſis, quæ cauſæ cognitionem deſiderant; *l. 13. §. 1. ff. de minor. l. 1. §. ex eodem. ff. quæ ſint ſine appell. l. 7. C. quom. & quand. judex.* ſed ſingulis etiam cauſarum actibus & partibus expediendis: *c. 1. de cauſ. poſſ. c. inter. de major. & obed. Cl. paſtoralis. de re jud.* niſi ubi cauſæ cognitione non eſt opus, *l. fin. C. ſi per vim. l. nec quicquam. 9. §. ubi decret. de off. proc.* & non obſtante partis contradictione poteſt procedi. *Bald. Jaſ. in d. §. ubi decret. Socin. in tr. cit. art. 7. n. 35. & 36.*

Citatio hodie fieri debet ſecundum ſtatuta cujuſque loci: *Bald. in l. ceſſante. 2. num. 8. C. quom. & quand. jud.* Si iis nulla ſpecialis forma data, juris communis forma eſt ſervanda; puta Citatio ut valeat, debet committi à judice, *l. fin. C. de exhib. reu.* nuncius juxta præſcriptum ſuæ commiſſionis eam exequi, *c. venerabili. de off. deleg. c. cum dilect. de reſcr.* in perſonam, ſi illa haberi & inveniri poteſt, *l. 1. §. permittit. de lib. agn. l. 4. §. prætor. ubi Bart. Imol. Caſt. Alex. de dam. inf.* ſi non, ad domum, *l. aut qui. §. 2. quod vi aut clam. l. 18. hic. l. 39. §. 3. ff. de adult.*

adult. aut uxorem & familiam; *Mynſ. 3. obſ. 37.* vel amicos, *l. 5. §. 2. ff. quod vi aut clam.* vel, ſi nec hi quidem in promptu ſint, affixâ citationis Scripturâ: *Bald. & Ang. in l. ut perfectius. C. de ann. exc.* Eò puta loci, undè veriſimiliter notitiæ ejus qui citatur, inſinuari poſſit. *Dd. in c. ult. de eo qui mitt. in poſſ.*

Continere ea debet, 1. Nomen judicis citantis. 2. Ejus qui vocatur. 3. Illius ad cujus petitionem fit. 4. Cauſam propter quam fit citatio. 5. Locum idoneum, *Bart. in d. l. aut qui. text. in c. cum parati. 19. de app.* in quo citatus compareat. 6. Tempus opportunum & juſtum. *Panorm. in c. cum dilect. n. 20. de dol. & cont. Spec. de cit. §. 1. n. 12. & §. nunc de tempore.* quo compareat.

Fit citatio, ut quis compareat & ſe ad defenſionem præparet. *Bald. in l. cum fratrem. 9. C. de his quib. ut ind. Marant. part. 6. de cit. n. 13.*

Operatur præventionem; *c. propoſuiſti. ubi Socin. de for. comp. Gl. in Cl. 1. de jud. Soc. d. tr. art. 31. n. 2. & 4.* non tollit declinatoriam exceptionem; *l. 5. de judic. l. 2. ſi quis in jus voc.* perpetuat juriſdictionem; *c. gratum. c. relatum. de off. del. Clem. 2. ut lit. pend.* & Iure Canonico, actionem; *d. c. gratum. cum ſeq. Clem. 1. 2. ut lit. pend. Dd. in l. ubi acceptum. de jud.* interrumpit longi temporis præſcriptionem. *Nov. 119. §. ultra. l. 3. l. 7. C. de præſcr. 30 ann.*

Actor cauſa cadit, ſi vocatum, oblato libello, in aliud poſt judicium vocet atque pertrahat. *Cujac. lib. obſ. 10. c. 10.* Licet juſtam cauſam habuerit. *l. ult. §. 1. & ult. C. hic.*

Si quis in jus vocatus non ierit: ſive quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit.

TIT. V.

Citatus, ſive jure, ſive injuria, ab eo qui jus dicit, hoc eſt, ſuperiore Magiſtratu, *Duar. Diſp. ann. lib. 1. c. 1. & 53.* venire debet, nec contemnere

aucto

auctoritatem ejus: *l. 2. hic. l. 5. de judic.* niſi major, aut par ſit, aut ea conditione, ut venire, propter cauſas Edicto expreſſas, non debeat. *l. 2. 4. de in jus voc.*

Ab adverſario temerè, & contra Edictum, ſi vocetur, impunè licet non venire. *l. 11. ſup. eod.* Vt & vocatus ab inferiore judice, ſupra juriſdictionem jus dicere volente. *l. fin. de juriſd.*

Si in jus vocatus non ierit, ex cauſſa, id eſt, causâ cognitâ; à competente Iudice, mulctâ pro juriſdictione, id eſt, quatenus jus dicendæ mulctæ habet; *fac. l. ult. C. de mod. mulct.* judicis damnatur. *l. 2. §. 1. hic.*

Eam Prætor ruſticitati, quæ ſcilicet à dolo abeſt, *l. 7. cum ll. ſeqq. de juriſd.* remittit: *vid. Jaſ. in l. 1. §. fin. ſi quis jus dic.* Et, ſi nihil interſit actoris, eo tempore in jus adverſarium veniſſe: puta, quia feriatus dies fuit. *l. 2. §. 1. hic.*

Si quis promiſerit judicio ſiſti, & non ſtiterit, etiam in hoc tenebitur adverſario, ut, ſi nulla certa pœna adjecta fuerit, incerti ad id quod intereſt conveniri poſſit. *l. fin. hic.* Quia in obligationibus faciendi ſi non fiat quod convenit, ſuccedit obligatio & præſtatio ejus quod intereſt: *l. 72. l. 81 ff. de V. O. l. 13. ff. de re jud.* Quoniam nemo ad factum præcisè cogi poteſt, cum hoc ſine vi & impreſſione, quam Legiſlator exoſam habet, *l. 4. ff. de ſtatu hom.* fieri non poſſit.

In jus vocati ut eant, aut ſatis, vel cautum dent.

Tit. VI.

Si is qui vocatur, (ſcilicet à privato, non magiſtratu; Is enim omninò venire debet. *l. 2. ſi quis in jus voc. l. 5. de jud.*) fortè ſit occupatus, vel juſta prætexat impedimenta, quo minus venire poſſit, ſatiſdationemque judicio ſiſti certo aliquo commodoque die offerat, eſt dimittendus. *l. 22. in fin. de in jus voc.*

Si non contentus, pro rei de qua agitur, quantitate, *l. 1. hic.* & conveniendi facilitate, *l. 1. ſi quis in jus voc.* locuplete fidejuſſore, Actor, in jus porrò trahere pergat, injuriarum tenetur, *l. 5. §. 1. qui ſatiſd. cog.* Et Reo; quia non levis eſt injuria in jus duci: Et fidejuſſori; Quia ejus æſtimationem apud bonos & graves viros Actor, cum eum pro inope habeat, non leviter ſuggillat: ſive quod minus prudentiæ in præteritum tempus habuiſſe credatur; ſive quod in futurum non tam facile ſit reperturus, qui cum eo, ſive pignoribus, ſive fidejuſſoribus, velint contrahere.

Ab hac regula, ob reverentiam, excipiuntur neceſſariæ perſonæ, pro quibus, quamvis datâ veniâ vocatis, qualemcunque fidejuſſorem accipi Prætor jubet. *l. 1. 2. & ſeqq. hic. l. 2. §. 1. qui ſatiſd. cog.* Quia propter favorem perſonarum, hic pro locuplete habetur, *l. 9. hic.* quantum ad facultates. *l. 2. §. pen. ff. qui ſatiſd. cog.*

Ne quis eum qui in jus vocabitur, vi eximat.

TIT. VII.

IN eum qui vi adhibitâ moram fecit, quo minus in jus iretur, unde actionis dies exiit, vel res tempore amiſſa eſt, *l 4. hic.* & qui vi exemit, vel dolo malo fecit quo magis eximeretur, *l. 1. l. 3. in fin. l. 4. in fin. hic.* in factum judicium datur. *l. 5. §. 1. §. 3. eod.*

Quo continetur quanti ea res, de qua controverſia eſt, ab actore jurejurando erit æſtimata: *Bart. & Jaſ. in l. pen. §. 1. hic. arg. l. ſi quando. C. unde vi.* etiamſi calumniandi animo lis ſit inſtituta. *l. 5. §. 1. hic.*

Non enim jus actoris, ſed factum eximentis contra popularem legem, Prætor reſpicit & coërcet.

Vndè & ſi plures ſint qui deliquerunt, in ſingulos in ſolidum, *l. 7. cum l. ſeq. de juriſd. l. 5. §. fin. hic.* hoc judicium datur, manente nihilominus eo qui

qui exemptus eſt obligato; *l. fin. hic.* Licet is qui exemit jam ſolverit. Quia pœnam ſuam ſolvit; *d. l. fin.* Quod enim quis proprio, non debitoris nomine, ſolvit, nunquam debitorem liberat. *l. 31. in princ. ff. de petit. hered. l. 28. ff. mand.* Nunquam enim actus, ultra agentium intentionem operantur. *l. 19. ff. de reb. cred.*

Lege etiam Iuliâ de vi privata tenetur, ſi concurſum & cœtum, quo minus quis in judicium produceretur, faciat: *l. 4. ad l. Jul. de vi priv.* benignâ tamen Iuriſconſultorum interpretatione ad eos tantum caſus, de quibus præcipuè loquitur, ſeveritas hujus Edicti reſtricta eſt.

Vndè huic actioni locus non eſt, ſi perſona, quæ in jus vocari non potuit, exempta eſt: *l. 1. §. fin. & l. 2. hic.* idem in eo, qui aliò quam quò debuerat, vocatus eſt; *d. l. 2.* item in ſervo; *l. 3. hic.* quia fruſtra vocatur, quando cum illo agi nequeat. *t. t. C. qui leg. perſ. ſtan.* & ſi quis ad pedaneum judicem, *l. 3. §. 1. hic.* & alios judices minores, vocatum eximat.

Datur hoc judicium hæredibus, ſi interſit; puta ſi jus eorum ſit factum deterius, & damnum datum rei familiari: non in hæredem. Cum pœnalis ſit actio. Qualis neque heredi, neque in heredem datur: *l. 35. ff. de obl. & act.* nec poſt annum. *l. 5. §. fin. hic.*

Qui judici ejuſve ſatellitio, vel cuſtodiæ, quem eximere non verentur, ad idem obligantur, quod reus principalis, ſi damnatus fuiſſet, pendere cogeretur, tam in civilibus, *l. 3. C. de exact. trib. lib. 10.* quam in criminalibus cauſis. *l. 4. C. de cuſt. reor.*

Si quis capitis damnatum eximat, aut privatim interficiat, majeſtatis reus eſt, & capite plectitur. *l. 4. ubi Bart. ad l. Jul. majeſt. Jaſ. in l. 3. §. fin. n. 12. hic. per l. fin. C. de malefic.* Tum ſcilicet cum ſummi Principis violatur Majeſtas & juriſdictio. In reliquis inferioribus pœna arbitraria in quocunque modo eximentes ſufficit. *Fab. Jaſ. n. 102. 107. in §. pen. Inſt. de action. & in d. §. quod prætor. n. 2. per l. 4. l. 9. de cuſt. reor. Guid. Pap. qu. 579.*

Qui ſatiſdare cogantur, vel jurato promittant, vel ſua promiſſioni committantur.

Tit. VIII.

SAtiſdare adverſario noſtro dicimur, cum pro eo, quod à nobis petiit, ita cavemus, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fidejuſſoribus. *l.* 1. *hic*.

Satiſdatio aut Neceſſaria eſt, quæ à lege, vel Magiſtratu imponitur; *l.* 7. *cum ſeq. hic.* ut de ſiſtendo, de ſe præſentando, *l.* 1. *ubi Jaſ. ſi quis in jus voc.* de non offendendo, *Bart. in l.* 6. §. 2. *de off. præſ.* di lapidando, *d. l.* 7. *l.* 41. *de jud.* de expenſis, *Auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cler. Nov.* 112. & ſimiles. Aut voluntaria; quæ ex conventione contractibus apponitur. *l.* 10. *rem rat. hab.*

Alia fit fidejuſſoribus, aut pignoribus. *l.* 1. *hic.* Alia per jusjurandum, & juratoria; *l. fin. eod.* Alia nudâ promiſſione, & cautio ſimplex dicitur. *l.* 61. *de V. S. vid. l.* 3. *C. hic.*

Hæc locum habet cum creditor conſentit. *l.* 5. §. 4. *ff. jud. ſolvi.* Quia creditori conſentienti aliud pro alio licitè ſolvitur. *l.* 17. *C. de ſolut.* §. 1. & 2. *Inſt. quib. mod. toll. oblig.*

Introduxit ſatiſdationum jus & Prætor: *pr. Inſt. de ſatiſd.* qui nolentem ſatiſdare cogit; aut miſſione in poſſeſſionem bonorum, aut rei ipſius ablatione: *l.* 7. §. *fin. hic.* Et voluntas litigatoris conventi, & fidejuſſorum pro eo ex Edicto repromittentium.

Satiſdationem præſtare omnes qui conveniuntur (etiam filiifamilias), debent. *l.* 14. *hic.*

Rei citra procuratorem litigantes olim judicatum ſolvi ſatiſdare tenebantur: *princ. Inſt. hic. l.* 46. § 2. *ff. de procurat.* Hodie tantum de judicio ſiſti, hoc eſt, proſequenda ad finem lite cavent: §. 2. *Inſt. eod.* Reorum procuratores vel defenſores, etiam ſub geſtorum teſtificatione facti; ſatiſdationem judicatum ſolvi

Digitized by Google

ſolvi præſtare coguntur; etiamſi de mandatis conſtet. *l. un. C. hic.* Quia nulli alienæ rei ſine ſatiſdatione idonei ſunt defenſores. *vid. §.5. Inſt. eod. l.110. ff. de reg. jur.*

Eſt interdum renovanda, ſi fortè prior, etiam ex facto alterius quam promiſſoris, evaneſcat; *l. 8. §. 3. hic.* vel medio tempore, prolapſis in inſignem calamitatem fidejuſſoribus, reddatur inutilis. *l. 10. §. 1. hic.*

Actores Iure Civili veteri minimè; *pr. Inſt. de ſatiſd.* novo ſatiſdare omninò coguntur. *d. Auth. generaliter. Auth. libellum. C. de lit. cont.*

Nempe intra duos, à tempore porrecti libelli, menſes, ſe litem conteſtaturos: ad finem uſque judicii in lite permanſuros: litis decimam partem reo vincenti expenſarum nomine ſoluturos: *Novel. 96. c. 1. Novel. 112. c. 2.* Hodie tantum cavent de ſumptibus litis & damnis reſarciendis, ſi ſuccumbant. De qua cautione in *d. Auth. generaliter.*

Si lites per procuratores inferant, ii ſatiſdare coguntur rem ratam habituros dominos, & quicquid geſſerint approbaturos; *l. un. C. hic.* Niſi dominorum mandata in judiciis exhibuerint & actis inſinuarint; *d. l. un.* aut dominorum litteris ad adverſarios ſcriptis confirmentur; *l. 65. ff. de procur.* aut pro præſentibus procurent. *d. l. un.*

Sine mandato procuratores nequidem cum cautione admittuntur; niſi ſint conjunctæ perſonæ: *l. 35. in princ. ff. l. 2. l. 12. l. 21. C. de procurat.* intra quartum gradum. *Gl. in l. cum alienam. C. de legat.*

Non decernenda ſatiſdatio à judice, niſi ad petitionem partis. *Hipp. in prax. crim. §. nunc videndum. n. 3. per l. 4. §. hoc a. de dam. inf. l. 13. C. de procur.*

Quæ, cum ſit dilatoria, poſt litis conteſtationem non admittitur. *l. 40. §. 3. de procur. d. l. 13. d. l. un.*

Verſatur ſatiſdatio, circa judicii ſtatum diem.

Conſtituitur propriè fidejuſſoribus. *d. l. 1. hic.*

In civilibus unus idoneus locuples ſufficit: *l. 2. 3. 4. 5. § 1. l. 1. hic.* Puta in levioribus: In gravioribus enim cauſis plures requiruntur. *Marant. de*

Digitized by Google

ſatiſd. num. 76. Sic & in criminalibus, pro qualitate delicti & perſonarum, plures exiguntur. *Marant. tr. judic. de ſatiſd. n.*7. Niſi ſint cauſæ capitales. In quibus ſatiſdatio non admittitur: *l.* 3. *ff. de cuſt. reor.* ſed vinculis & carceribus rei aſſervantur. *Bald. in l.* 1. *ff. eod. & l.* 2. *C. eod.*

Hodie eſt receptum, etiam pignoribus, puta depoſitione pecuniæ, in judicio caveri poſſe. *Gl. & Dd. in l.* 1. *hic. Gl. & Bald. in l.* 7. *C. de O. & A. per l.* 41. *C. quæ res pign.* Iis actionibus exceptis, pro quibus rei bona ſunt pignori tacitè obligata. Vt in judicio tutelæ, dotis, *Inſ. in quib. cauſ. pign. tac. cont.* Plus enim ſit in cautione, quam in principali actione oportet.

Debet & ſatiſdatio eſſe ſufficiens; *l.* 2. *hic.* id eſt, fidejuſſor debet non tantum ſatis idoneè habere pro magnitudine rei quam actor petit; *l.* 234. §. 1. *de V. S.* ſed & facile poſſe conveniri. *d. l.* 2. *in princ.*

Fiebat olim hoc modo; De die aſſignanda, quâ judicio ſtetur, inter litigatores conveniebat: & ſtipulatione interpoſitâ, vadimonium de ſiſtendo eâ die cum à litigatore convento, tum pro ipſo à fidejuſſoribus promittebatur: Quod ſi de die ponenda conveniri nequibat, Actoris erat diem aſſignare, ne qua, tergiverſante Reo, & minus actori commodum fraudulenter deligente, ad elabendum feneſtra aperiretur; *l.* 73. *de V. O.* moderato tamen ſpacio de hoc à judice ſtatuendo. *l.* 8. *hic.*

Noviſſimo jure; qui à judice litis cauſa citatur, debet initio ſatiſdare, ſe uſque ad finem in lite permanſurum. §. *ſed hodie. Inſt. de ſatiſd. d. Auth. libellum. Auth. quod fieri. C. de dilat.*

Hodie omiſsâ ſatiſdatione pleriſque in locis coguntur litigatores domicilium in territorio, ubi agitur, eligere; unde citari, & niſi reſpondeant, pro contumacibus haberi, judicari ve poſſint.

Diximus ſatiſdandum fidejuſſoribus idoneis: tales non ſunt mulier, propter exceptionem Velleiani: *l.* 8. §. 1. *hic. t. t. ad SC. Vell.* miles, quia ex privilegio militari fidejuſſione ſolvitur: *d. l.* 8. §. 1. *l.* 31.

C. de

C. de loc. & cond. (Cui tamen privilegio hodie, *l. pen. C. de pact.* non olim, *l. 9. C. de procur. l. 31. C. locat.* renunciare poteſt.) minor propter reſtitutionis in integrum beneficium: *d. l. 8. §. 1. & 2.* Nec ei beneficio renunciare poteſt: Quia adverſus eam renunciationem in minore ætate factam æque reſtitueretur: *l. 19. verſ. idemque eſt. ff. de novation.* ſervus, quia perſonam legitimam ſtandi in judicio non habet. *l. 1. C. de prec. imp. off. tit. C. qui perſ. leg. ſtan.*

Qua in parte ſi quid fraudis ſtruatur, arbitri ad probandos fidejuſſores idoneos conſtitui ſolent: qui ſi in alterutram partem iniquum judicium dixiſſe videbuntur, querela ad competentem judicem deferri per provocationem poteſt. *l. 9. & 10. hic.*

Qui ſatiſdationem offert, non poteſt violenter in jus pertrahi. *l. 5. §. 1. hic.*

Nec eam petendo vel præſtando, quis videtur in Iudicem conſentire. *l. 52. §. fin. de judic. Jaſ. in l. 18. n. 22. de juriſd.*

Procurator qui ſatiſdedit eſt loco domini. *l. 7. de procur.*

Datur in fidejuſſorem actio à Prætore, quanti ea res eſt, id eſt, in veram quantitatem, niſi pro certa quantitate acceſſit. *l. 2. §. fin. hic.* Id eſt, niſi pœnam certam promiſit: quamvis eam deberi necdum appareat. *l. 3. hic. l. fin. de eo per quem fac.*

Iurato promittunt nonnulli ob dignitatem, *vid. Nov. 53. c. 4. Nov. 112. c. 2.* ut illuſtres, *l. pen. C. de dign. lib. 12. ubi Gl.* Senatorii: plerique propter neceſſitatem: qui nec ab onere ſatiſdationis liberantur, neque tamen fidejuſſores idoneos invenire poſſunt, *Weſ. hic.* nedum in civilibus, ſed etiam interdum in criminalibus. *Novell. 134. c. 9. Par. de Put. in tr. Synd. in verb. fidejuſſores. c. 1.*

Cui cautioni ſi non ſtent illuſtres & ſenatorii, plectuntur pœnis lege ordinatis; *d. l. pen.* reliqui, cauſa cadunt: *Cujac. in l. 2. C. de reb. cred.* Perjurium extra ordinem punitur. *l. ult. ubi Dd. de crim. ſtell.*

Digitized by Google

Si ſuſpectus de fuga ſit reus aut peregrinus, non facile cautioni juratoriæ committi, ſed potius arreſtari debet, ut revera agenti cautum eſſe poſſit. *l. litibus. ubi Bart. n.8 C. de Agric. lib.11. Alb. in l.7.§.ult. hic. Bald. not. in l. ult. C. de ord. cogn.*

Hujus jurisjurandi duo ſunt ex more capita:

Ut litigator juret, ſe fidejuſſores invenire idoneos, quamvis ſummâ adhibitâ diligentiâ, nequiviſſe. Deinde, de quibus cavendum erat, ut ea ſanctè ſe facturum, ſtaturumque judicio promittat.

Suæ promiſſioni committitur, qui res immobiles in territorio, *vid. Jaſ. in l.7.§.1. n.8. hic.* ubi litigatur, *l. 15 hic.* ſuo jure, & irrevocabiliter, jure directi, utilisve dominii, *d. l. 15. §. 1.* pro quantitate æſtimationis rei petitæ, poſſidet. *Gl. in d. l. 15. in pr. verb. compelli. & in §. ſed hodie. Inſt. de ſatiſd.*

Quod verum in civilibus; ſecus in criminalibus. *Jaſ. in d. l. 15. n. 3. in 10. lim.*

Procuratorem ſic poſſidere non ſufficit: niſi pro domino, qui nihil immobilium ibi poſſideat, ſe ut vadem interponat.

Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caveatur.

TIT. IX.

SI quis ſervum, de quo noxalis actio eſt, judicio ſiſti promiſerit, Prætor edicit, ut in eadem cauſa eum exhibeat, in qua tunc eſt, donec judicium accipiatur. *l. 1. in pr. hic.* hoc eſt, donec vel ipſe judicium, tanquam principalis, nomine ſervi ſubeat; aut ſervum noxæ dedat. *Weſ. hic.*

In eadem cauſa ſiſtere videtur, qui ad experiendum non facit actoris jus deterius. *d. l.1. §. 1. l.11. & 12. ſi quis caut.*

Digitized by Google

De eo per quem factum erit, quo minus quis in judicio ſiſtat.

Tit. X.

HOc titulo Prætor dolum ejus coërcet, qui impedit aliquem judicio ſiſti. *l. 1. in pr. hic.*

Dolo malo feciſſe videtur, ſive per ſe, ſive per alium fecerit, *d. l. 1. §. 1.* & ſive vi, ſive dolo tantum. *d. l. 1. §. 1. & 2.*

Datur actio tum, non ei ſolum, qui in jus vocaverit, ſive ſe, ſive eum, quem in jus vocavit, impeditum fuiſſe dicat, *l. ult. hic.* ſed etiam in jus vocato, niſi ab actore impeditus fuerit: quo caſu ſufficit ei exceptio, ſi de pœna promiſſa conveniatur eò quod ad judicem non venerit. *l. 1. §. 3. hic.*

Eſt hæc actio in factum, in id quod intereſt; *d. l. ult.* ſed ex parte ejus qui dolo fecit, pœnalis eſt: Vnde nec poſt annum, nec in heredem datur: *l. 1. §. fin. hic.* Niſi hactenus, ut ex defuncti dolo non lucretur. *l. 17. §. 1. ff. de dolo.*

Si plures dolo fecerint, omnes quidem tenentur: ſed ſi unus præſtiterit pœnam, cæteri liberantur. *d. l. 1. §. 4.* Eſt enim rei perſecutoria hæc actio. *arg. l. 2. & 3. de duob. reis.*

Si ſtipulator dolo promiſſoris; promiſſor dolo ſtipulatoris fuerit impeditus quo minus ad judicium veniret; neutri datur actio, ſed dolus dolum compenſat: *l. 3. §. 3. hic.* Id eſt, actio quæ adverſus alium de dolo vel propter dolum competeret, amittitur.

Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit.

Tit. XI.

SI litigator cautionibus de judicio ſiſtendi cauſſa factis, conſultò non obtemperat, neque vadimonium obit; committitur ſtipulatio, tam adverſus

reum principalem, quam ejus fidejuſſores. *l. 4. pr. & §. 5. l. 6. l. 11. hic.*

Ex ea actio competit, quæ eſt, aut Certi condictio, ſi certa quantitas promiſſa ſit: aut Incerti, in id quod intereſt, ad illud tempus quo ſiſti promiſſor debuit, *l. 12. hic.* ſi ſimpliciter promiſſum ſatiſdatumque ſit. *l. ult. ſi quis in jus voc. non ier. l. ult. de ſtip. ſerv. pr. Inſt. de V. O.*

Siſti non videtur, qui vadimonium deſerit, qui non in eadem cauſſa ſiſtitur, *l. 11. hic.* qui novo fori privilegio utitur. *l. 12. eod.* Quod Actoris conditio præſcriptione fori reddatur in agendo durior. *l. 1. & 2. 3. de alien. jud. mut. cauſ. fact.*

Datur hæc actio heredi, & in heredem, niſi ſtipulatio propter actionem quæ ad heredem non tranſit, ut injuriarum, interpoſita ſit. *l. ſi eum. 10. §. qui injuriarum. 2. hic.*

Tollitur hæc actio per exceptionem, ſi Reus juſtam cauſam afferat, quâ impeditus, judicio non ſtitit; veluti ſi adverſam valetudinem, tempeſtatem, vim fluminis excuſet, *l. 2. & paſſim. hic.* item ſi poſtea ſe ſiſtat, nec Actoris jus ex mora deterius factum ſit. *l. 8. hic.*

Ipſo jure non competit, ſi principalis actio tranſactione, morte, vel alio modo, ſublata eſt. *d. l. 2. pr. l. 10. §. 2. ult. hic.*

De feriis & dilationibus, & diverſis temporibus.

Tit. XII.

SI feriæ inciderint, aut dilationes legitimæ fuerint conceſſæ, in ea cauſa promiſſor eſt, ut adverſus eum ſtipulatio non committatur. *l. 2. in fin. ſi quis in jus voc. non ier. l. 3. C. de dilat.*

Feriæ ſunt dies feriati, quibus jus non dicitur, nec ſui poteſtatem magiſtratus facit. *l. 5. h. t.*

Sunt aut publicæ, totius populi; aut privatæ, alicujus collegii vel familiæ. *Macr. Satur. l. 1. c. 16.*

De publicis tantum hic agitur; quarum ſpecies ponunt

ponunt Doctores tres: ſcilicet Solennes, Indictas, & Repentinas. *Vid Spec. de fer.* §. 1. *n.* 4.

Rectius Iuriſconſulti *in l.* 26. §. 7. *ex quib. cauſ. major. l.* 3. *C. de dilat.* in Solennes ſeu ordinarias tribuunt, & in Repentinas ſeu extraordinarias.

Illæ, certo ſpatio quotannis recurrentes, aut Sacræ ſunt, divini cultus cauſa inſtitutæ: *l.* 2. 3. 6. 7. 8. *l. ult. C. hic.* aut Honorariæ, in honorem Principis: *d. l.* 26. §. 7. *l.* 7. *C. hic.* aut Neceſſariæ, ad colligendum fructus autumnales, & fervores æſtivos mitigandum, conceſſæ. *l.* 4. *hic. d. l.* 7. *C. eod.* Hiſce deputantur menſes duo; *d. l.* 7. *in princ. l.* 5. *C. l.* 4. *ff. hic.* Et extenduntur moribus ad tempora ſeminationis. *ex ratione l.* 1. *C. de agric. & cenſit. lib.* 11.

Repentinæ ex cauſis variis variè & arbitratu jus dicentis diſtinguuntur. *d. l.* 26. §. 7.

Princeps ut leges, ſic ſolus ferias ſtatuit generales: *arg. l.* 4. *C. hic.* Inferiores, ut leges & ſtatuta, ſic ferias non prohibentur in ſua diœceſi condere locales. Modò Principis conſenſus adſit. *l.* 4. *C. hic. & ibi gloſſ. Bart. Duar. hic.*

Iudex quilibet poteſt ferias à Principe vel lege jam indictas & definitas, pro ratione & maturitate fructuum moderari, & aut citius, aut tardius, prout uſus fert, indicere. *Gl. & Dd. in d. l.* 4. *& l. præſides.* 7. *hic. Spec. d. loc.*

Earum ratio non habetur in iis quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis, *per l.* 8. *C. hic. Spec. d. loc.* §. *ſequitur. n.* 1. & quæ expediri nec differri Reipublicæ intereſt. *l.* 5. *l. pen. C. eod. l.* 3. *l. pen. ff. eod. c.* 3. *Ext. eod.*

Inſtitutæ feriæ ſacræ, ut multitudo à curis prophanis feriata, cultui divino det operam: *l.* 7. *l. fin. C. eod.* Neceſſariæ, ut agricolæ, litibus vacui, colligendis tempeſtivè fructibus vacare poſſint; *l.* 1. *ff. l.* 3. *C. eod.* Repentinæ, ut publicum gaudium luctuſve, publico juſtitio celebretur.

Tempore feriarum nec à judice, *l.* 1. *hic.* nec arbitro, *l.* 7. *in fin. C. eod.* jus dici, aut citatio fieri, aut ſolutio debitorum publicorum exigi poteſt. *d. l.* 7. *in fin.*

Parte alterutrâ emanente, actus à judice tempore

pore feriarum factus, eſt ipſo jure nullus: *d. l. 1. in fin. l. 6. hic. Jaſ. in l. 4. n. 3. hic.* Nec appellatio eſt neceſſaria: *l. 1. §. 1. ff. hic.* Quia non contra jus litigatoris, ſed contra leges eſt factus.

Sententia die feriato lata licet nulla ſit; tamen dies feriati in appellationum temporibus computantur. *l. 1. C. hic.*

Solennibus, *c. fin. Ext. eod.* & repentinis, *Bald. in l. 1. in fine. C. eod.* à privatis renunciari nequit, quia privatorum cauſa non conſtituuntur: *Spec. de fer. §. fin. Gl. Salic. in l. 7. C. eod.* Poteſt neceſſariis, & expreſſe, *l. 1. §. 1. ff. hic.* & tacite; ut ſi in jus vocati veniant, *d. l. 1.* vel dies compromiſſi exitura ſit. *l. 13 §. 3. ff. de recept. arbitr.*

Dilatio eſt diei judicii diffuſio atque prorogatio, quâ pendente cognitio ſuſtinetur, *l. 36. pr. de judic.* & officium judicis quieſcit. *l. 3. C. de dilat.*

Dividitur in Peremptoriam, Non peremptoriam, *l. 68. de judic.* Conventionalem, Iudicialem & Legalem.

Peremptoria eſt, quæ perimit diſceptationem, neque ultra patitur adverſarium tergiverſari, *l. 70. eod.*

Non peremptoria eſt, quæ diſceptationem duntaxat profert, non perimit. *d. l. 36. d. l. 3.*

Conventionalis eſt, quæ fit ex conſenſu litigatorum. *arg. l. 26. de re jud. l. 4. in fin. C. de dilat.*

Iudicialis eſt, quæ fit à judice, vel ad inſtantiam partis; *l. 1. l. 4. C. eod.* vel proprio motu, *Spec. de dilat. §. 2. n. 6.* ex bono & æquo; *Spec. d. loc. n. 26. 27.* ſedente puta eo pro Tribunali, utraque parte præſente, causâ cognitâ. *l. 4. C. de dilat.*

Non enim pro Iudicis libitu, ſed rerum neceſſitate cogente; puta ut inſtrumenta producantur, vel teſtes exhibeantur, *l. 1. in pr. & §. ult. C. hic.* dari, & nec iterum petenti concedi, *l. ult. ff. hic.* (id eſt, non facilè. *d. l. 1. §. ult. l. 7. ff. eod.*) debent. *l. 1. C. hic.* Et, de Iure Civili, (non Canonico, quo dilationum ſpatia ſunt arbitraria; *c. quoad conſult. de ſent. & re jud. c. oblata. §. licet. de appellat.*) ſi ex eadem provincia, ubi lis agitur, probationes ſeu inſtrumenta poſcantur, non amplius, quam tres menſes; ſi ex

alia,

Digitized by Google

alia, ſex; ſi ex ultramarina, novem, nec ultra concedere poteſt. *d. l.* 1. *& ult. C. de dilat. & Nov.* 69. *c.* 2.

Legalis eſt, quæ fit à lege, veluti propter ferias. *l.* 3. 6. 8. 10. *C. de fer.*

In pecuniariis cauſſis, una tantum dilatio in ſingulos actus datur: in criminalibus, duæ Actori, tres Reo dantur: *l fin. hic.* Si quidem in ſuo judicio reus litiget: ſin ad alienum trahatur judicium, datur ipſi & dilatio ad convincenda precum mendacia, vel inſtrumenta, aut teſtes producendos. Inſtructus enim eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum trahitur judicium. *l.* 2. *C. eod.*

Quæ actori denegatur. *d. l.* 2.

In civilibus quandoque ex magna cauſſâ nova dilatio datur; *Marant. de dilat. n.* 6. 7. 8. 9. *& ſeq.* tempore litis conteſtatæ: ante eam, reo triplex terminus ex lege eſt conceſſus. *l.* 68. *& ſeq. de judic.* Olim per intervallum non minus decem dierum, *l.* 68. *cum ll. ſeqq. ff. de judic.* Hodie triginta. *Auth. qui ſemel. C. quom. & quand. jud. Novel.* 112. *cap.* 3.

Dantur dilationes; ut litigatores idoneum habeant ſpacium, quo ſe ad judicium præparare & inſtruere poſſint. *l.* 1. *C. de dilat. c. fin. Ext. eod.*

Vnde omnes, modo longiores, modo breviores, pro locorum intervallis dari debent. *l.* 17. *hic. l.* 1. *l. ult. C. de dilat.*

Iis durantibus judicis officium conquieſcit. *l.* 3. *C. eod.*

De Edendo.

Tit. XIII.

Vocato ad judicium Reo, & ſui copiam faciente, Actor actionem ſuam libello comprehenſam offerat, *Auth. offeratur. C. de lit. cont.* atque edat: *l.* 1. *hic. l.* 3. *C. eod.* Iudici; ut ſciat ſuper qua re cognoſcat & ſententiam ferat, cum hæc libello debeat eſſe conformis; *l.* 18. *ff. com. divid. l. ult. C. de fidei-com. libert.* & Reo, ut deliberare poſſit, cedere, id eſt, ſolvere; an contendere ultra debeat: & ſi contendendum putet, veniat inſtructus cognitâ actione, quâ conveniatur. *l.* 1. *hic. in pr.*

Libel-

Digitized by Google

Libellus, hoc in argumento, proprie pro ſcriptura, quæ actionem continet, accipitur. *l. 3. de accuſ. Auth. offeratur. C. de lit. cont.*

Ejus partes tres. 1. Major propoſitio, quæ juſtam ex jure petitionis cauſſam oſtendit. 2. Narratio, ſeu minor, quâ infertur in propoſita ſpecie facti, eam juſtam petitionis cauſſam ſubeſſe. 3. Petitio, ſeu concluſio.

In civilibus omninò, in criminalibus concluſione non eſt opus. *Bart. in l. quid ergo. §. pœna. de his qui not. inf. in §. omnium. n. 137. Inſt. de action.*

Debet eſſe libellus rotundus, dilucidus, concludens, non obſcurus, non incertus, neque generalis, aut alternativus. *vid. Spec. de lit. cont. §. ult.*

Lex *d. Auth. offeratur.* eum offerri jubet judici, *c. 1. de lib. obl.* competenti; *Spec. eod. §. reſtat. §. videamus.* quia hujus officium ſuper petitione imploratur: *l. 1. C. de lit. cont.* deinde etiam parti adverſæ. *d. Auth. offeratur. l. 1. pr. hic.*

In omnibus cauſſis, de quibus conſtitutum judicium, & inter duos lis eſt: *Spec. de lit. cont. §. nunc dicendum. per c. licet. de Simon.* tam civilibus, quam criminalibus; *d. l. 3. de accuſ.* tam petitoriis, *l. 6. de rer. vind.* quam poſſeſſoriis, *Spec. d. loc. n. 2. §. fin. Inſt. de interd.* libellus offerendus: Non tamen ſemper in ſummariis, *Clem. ſæpe. verb. libellum non exigat. ubi Gl. de V. S.* puta executionibus. *Specul. d. loc. n. 17.*

In his enim qualiſcunque petitio, etiam ſine ſcriptura ſufficit: quemadmodum & cum per modum inquiſitionis proceditur, *l. 4. ubi Gl. ad verb. continua. C. de appell. vid. Can. in c. qualiter. 24. de accuſ.* aut judicis officium extra ordinem imploratur. *Spec. d. loc. n. 7.*

Concipiendus libellus juxta ſtylum & conſuetudinem cujuſque Curiæ: *Spec. eod. §. nunc dicendum. n. 3. & §. fin. pr. l. 3. l. fin. de teſt.* ubi nulla ſpecialis extat conſuetudo, ſcripto complectendus eſt. *l. 1. verb. deſcribendi. hic. d. Auth. offeratur.*

Præcipua ejus forma in concluſione conſiſtit. *Bald. in l. 2. n. 2. verſ. præterea. C. de prob.*

Ex

Ex ea ſufficit certum actionis genus intelligi, etiamſi nullum ejus nomen exprimatur: *c. dilecti. ubi Dd. de jud.* olim contra fuit. *per l. 3. C. hic. l. ult. C. de interd.*

Probationum articuli ad libellum accommodandi ſunt, *c. licet. 9. §. iidem. de prob. c. ſignificaverunt. de teſt.* & ſententia ſecundum eum ferenda. *l. fin. C. de fideicom. lib. l. 18. com. div.*

Debet libellus ultrò ab actore, etiam non monito, *Spec. de lib. obl. §. utrum. n. 4.* offerri. *d. Auth. offeratur.*

Eo nullo exiſtente, proceſſus nullus redditur. *c. examinata. ubi Felin. 14. de jud. c. 1. ubi Can. Ext. de oblat.*

Intentione tamen ejus aptâ, licet petitio ſit inepta, ſuſtineri debet; *Felin. d. loc. n. 11.* & ſuper parte ejus apta totus fundandus proceſſus, licet in reliquis ſit ineptus. *Bald. in c. 1. n. 4. de mil. vaſ. 2. F. 21.*

Poteſt libellus, interveniente decreto Iudicis, *l. 3. C. hic.* causâ pro tribunali cognitâ, *l. 9. §. 1. ff. de offic. Proconſ.* ad ſententiam uſque emendari & declarari, *l. 4. §. fin. de nox. act. l. 4. l. 41. de pet. her.* mutari verò, & actione vetere relictâ, nova intentari, duntaxat ad litem uſque conteſtatam. *Dd. in l. 3. C. hic. Can. in c. inter. de fid. inſtr.*

Iam de edendo. Editio eſt prolatio ſeu demonſtratio, *l. 1. §. 1. ff. l. 3. C. hic.* quam litigaturus ſuâ, vel adverſarii cauſa facit. Eſt vel Iudicialis, vel Extrajudicialis, *Imol. in c. 1. de prob.* vel Libelli (de quo jam dictum), vel Inſtrumentorum, vel Rationum, vel Actorum. *vid. Gl. Alex. & Dd. in Rubr. hic.*

Quam fieri debere Prætor hoc Edicto ſuo, *l. 1. l. 6. §. prætor. ff. l. 3. C. eod.* introduxit: & eam Iudex, *l. 1. in verb. ad officium judicis. Gl. & Dd. C. hic. l. 2. C. eod.* ad petitionem partis decernit. *Jaſ. in l. 9. hic. per l. 6. §. 5. verſ. pertinere. eod.* Si negligit, actio in factum in eum competit. *l. 10. §. fin. ff. eod.*

Quæ petitio, æquitate & juſtâ aliquâ causâ inniti debet,

debet, *l. 1. pr. l. 4. §. 1. hic.* Puta quod petentis intersit (quod probandum, *l. un. C. de ſent. qua pro eo quod inter. l. 2. de eo quod cert. loc.*) editionem fieri, *l. 6. §. hic.* quæ ratio maximè valet in publicis inſtrumentis edendis, *l. 2. ubi Jaſ. n. 2. 3. C. eod.* non æquè in privatis: *l. pen. ad exhib.* quod æquum ſit, inſtrumentum quaſi ſuum, aut ſaltem commune edi. *l. 4. l. 6. §. 5. & ſeq. hic. l. 6. C. eod.*

Actor Reo petenti omnia inſtrumenta ad cauſam pertinentia, etiamſi iis non utatur, modo iis petitionem ſuam fundet, *l. ult. C. hic.* edere debet, *l. 3. hic.* non reus actori: *l. 1. C. eod.* ne quidem rationes. *l. fin. C. l. 4. l. 6. §. rationem. ff. hic.*

Durum enim eſt Reum cogi, ut ipſe adverſarium ſuis documentis inſtruat: *l. 7. C. de teſt. l. 1. C. hic. c. 1. de prob.* Et æquius ad id eum non compelli, niſi forte in favorabilibus, *l. 1. C. eod. l. 2. §. 1. de jur. fiſc. Clem 1. §. cæterum. de uſur. Dd. in d. l. fin.*

Sanè exceptiones, & reliqua, quibus reus in judicio utitur, Actori edenda ſunt; cum ſint pars actorum. *l. 2. ubi Jaſ. n. 2. C. eod. l. fin. ubi Bart. Bald. C. de re jud.* Fit enim excipiendo actor. *l. 1. ff. de except.*

Omnes qui ex officio publicò libros rationum conficiunt; ut Argentarii, Numularii, Rationales, & hodie Notarii, inſtrumentum petentibus iis quorum nomine conſcripſerunt, edere tenentur. *l. 6. C. hic. Bald. in rubr. C. de fid. inſt. n. 5. Purpur. Dec. & Dd. in l. 2. C. hic.*

Privati rationes ſuas denudare non coguntur, *l. 2. C. quan. & quib. quar. pars. lib. 10. l. fin. C. de alim.* niſi ex æquitate mercatores illi, qui varias negotiationes exercent, & ipſi rationibus quaſi publicis utuntur. *Bart. in l. 9. pr. hic. per Gl. in l. fin. C. de pact. conv.*

Editio inſtrumentorum fit in judicio ſine die & Conſule, quo inſtrumentum conſcriptum eſt: *l. 1. §. 2. hic.* Nam dies non ad cauſam editionis; ſed ad fidem inſtrumenti & probationem ſpectat.

Dies inſtrumenti ante litem conteſtatam, ob timorem ſubordinationis, non proferendus. *d. l. 1. §. 2.*

Dies

Dies ſolutionis edendus, & dies rationum. *d. l.* 1. §. 2.

Acta quoque cum die & anno edi, receptum eſt. *Gl. in l.* 1. *hic. Bald. & Dd. in l.* 2. *C. eod.*

Non tamen Authentica edenda, *Gloſſ. & Bart. in l.* 2. *hic*: ſed exempla duntaxat ſine ſubſcriptione edentis, *l. antepen. ff. hic.* niſi ad finem probationis, (Illa enim ſola probant. *Auth. ſi quis in aliquo. C. eod.*) aut ſi inſtrumentum falſum eſſe dicatur, aut alia juſta cauſſa ſubſit. *Bart. Bald. in l* 7. *C. hic.*

Ratio tota, quatenus ad petentem pertinet & à capite, eſt edenda. *l.* 10. §. 2. *h. t.* Et quidem cum die & Conſule. *l.* 6. §. *pen. l.* 7. *ff. eod.*

In libris, regiſtris, quorum varia & diſcrepantia ſunt capita, ſufficit eum articulum edi, qui ad cauſſam pertinet & quo quis uſurus eſt. *arg. d. l.* 1. §. 3. *in verb. quib. quis uſurus.*

Editio fit ſumptibus petentis: *l.* 4. §. *fin. ubi Dd. & in l.* 10. *ubi Bald. h. t.* & ſemel tantum, niſi juſta ejus iterandæ cauſſa ſubſit. *l.* 6. *fin. eod.*

Eam qui non vult facere, aut malitiosè, nec integrè facit, tenetur petenti ad intereſſe, *l.* 6. §. 4. *l.* 7. 8. 9. *l.* 10. §. 3. *hic.* & à judice ex officio, manu militari, *Bart. in l.* 72. *n.* 37. *de V. O.* captis pignoribus, *l.* 1. *ubi Gl. & Dd. C. hic.* aut denegatâ in poſterum audientiâ, *Gl. fin. in l.* 1. §. *fin. hic. text. in l.* 26. §. 4. *ex quib. cauſ. major.* eò adigi poteſt.

Ruſticitati, ætati, ſexui, tamen ſubvenitur; *d. l.* 1. §. *fin. ff. hic.* Quia & minoribus, & ruſticis, & fœminis, jus ignorare impune permittitur. *l.* 9. *ff. de jur. & fact. ign.*

Æſtimatio ejus quod intereſt, refertur ad tempus quo edi debuit, non ad illud quo agitur. *d. l.* 8. §. 1. *hic.*

De Pactis.

TIT. XIV.

PActum, ut genus, omnes contractus, tranſactiones, & ſi qua ſunt ſimilia conventa, complectitur;

tur; *l.* 1. §. 3. *hic.* ac idem eſt quod Conventio: *Cujac. obſ.* 2. *cap.* 15.

Contractus enim illas tantummodo conventiones comprehendit, in quibus obligatio ineſt mutua, ſeu *συνάλλαγμα. l.* 19. *de V. S.*

Tranſactio ad ea conventa pertinet, quibus res dubiæ terminantur. *l.* 229. *& ſeq. de V. S.*

Pactum dicitur à pactione. *d. l.* 1. §. 1. Quæ, eſt duorum pluriumve in idem placitum conſenſus atque conventio, *d. l.* 1. §. 2. de re aliqua danda, vel facienda.

Pactum propriè eſt jus, quod ex pactione exiſtit, ſive obligatio, quæ ex paciſcendi actu naſcitur. *ſecund. Weſenb. hic.*

Sed ſæpenumero vocabula pactionis & pacti confunduntur. *l.* 7. §. 4. *& ſeqq. hic.*

Pactum, niſi præſens quis abſentis nomine acceptet, iniri non poteſt. *Dd. in l.* 40. *hic.*

Nec quod contra honeſtatem, hoc eſt, jus naturæ fit, aut illicitum, id eſt, contra leges civiles, ſeu juris regulas, *l.* 28. *hic.* pactum dici poteſt.

Pactum in ſpecialiore ſignificatu, ſumitur pro ea conventione, quæ ſeparata eſt à contractibus nominatis & innominatis. *Jaſ. in d. l.* 7. §. 4. *n.* 27.

Qualia ſunt Pacta, quæ nullum *συνάλλαγμα* continent, & ſola conventionis æquitate ſubſiſtunt. *d. l.* 7. §. 4. unde Nuda dicta. *d. l.* 7. §. 4. *l.* 13. *C. eod.*

Quo in ſignificatu Pactum ita definiri poteſt; Vt ſit nuda conventio, quæ nullum *συνάλλαγμα*, ſeu mutuam obligationis cauſam contineat, ſuper re certa facta, nullam producens jure civili actionem, ſed ex Edicto Prætoris ad excipiendum accommodata.

Pacta omnia ſua natura ſunt realia, *d. l.* 7. §. 8. *ubi Bart.* reſpectu tranſmiſſionis; non obligationis; quæ perſonalia. *facit l.* 27. §. 4. *hic.*

Pacta ſuâ naturâ ſunt ſtricti juris, *Gl. in d. l.* 7. §. *quin imo. hic. & in l.* 6. *C. eod.* niſi contractibus bonæ fidei ſint appoſita.

Con-

Digitized by Google

Contractus enim acceſſorii, induunt naturam principalis contractus cui accedunt. *l.4. de uſur. Jaſ. in l. 1. pr. de V. O.*

Pacta in genere, aut ſunt Publica, aut Privata. *l. 5. hic.*

Publica, quæ Reipublicæ cauſa fiunt; propriè fœdera.

Privata, quæ de rebus privatorum fiunt.

Ea, aut æquitati naturali, aut civili nitantur oportet.

Vnde alia ſunt Iuriſgentium, alia Legitima. *d. l. 5.*

Iuriſgentium conventio eſt, quæ ex æquitate & uſurpatione gentium, ortum, vires, & effectum habet. *d. l. 7. hic.*

Legitima conventio eſt, quæ ſpecialiter aliqua lege, vel Edicto Prætoris, vel conſtitutione Principis, confirmatur; *l. 6. hic.* ut eſt pactum conſtitutæ pecuniæ, *l. 1. de conſt. pec.* pignoris, *l. 4. de pignor.* dotis, *l. 4. C. de dot. prom.* donationis. *l. ſi quis argentum. C. de donat.*

Quod cum fit, aut naſcitur, inquit Iuriſconſultus, actio ex pacto, aut tollitur. *d. l. 6.*

Naſcitur actio in his conventionibus, in quibus de obligando agitur, *vid. l. 1. de V. O. l. 35. §. 1. C. de donat. Inſt. t. t. de lit. obl.* nec ullum *συνάλλαγμα* continent.

Tollitur actio legitimis pactis liberatoriis, ipſo jure, *l. 4. de tranſact.* non obligatoriis, ut acceptilatione, & ſimilibus. *t. t. ff. de accept. §. 1. Inſt. quib. mod. toll. obl.*

Liberatoria verò pacta juriſgentium, non tollunt ipſo jure actionem, ſed tantum ope exceptionis. *l. 40. hic. §. 3. Inſt. de excep.*

Quare niſi objiciatur exceptio pacti, tenet actio. *d. §. 3. l. 41. §. fin. ubi Gl. de re jud.*

Iudex enim non ſupplet exceptiones; quia ſunt facti. *Caſt. in l. un. in pr. C. ut quæ deſ. adv.*

Pacta rurſus omnia, ſunt Expreſſa, aut Tacita. *l. 2. hic.* Perſonalia, aut Realia. *d. l. 7. §. 8.*

Expreſſa, quæ expreſſo verbis aut literis conſenſu conſtant. *l. 2. & paſſim hic.* Id eſt, cum palam verbis

Digitized by Google

verbis declaratur paciſcentium voluntas; nec ſcriptura (quæ tantum probationis gratia interponitur,) ſi alio modo res probari poſſit, opus eſt. *l. 7. C. hic. l. 4. C. de pign.*

Tacita, quæ ex præſumpta contrahentium elicimus voluntate, *qua vide in l. 2. 3. 4. l. 27. §. pen. l. 30. §. 1. l. 57. hic. l. 2. C. eod.* Vel potius: Cum conſenſus & ſententia convenientium, tantum facto aliquo oſtenditur, & conjecturâ colligitur. *l. 2. l. 18. C. hic.*

Perſonale pactum (quod eſt cum paciſcitur, ne à perſona, id eſt; ne à Titio petatur. *l. 7. §. ult. Prætor. hic.*) aliud perſonam non egreditur, nec in alium tranſit. *l. 17. §. 4. l. 25. §. 1. hic.* aliud vivente eo qui pepigit, in alium tranſire poteſt; *d. l. 17. §. pactum. ubi Bart. hic.* Modò alias paciſcenti non prodeſſet. Hinc pactum venditoris & donatoris prodeſt, illis adhuc viventibus émtori & donatario: *d. l. 17. §. 5.* pactum filii, patri & heredi patris: *l. 19. §. 1. l. 20. l. 21. ff. hic.* Paciſcentibus mortuis non prodeſt.

Reale pactum eſt, quod generaliter fit. Non demonſtratâ perſonâ à qua petatur, veluti ne petatur. *d. l. 7. §. 8. verſ. in rem.*

Sunt & pacta alia Extrajudicialia, quæ non pariunt actionem: alia Iudicialia, quæ fiunt in judiciis, & valent & efficacia ſunt ad agendum. *Bald. in l. 40. §. 1. ubi & Jaſ. hic.*

Omnia pacta aut Obligatoria ſunt, quæ obligationem conſtituunt, aut Liberatoria, quæ obligationem infirmant. *d. l. 17. §. 1. Jaſ. in rubr. de V. O. n. 6. & 7. Dd. in d. l. 40.*

Obligatoria non perficiuntur, niſi acceptante alterâ parte: Siquidem agatur de illo obligando: Si de utroque, conſenſu opus eſt. Liberatoria valent, facta nedum præſenti, quamvis non ipſe, verum etiam abſenti, dummodo alius ejus nomine acceptet. In commodis enim tacens abſenſque præſumitur acceptare. *d. l. 4. in pr. ubi Jaſ. & Dd. Dec. conſ. 35. in cauſſa pac.*

Pacta introducta ſunt conſenſu contrahentium, *l. 1.*

l. 1. §. *pen. hic.* lege eum approbante, *l.* 5.6.7. *hic.* ex juſta conventionis cauſſa, puta compenſationis, aut donationis, aut ſimilis *l.* 56. *hic.*

Quæ cauſſa ſi fuerit erronea, pactum non valet. *l.* 51. *hic.*

In obligatoriis pactis, cauſſa donationis nunquam præſumitur, niſi exprimatur: *l.* 25. §. *fin. de prob. vid. Jaſ. in l.* 3. & 4. *hic. Bald. in l.* 3. 4. *ſeqq. C. de non num. pec.* eóque, nullâ expreſsâ cauſsâ, nullius momenti ſunt.

In liberatoriis, cauſa donationis præſumitur; ideò & cauſsâ non expreſsâ pactum valet. *l.* 1. *de tranſact. l.* 40. *ubi Jaſ. n.* 4. & 7. *hic.*

Paciſci omnes poſſunt qui non prohibentur. *arg. l.* 43. *de prec.* Eſt enim de genere permiſſorum. *l.* 24. §. *non ſemper. de minor. l.* 5. *C. de O. & A. l.* 17. §. *ſicut. commod.*

Prohibentur naturâ; qui conſenſum non poſſunt adhibere: ut amentes, furioſi; *l.* 1. §. *furioſum. de O. & A.* infantes; muti ſurdi naturâ; *d. l.* 1. §. *pen.* ex accidenti, nutu, ſubſcriptione, &c. poſſunt paciſci. *l.* 4. *hic. l.* 48. *de O. & A. l.* 124. *de R. I.*

Lege, impuberes; quia eorum conſenſus infirmus eſt & multis captionibus obnoxius, *l.* 1. *de minor.*

Quod verum, cum paciſcendo ſeſe obligant, aut deteriorem conditionem ſuam faciunt: Meliorem enim etiam ſine auctoritate tutorum paciſcendo facere poſſunt. *l.* 28. *hic.*

In eadem cauſſa ſunt prodigi: *d. l.* 28. §. 1. *l.* 6. *ubi Dd. de V. O.* item minores qui curatorem habent. *l.* 3. *C. de in int. reſt. min.*

Nam minor qui non habet curatorem, pacta extrajudicialia facere poteſt: non judicialia. *Dd. in d. l.* 3.

Cum auctoritate tutoris, vel curatoris, minores rectè paſciſcuntur, & horum etiam nomine tutores. *d. l.* 28. §. 1. Niſi jus minorum liquidum, paciſcendo remittant. *l.* 37. *hic. l.* 22. *C. eod.*

Filiusfamilias qui eſt in poteſtate patris, lege non

Digitized by Google

non prohibetur paciſci cum extraneis; *l.* 18. *hic.* quia non minus ac paterfamilias, mutuo excepto, obligatur; *l.* 39. *ff. de oblig. & action.* non tamen patris in detrimentum: *l.* 23. *hic.* nec ſervus, extra quam ſi domino pactum ſit damnoſum. *l.* 17. *cum ll. ſeqq. hic.*

Cum his quorum ſunt in poteſtate, nullam jure civili obligationem contrahere poſſunt. *l.* 2. *de cont. empt. l.* 2. *de ſtip. ſerv. Dd. in l.* 38. *de cond. deb.*

Paciſcitur quiſque ſibi, ſuiſque heredibus; non alteri. *l.* 17. §. 4. *hic. l.* 38. §. 17. *l.* 126. §. 2. *de V. O. l.* 33. *hic. l.* 26. §. 4. *de pact. dotal. l.* 6. *C. ſi quis alter.*

Paciſci de omnibus rebus, quæ in commercio aut exiſtunt, aut futuræ ſunt, *l.* 46. *hic. l.* 73. *de V. O.* licet: *l.* 34. §. *omnium. de contr. empt.* modò ſint paciſcentium propriæ. *d. l.* 46. *verb. ſui juris.*

Nam licet aliena res vendi poſſit, & locari: *l.* 28. *de cont. empt.* tamen non rectè res, aut jus alienum in pactum (nudum ſcilicet) deducitur: Quia eo non datur actio, non de jure tertii in pactum deducto, exceptio. *l.* 4. §. *competit. ubi Bart. ſi ſerv. vind. l.* 8. §. 1. *C. de praeſcr.* 30 *ann. Bart. & Dd. com. in l.* 1. *&* 2. *de exc. rei jud.*

De rebus aut juribus publicis, niſi ſecundum jura publica, paciſci non licet. Nam quæ publica ſunt, pactis privatorum mutari non poſſunt. *l.* 38. *hic. l.* 27. *l.* 45. §. 1. *de R. I.*

De injuriis & furtis jure civili paciſci, *l.* 27. §. 3. *hic.* (quia crimina ſunt privata) licet. Siquidem ea delicta jam ſint admiſſa: *l.* 27. §. 4. *hic.* Alias non. Turpia ea enim ſunt quæ ad delinquendum invitant: ut non tantum ſunt, quæ ideo fiunt ut maleficium fiat, aut non fiat; *l.* 7. §. 3. *l.* 27. §. 4. *eod.* ſed & quibus actio delicti nondum facti remittitur. *d. l.* 27. §. 4.

Non valent ergò pacta de iis, quæ aut lege prohibita ſunt, aut naturâ. *l.* 6. *C. eod. d. l.* 7. §. *ait Prætor. ff. eod.*

Naturâ ea prohibentur, quæ in ſe turpitudinem con-

Digitized by Google

continent. *vid. l.* 53. *l.* 57. *pro ſocio. l.* 26. *ubi Dd. de V. O. l.* 5. *C. de poſtul. l.* 15. *l.* 19. *l. fin. C. hic.* nec facta, ſunt obſervanda. *l.* 27. §. 4. *hic.*

Pacta nullo verborum ordine, nulla forma, ſed tantum æquitate conventionis, conſtant.

Si talis apparet verborum forma, quæ ſtipulationem inducat, potius ſtipulatio contracta videbitur, quam pactum. In dubio enim firmior contractus celebratus præſumitur. *Bald. in rubr. C. de fid. inſt. n.* 8.

Verba enunciativa, ut *profiteor te non teneri:* ad liberandum valent, *l.* 40. *hic.* non ad obligandum, eum, qui non expreſsè conſentit. *Jaſ. in d. l.* 40. *n.* 7. *Salic. & Dd. in L.* 4. *C. eod.*

Exceptio enim, niſi illi cui aliquid remiſſum eſt, & cum quo poteſt agi, competere non poteſt. Nam exceptio eſt actionis excluſio. *l.* 2. *C. de except.*

Vt igitur competat exceptio ex pacto, neceſſum eſt aliquid de jure actionis pacto remiſſum eſſe, ſive gratuito; ſive ob cauſam, ſcil. impulſivam.

Ex pacto, jure naturali, ſeu gentium, naſcitur obligatio naturalis, *l.* 95. §. *naturalis. ff. de ſolut. junct. l.* 1. *ff. de pecul.* non civilis, *l.* 7. §. 2. *hic.* quæ illo jure, *l.* 1. *l.* 7. §. 1. *hic. l.* 20. *l.* 13. *C. eod.* ad exigendum & excipiendum ſit efficax.

De jure civili ex Iuriſgentium conventiones actiones pariunt, quæ non manent in genere conventionis, ſed tranſeunt in proprium nomen contractus: *d. l.* 7. §. 1. legitimæ, à confirmatione legis dictæ. *l.* 6. *hic.* Vnde actio legitima.

Reliquæ de jure civili nec actionem, & nequidem expreſſam exceptionem, producunt. *d. l.* 7. §. 4.

Ex illis enim, quibus jus civile non aſſiſtit (quod eò factum, ne quis promiſcuè, & quadam incogitantia, ac temerè prolatis verbis obligetur), actio civilis naſci non poteſt. *Bald. & Dd. in l.* 27. §. *pactus ne. hic.*

Nudis ergo ex pactis de jure civili actio non da-

Digitized by Google

tur, *d. l.* 7. §. 4. *l.* 41. *&* 45. *hic. l.* 13. *l.* 21. *C. eod.* Niſi aut ſtipulatione munita ſint, *d. l.* 7. §. *quod ferè.* aut jurejurando, *l.* 41. *ubi Dd. C. de tranſact. Socin. in fall. reg.* 9. aut rei traditione impleantur. *l.* 48. *hic.* aut bonæ fidei, *d. l.* 7. §. 5. *l.* 13. *C. hic.* non ſtricti juris judiciis; *l.* 3. *de reſcind. vend.* (niſi ex parte excipientis debitoris & rei, *l.* 40. *ſi cert. pet.*) inſint.

Ineſſe ea videntur, quæ in ingreſſu contractus, hoc eſt, antequam is perfectus ſit, & abſolutus, adduntur. *d. l.* 7. §. 5. *&* §. 6. non quæ poſt contractum conſenſu perfectum, & poſtquam ad alia omnia conventa contrahentes diſceſſerunt, *l.* 21. §. *fin. de teſtam. vid. Dd. in l.* 1. §. 1. *de V.O.* accedunt.

Ea tamen, cum traditione inſecutâ muniuntur, efficacia ſunt ad agendum, ex implemento rei. *d. l.* 7. *in pr. l.* 48. *hic.*

Pacta quæ reformant contractum, hoc eſt, quæ mutant ſubſtantiam contractus, puta pretium, aut mercem; ea, ex intervallo facta, inſunt ex parte agentis, & producunt actionem.

Sunt enim novus contractus: quia prioris contractus ſubſtantia iis immutatur. *d. l.* 7. §. 5. *l.* 58. *hic.*

In contractibus tamen, qui re & verbis conſtant, tum proſunt ad excipiendum. *d. l.* 58. *in fin.*

Et cum non informatur pacto præcedens contractus, ſed ſolummodo accidens aliqua qualitas, aut detrahendo, aut adjiciendo immutatur, non putaverim ea pacta ex intervallo appoſita, jure civili prodeſſe ad agendum, niſi quatenus traditione firmantur. *per l.* 72. *de contr. empt.*

Pacta jure noviſſimo proſunt ad agendum; cum chirographo aut ſcripturâ muniuntur. Tranſeunt enim in contractum qui literis conſtare dicitur. *Panor. in c.* 1. *n.* 4. *&* 5. *Ext. hic.*

Proficit etiam pactum ad agendum, cum ſit in judicio, *l.* 4. §. *fin. de fidejuſſ. tut: l.* 40. §. 1. *ubi Bart. hic.* Quoniam in judiciis quaſi contrahitur. *l.* 3. §. 11. *de pecul.*

Iure

Digitized by Google

Iure prætorio, ex pacto, contractui appoſito, (conventum dicitur, *t. t. C. de pact. convent.*) aut rei traditione implementoque cauſæ, aut aliâ aliquâ efficaciâ obligationis civili munito, actio datur, & exceptio. *d. l.* 7. §. 7. *l.* 44. §. 1. *fam. ercisc.*

Sed hæ juris veteris ſubtilitates non ſunt in uſu.

Iure Pontificio, ex quolibet pacto oritur actio. *c.* 1. *&* 3. *ubi Can. Ext. hic.* Niſi conditio pacti defecerit; *c. pervenit.* 3. *c. ſicuti.* 29. *in fin. de jurejur.* Pontifex ex cauſa à promiſſione abſolverit; *ut in c. auctoritatem. c.* 2. *alius. & c.* 4. *nos ſanctorum.* 15. *qu.* 6. *c.* 2. *de voto.* qui pactum vult impleri, à ſua parte non impleverit. *d. c. pervenit. d. c. ſicut.* §. *fin.*

Quod hodie in omni foro, ubi ex bono & æquo, & ex ſuprema poteſtate judicatur, obtinet. *Bart. & Dd. in d. l.* 7. §. 5. *hic. & in l.* 29. §. *quadam mand.*

Et indiſtinctè hodie ex pactis nudis, ſeriò & deliberatò initis, actio datur. *Bald. & Salic. in l. petens.* 21. *C. eod. & Bald. in l.* 6. *pr. hic.*

Ea eſt actio præſcriptis verbis, quando res intervenit, *d. l.* 7. §. 2. *l.* 6. *l.* 33. *C. de tranſact.* Si non, condictio ex lege, vel potius canone. *arg. l. un. ubi Bart. de condict. ex lege. Innoc. Panor. in c.* 1. *de pact. Socin. in fall. reg.* 9. *n.* 2.

Exceptio quæ datur ex pactis, non tollit actionem civilem, niſi & pactum ſit civile, *l.* 27. §. 2. *l.* 6. *hic.* & eſt tantum peremptoria, nec impedit litis ingreſſum. *text. in* §. 1. *Inſt. de except. & d. l.* 27. §. 2. *&* §. 6.

Interpretes tamen, omnes ferè peremptorias ad impediendum litis ingreſſum, admittunt, dum in continenti probari queant. *vid. Phil. Franc. cap.* 1. *de lit. cont. n.* 6. *Gl. in l.* 6. *C. eod. & l.* 7. §. 5. *ubi Dd. hic.*

Deficiente exceptione conventionis, competit exceptio doli, *l.* 1. 2. *cum ll. ſeqq. de dol. mal. exc.* quotieſcunque ſcilicet ex æquitate aliqua danda eſt. *l.* 7. §. *pen. & fin. l.* 21. *l.* 10. §. *fin. hic.*

Si ſolvatur quod pacto remiſſum eſt, competit indebiti condictio; quaſi id indebitè ſit ſolutum.

Digitized by Google

lutum. *l. 5. in fin. C. hic. l. 26. §. indebitum. de cond. ind.*

Pacta licet (ut dictum) ſtricti juris ſint; *d. l. 7. §. 5. ubi Gl. & Jaſ. n. 12. hic.* tamen, quia & tacitè conveniri poteſt, *l. 2. cum ſeq. hic.* ideò & ea conventa intelliguntur, (ut & in aliis ſtrictis, *l. 134. §. 1. l. 126. §. pen. l. 111. de V. O.*) de quibus veriſimiliter eſt actum.

Qua interpretatione, pactum procuratoris pertinet ad dominum: ita ut ei tam noceat, quam per exceptionem doli proſit: *l. 12. l. 10. §. fin. hic.* tutoris, ad pupillum: ita ut ei proſit, non noceat: *l. 15. hic.* magiſtratus, aut magiſtri collegii, ad univerſitatem civitatis, vel collegii, *l. 14. eod. l. 12. C. de tranſact.* principalis debitoris, ad fidejuſſorem: *l. 21. §. fin. hic.* Si nempe illis proſit. Non ſemper quando nocet. *vid. l. 28. §. 1. ff. l. 22. C. l. 12. l. ult. ff. hic. l. centum Capua. de eo quod cert. loc.*

In correis unius pactum ad alterum extenditur, quando alter habet regreſſum contra alterum: non autem nocet. *l. ſi unus. 27. hic. vid. inf. de duob. reis.*

Pacta generalia, etiam ad illa pertinent, quæ ſpecialiter comprehenſa non ſunt, aut quæ ignorabantur: quandoquidem apparet, de his quoque veriſimiliter actum eſſe, & in genere cogitatum. *l. 9. §. fin. de tranſact. l. 29. ubi Dd. comm. C. eod. l. 47. in fin. hic. vide tamen Dd. in l. un. C. de error. calc.*

Aliàs pacta & tranſactiones, præſertim ſpeciales, non extenduntur ultra ſpecies, de quibus actum eſt. *d. l. 27. §. ante omnia hic. l. 3. l. ſi certa. cum ſimil. C. de tranſact.*

Pactio obſcura, vel ambigua, ſemper nocet ei, qui potuit dicere apertius, ut venditori. *l. 39. hic. l. 21. l. 33. l. 34. de cont. empt. l. ult. C. de pact. int. empt. vend.* Modò nihil ſit, quod melius dici poſſit; id eſt, ſi neque probari poſſit, quid actum fuerit, neque veriſimiliter conjici. Nam aliàs in obſcuris eſt ſuſpiciendum quid veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet. *l. 114. ff. de reg. jur. junct. l. 34. ff. eod.*

Digitized by Google

ead. In ambiguis autem id quod rei gerendæ aptius eſt. *l.* 67. *ff. eod.*

Interpretatio etiam in ſtipulationibus fit contra ſtipulantem: *Scurf. conſ.* 58. *quaſtionis. n.* 2. *cent.* 1. in reliquis pactis, in dubiis fit pro debitore, cui aliquid remiſſum eſt, & ſic pro liberatione. *l.* 47. *de O. & A. cum ſimilibus.*

Pacta dolo aut metu inita, *d. l.* 7. §. 7. *ff. l.* 9. *C. hic.* & quæ adverſantur legibus, *l.* 27. §. *pacta. l.* 28. *ff. l.* 6. *C. hic.* nihil operantur.

Contrariis pactis priora tolluntur. *l.* 58. *hic. l. pacta noviſſima. C. eod.*

De Tranſactionibus.

TIT. XV.

PActi ſpecies eſt Tranſactio. Quæ bivariam accipitur.

Vno modo, pro quolibet actu quo ab obligatione receditur, *Bart. in l.* 2. *de jurejur. Jaſ. in Rubr. hic. n.* 9. *& C. eod.* & quaſi tranſitur. *l.* 1. §. 3. *verb. contrahendi tranſigendique. ubi Jaſ. de pact. Bart. in d. l.* 2.

Altero modo, & quidem propriè, pro ea compoſitione, quâ res dubia, litigioſa, partium conſenſu componitur. *l.* 1. *hic.*

Quo in ſignificatu Tranſactio, eſt rei dubiæ, & litis incertæ neque finitæ conventa deciſio, id eſt, diremptio. *l.* 13. *l.* 16. *l.* 30. *C. hic.*

Poteſt, ſecundum Weſembecium. *hic.* (Sed malè: Quia eſt pactum nudum. *l.* 5. *l.* 15. *ff. l.* 31. *C. hic. l.* 27. *ff. de inoff. teſtam. Cujac. in par. hic. &* 11. *obſ.* 17. *in fin. Duar. in l.* 1. §. 1. *hic.*) & ad hunc modum non incommodè definiri: Vt ſit contractus, *Jaſ. & Dd. in l.* 2. *C. eod. text. in l.* 7. *l. ult. C. de his quæ vi met. cauſſ. l.* 17. *C. de fid. inſtr.* (vel potius diſtractus. *l.* 1. *ff. l.* 2. *C. hic.*) juriſgentium, *Bart. in l.* 23. *C. hic. l.* 7. §. 1. *de pact.* innominatus, *l.* 1. §. 3. *eod. Bart. Ang. Jaſ. Dd. com. in l.* 28. *C. hic*, ſtricti juris: *Jaſ. in d. l.* 28. *n.* 8. *&* 13. *l.* 6. *& Gl. & Dd. in l.* 29. *C. hic.* quo inter litigatores res dubia, *l.* 1. *hic.*

Digitized by Google

hic. & litigioſa, *Gl. fin. in d. l. 29. Bald. in l. 65. de cond. ind.* aliquo contra dato aut promiſſo, *d. l. 1.* remittitur & finitur, nullam patiens jure civili actionem, ſed tantum ad exceptionem proficiens. *Weſ. hic.*

Partes ergò tranſactionis ſunt duæ: Remiſſio litis, non tantum præſentis, ſed & ejus quam ſuſpicio eſt, non tantum de jure, ſed & de facto extituram: *l. 2. ubi Sichard. C. hic.* & pro remiſſione alicujus rei præſtatio. *l. 38. C. hic.*

Species itidem duæ: Simplex, & illa quæ Aquiliana ſtipulatione munita eſt. *Gl. pen. & Dd. in l. 32. C. hic. ubi Bart. n. 5.*

Poteſt & diſtribui in Generalem, quæ ad bonorum univerſitatem, vel ad omnes controverſias pertinet; *l. 12. ff. l. 29. ubi Gl. & Dd. C. eod.* & Specialem, quæ de re certa fit. *l. 9. ff. l. 3. l. 31. C. eod.* item in Juratam, & Injuratam. *l. 41. l. pen. C. eod.*

Fit Tranſactio conſenſu, *l. 13. l. 20. l. 24. C. eod.* ob dubium litis eventum, *l. 51. de pecul. Gl. in l. 58. §. fin. ff. ad SC. Treb.*

Tranſigere poſſunt, qui paciſci, hoc eſt, conſentire poſſunt, & ſunt mente ſana. *l. 27. C. hic.*

Non procurator ſine ſpeciali mandato; *c. qui ad agendum. de procur. in 6. l. 17. §. fin. cum ll. ſeqq. l. 34. §. 1. de jurejur.* etiamſi liberam habeat agendi poteſtatem. *l. 63. de procur.*

Poteſt, ſi aut cum ſpeciali ad hoc mandato, *d. l. 17. §. fin. cum l. ſeq. d. l. 34. §. 1.* aut in rem ſuam, *d. l. 17. §. fin. cum l. ſeq. l. 55. de procur.* aut omnium bonorum, *Gl. in l. 7. C. hic.* ſit procurator datus.

Tutores, procuratores fiſci, vaſalli, & ſimiles, quibus magna ex parte commiſſorum bonorum interdicta eſt alienatio, *l. 1. C. de præd. min. Ext. de his quæ fiunt à præl. & de reb. Eccl. non al. & de probib. feud. alien. in uſib. Feud.* poſſunt tranſigere: *Gl. Bart. & Dd. in l. 12. C. hic.* non tamen contra legis prohibitionem tranſigendo donare vel alienare, *l. 4. C. de præd. min. l. 1. C. de off. proc. Caſ. l. 13. hic. vid. in c. 1. §. vaſallus ſi. de feud. def. 2. F. 26. Curt. de feud. part. 4.* aut jus liquidum remittere. *d. l. 12. C. hic. l. 22. C. de pact.*

Tranſ-

Tranſigitur de rebus dubiis, litigioſis, *l.*1.*hic.* hoc eſt, de quibus lis eſt, vel eſſe poteſt. *l.* 2. *C. ubi Jaſ.* & *Dd. eod.*

De re judicata ergò tranſigi nequit, *l.* 11. *ff. l.*32. *C. eod.* quia cum tranſacta & finita ſit, de ea amplius lis eſſe nequit. *l. ſub ſpecie.* & *t. t. C. de re jud.*

Finita lis non cenſetur, cum poſt rem judicatam lis ſubeſſe & aliquo remedio attentari poteſt. *l.*7.*l.*11. *ff. l.*32.*C.hic.* Vt ſi aliqua exceptio opponatur, ex iis nimirum quas placet etiam poſt rem judicatam opponi poſſe, *de quib. in l.* 1. *C. de jur.* & *fact. ignor.* ſive ad ſententiam infirmandam, ſive judicati executionem impediendam tendant.

Pacto res judicata remitti poteſt: *Bart.* & *Dd. in d. l.* 32. De ejuſmodi tamen pacto liberatorio, agi in tranſactione non præſumitur; niſi appareat. *Bart. in d. l.* 32. *Dd. in l.* 21. *C. de pact. Bald. in l.* 3. *C. de non num. pec.*

Cum res nondum finita eſt, quamvis certa ſit, hoc eſt, certum jus habeat, tamen ob timorem, aut odium litis, dominus ſuper ea rectè tranſigere poteſt, *l.* 2. *C. hic.* non procurator, & adminiſtrator rei alienæ: *d.l.* 22. *l.* 12. *C. hic.* cum remiſſio certi juris in donationem (quæ illis interdicta, *l. contra. de pact. l.* 12. *de cur. fur.*) incidat. *l.* 12. *ubi Bart. De novat.*

De controverſiis, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, tranſigi nequit: Niſi inſpectis verbis teſtamenti: cum quia tales tranſactiones captioſæ ſunt, eóque improbæ, *l.* 5.6.*hic.* tum, quod ultimis voluntatibus adverſantur, earumque exitum eludunt.

De alimentis futuris, teſtamento relictis, eâdem ratione, ſine auctore Prætore, & cauſæ cognitione tranſigi nequit, *l.* 8. *hic.* de præteritis poteſt. *l.* 8. *C. eod.*

De crimine capitali (id eſt, ex quo pœna mors eſt, *l.* 1. *de bon. eor. qui ante ſent. mort. l. ult. de pravar. l.* 2. *de publ. judic. Cujac.* 6. *obſ.* 11.) tranſigere aut paciſci prohibitum non eſt, *l.* 18. *C. hic.* quia cuique licet ſanguinem ſuum quovis modo redimere,

l. 1. de bon. eor. videturque id non facinoris conſcientiâ, ſed declinandi periculi cauſâ, fieri. *l. fin. de pravar.*

De adulterio tamen tranſigi nequit. *d. l. 18.* Quia ejuſmodi conventio, quâ aliena matrimonia redimuntur, *l. 23. in fin. C. ad l. Jul. de adult.* in lenocinium incidit. *l. 2. l. 8. l. 29. ff. eod. l. 10. C. eod.*

Extra cauſam pacti remitti, ac pro derelicto haberi accuſatio adulterii, necdum inſtituta, poteſt. *l. 15. §. 5. eod.* nemo enim invitus accuſare tenetur. *t. t. C. ut nem. ag. vel accuſ.*

Nec pacta, de ſuſpicionibus adulterii facta, improbantur. *§. fin. Nov. 117.*

De reliquis criminibus, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, tranſigere contra leges abſque damno infamiæ non licet: *d. l. 18. C. hic.* quoniam enim in his ceſſat periculum ſanguinis, tranſigentes non ſe excuſare, ſed pretio adverſarium corrumpere reus videtur. *l. fin. de prav. l. 4. de jur. fiſc.*

Ante tamen publicum judicium cœptum, tranſigi quidem poteſt, non de ipſo judicio, *l. 9. C. de contr. ſtipul.* (concuſſionis enim ſpecies eſt, intentato periculo accuſationis, pecuniam exprimere, *l. 1. §. pen. de calumn.*) ſed injuria ejus qui vel agere vel accuſare poteſt. *d. l. 1. §. pen. l. 7. C. de falſ. l. pen. C. hic.*

Non enim pro convicto confeſſoque, qui ante & extra judicium tranſigit, *arg. Gl. pen. in l. 4. de inter. act. vid. Dd. in l. admonendi. de jurejur.* & per conſequens nec pro infami, haberi poteſt. *arg. l. 14. de his qui not. inf.*

Tranſactio fit aut ſimplici Pacto, aut per Aquilianam ſtipulationem: *l. 2. ff. l. 4. C. hic.* aut Purè: aut ſub Conditione: *l. 9. C. eod.* aut ſub Modo, *l. 6. C. eod.* aut Pœna: *l. 15. l. pen. ff. l. 40. l. 17. C. eod.* aut Iuramento: *l. 41. l. pen. C. d. t.* aut in: aut extra judicium: *l. 28. C. eod. ubi Jaſ. n. 1. & 2.* aut ſcriptura, aut ſine ea. *l. 5. l. ſive. C. d. t.*

Tranſactio nullo dato, vel retento, aut promiſſo, non procedit. *l. 38. C. hic.*

Cum aliquid datur, tranſactione dominium transfertur:

Digitized by Google

ferur: cum aliquid promittitur, actio naſcitur: cum aliquid retinetur, actio perimitur. *l.* 35. *C. hic.*

Auctoritas non minor tranſactionis, quam rei judicatæ; *l.* 20. *C. eod.* jurisjurandi. *l.* 2. *ubi Bart. l.* 31. *de jurejur.*

Quare nec reſcripto Principis, *l. cauſas. C. hic.* nec pretextu ſpecierum. *l.* 19. *C. eod.* inſtrumentorumque poſt repertorum, *d. l.* 19. retractari poteſt.

Tollit tranſactio, ope exceptionis, *l.* 17. *C. eod.* (quæ hodie eſt litis finitæ: *c.* 1. *de lit. cont. in* 6. *ubi Gl. & Dd.*) primam actionem: non tollit, *l.* 14. *l.* 16. *C. eod.* nec inducit eam; *l.* 28. *C. eod.* jure conventionis: niſi addita ſit Aquiliana ſtipulatio. *l.* 4. *l.* 19. *C. eod.*

Eadem ergò actio competet, ſi non, *l.* 4. *l.* 14. *l.* 19. *l.* 28. *C. eod.* aut quidem impleta ſint promiſſa, ſed dolo aliquo Rei ad tranſigendum Actor ſit inductus. *l.* 15. *l.* 56. *ff. l.* 28. *C. hic. l.* 27. *in princ. ff. de inoff. teſt.*

Primâ actione ſublatâ, ſi non impletum quod convenit, agi poteſt præſcriptis verbis: *l.* 6. *l.* 17. *l.* 33. *C. hic.* non jure conventionis; ſed quia traditione & præſtatione ejus quod à ſua parte convenerat, agens ſibi alterum obligavit. *l.* 7. *in pr. de pact. l.* 5. *de præſcr. verb.*

Nec invitus Actor cogitur ab intentione ſuæ actionis, nempe præſcriptis verbis, diſcedere, etiamſi redhibitionem & pœnam pars altera offerat. *arg. l. fin. C. de rer. perm.*

Pœnitentia enim in contractibus innominatis tantum ei conceditur, qui dedit: non illi qui accepit, & accipiendo ſe ad implementum jam obligavit. *Gl. in l.* 5. *in pr. verb. ſed cum liceat. de cond. cauſ. dat.*

Contractu ab utraque parte rebus impleto, excluſa eſt pœnitentia, & volenti repetere obſtat contractus exceptio. *l.* 17. *l.* 40. *C. hic.*

Mutuo tamen partium conſenſu ab eo recedi poteſt; & tum quicquid hinc inde datum & acceptum fuit, reſtitui debet. *l.* 14. *l.* 17. *l.* 41. *C. hic.*

Digitized by Google

l Qui contra juratam tranſactionem venit, amiſſione juris ſui, atque adeò exiſtimationis, plectitur. *l.* 41. *C. eod.*

Impedit tranſactionem Error: *l.* 29. *C. eod.* Eam retractat per in integrum reſtitutionem, Metus. *vid. inf. De eo quod met. cauſſ.* Niſi coram amicis, *l.* 35. *C. hic.* id eſt, teſtibus, *fac. l.* 39. §. 1. *ff. de legat.* 3. ſit tranſactum.

Dolus, quia conſenſus non eſt expers, non reſcindit eam, ſed purgatur aut exceptione, aut replicatione, ſi prima actio ſupereſt, *l.* 28. *C. hic.* aut, illa extincta, actione doli: *l.* 4. *l.* 19. *C. eod.* niſi dolus in falſi, *l. pen. C. eod.* aut calumniæ crimen, *l.* 65. *de cond. jud.* incidat.

Si ſuper caſu & dubio mortalitatis eventu tranſactum ſit, licet, ſive minores, ſive majores, ultra dimidiam partem juſtæ æſtimationis ſeu juris, læſi ſint, reſtitutio non dabitur ex l. 2. C. de reſc. vend. *l.* 11. *C. hic. ubi Caſtr.*

Dabitur, *ex ſententia Bart. in d. l.* 2. ſi quis in certo jure, puta hereditate dividenda, probare poſſit, ſe tranſigendo ultra dimidiam partem ejus, quod conſequi probabiliter potuit, læſum eſſe. *Dec. conſ.* 6. *viſo. n.* 4. *Corn. conſ.* 17. *in pr. lib.* 4.

DIGESTORUM
LIBER III.

De Poſtulando.
TIT. I.

SEquitur de poſtulando; quia legitimè ad judicium perveniri non poteſt, niſi in limine cauſſæ, jus dicenti negotium exponatur.

Poſtulare, eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui, in jure, id eſt, pro Tribunali, *l.* 4. §. *pen. ff. de dam. inf.* apud eum qui juriſdictioni præeſt, exponere; vel alterius deſiderio contradicere. *l.* 1. §. 2. *hic.*

Et

Digitized by Google

Et quia publicum quodammodo munus, *l.* 2. *in verb. poſtulare de R. I.* Prætor, ſeu ordinarius Magiſtratus, dat petentibus litigatoribus, patronos, etiam invitos, *l.* 7. *C. hic. Gl. in l.* 1. §. 4. *hic.* qui eorum & nomine poſtulent, *l.* 1. §. 4. *ff. l. fin. C. hic.* & ſumptibus. *Gl. ad d. l.* 1. §. 4. *l.* 4. §. *fin. de edend. Bart. in l.* 1. §. *Divus. ad SC. Syllanian.*

Si tenuiores ſint litigatores, quam ut ſalarium præbere poſtulantibus ſuo nomine poſſint, Magiſtratus ſumptum de publico ſuppeditet oportet. *Gl. & Dd. in d. l.* 1. §. 4.

In criminalibus, ſi quis cuſtodiæ traditus, ſibi ipſi quærere advocatum nequeat, accuſator, cujus rogatu incarceratus, ut eum alimentare debet, ſic & ſumptum ipſi præbere. *Gl. in l.* 17. *C. de ereg. mil. ann. lib.* 12. *per Nov.* 115. §. *ſi unum. Paris de Puteo. in tr. Syndic. ad verb. carcer, & carceratus. c.* 4. *per tot.*

Poſtulare poſſunt omnes, qui non prohibentur. *l.* 43. *de procur.*

Prohibentur quidam Edicto, quidam Lege, quidam Sententiâ Iudicis.

Edicto tres hominum ordines vetantur. *l.* 1. §. 1. *hic.*

Primus ordo & pro ſe, & pro aliis; ut minores ſeptendecim annis, *d. l.* 1. §. *initium. hic.* ſurdi, qui juſſum judicis exaudire non poſſunt, *d. l.* 1. §. *initium.*

Secundus ordo tantum pro aliis poſtulare vetatur; in eo ſunt cæci, inſigni quâdam turpitudine notati, fœminæ. *d. l.* 1. §. 5.

Virile enim eſt officium alienæ cauſæ præeſſe, intercedere & patrocinari. *l.* 2. *de R. I. l.* 18. *C. de procur.*

Cæcus prohibetur: quia revereri magiſtratus dignitatem nequit: *d. l.* 1. §. 5. *verſ. cæcum.* judex tamen dari poteſt. *l.* 6. *de judic.*

Perſonæ inſigni quâdam turpitudine deformatæ, etiam apud judices pedaneos, Senatusconſulto prohibentur poſtulare. *d. l.* 1. §. 6. *verſ. item.*

Si tamen ejuſmodi perſonæ tutelam vel curam adminiſtrent (ſicuti poſſunt, cum hoc munus ſit privatum. *Bart. in l. 3. hic.*), poſtulare pro his quorum curam gerunt, poſſunt. *d. l. 1. §. fin. l. 6. hic.*

Tertius ordo tantum pro ſe & perſonis certis, puta conjunctis, fortè ad quartum uſque gradum: *Gl. in l. 4. de teſtib. Gl. & Dd. in c. fin. Ext. eod.* & pro perſonis quarum tutelam curationemve gerunt, *d. l. 1. §. fin. cum ll. ſeqq.* poſtulare poteſt; pro aliis perſonis edicto non comprehenſis, prohibetur.

Qui ordines, nequidem volente adverſario, contra Edictum rectè poſtulant; *l. 7. hic.* quin puniantur pœna arbitraria. *l. 1. §. 6. hic.*

Lege poſtulatio pro aliis interdicta eſt, judicibus, arbitris, in ea cauſa quam judicaturi ſunt: *l. 6. C. hic.* hæreticis, *l. fin. C. eod.* clericis, niſi pro ſe & conjunctis agant; *c. 1. & c. fin. hic.* liberto, contra patronum; *l. 2. C. eod.* vaſallo, contra dominum: *c. 1. §. item ſi delator. ubi Gl. verb. perd. quæ fuit. pr. cauſ. ben. am. 2. F. 24.* & illis omnibus qui legitimam perſonam ſtandi in judicio non habent. *vid. tit. C. qui legit. perſ. ſtan. in jud.*

Iudicis ſententiâ, advocatis aut procuratoribus, ob contumaciam, vel delictum, vel aliam cauſam, poſtulatione interdicitur ad tempus, non in perpetuum. *l. 9. de pæn. l. 5. & 6. 8. hic. l. ult. ff. de pæn.* Si quis tamen ita poſtulare prohibitus, non appellaverit, placitis obtemperare, & cauſſis agendis perpetuò abſtinere debet. *l. 1. C. hic.*

Si apud ſe Magiſtratus poſtulare prohibuerit, coram ſucceſſore ejus nulla obſtabit prohibitio: aliter ſi indefinitè poſtulationibus ſit interdictum. *l. 6. hic. l. 1. C. eod.* Nam tum ad longum tempus, id eſt, decennium, cenſetur prohibuiſſe. *l. 23. ff. de pæn.*

Erit judicis, in poſtulationibus admittendis, providere, nè periti ſſimi quique advocati ab una ſtent parte, ſed ut æqualiter utrinque diſtribuantur, nè alterutra cauſa ab inopia boni patrocinii damnum faciat. *l. 7. C. eod.* Eſt enim æqualitas in judiciis ſervanda. *l. pen. C. eod.*

Quam-

Quamdiu quis idoneum advocatum non habet aut habere poteſt, tamdiu propter contumaciam damnari nequit. *c.* 1. *ut lit. non cont. ubi Gl.*

Negotia tamen, propter contumaciam, ante definita, non retractantur. Imputet enim ſibi qui à tali definitione non appellavit. *l.* 1. *l.* 4. *C. hic.*

Quanquam enim à contumacia non appelletur: *l.* 1. *ubi Gl. C. quor. app.* tamen, ſi quis neget ſe in ea cauſa fuiſſe, ut pro contumaci debuerit condemnari, juſtas excuſationis ſuæ cauſas per appellationem inducere poteſt. *l.* 73. §. *ult. de jud. Gl. & Dd. in d. l.* 1.

De his qui notantur infamia.

TIT. II.

INter eos, qui poſtulare pro aliis prohibentur, infames enumerantur. *l.* 1. §. 5. §. 6. *&* §. 8. *ſup. de poſtul.* Et merito. Nam cum infamibus portæ dignitatum non pateant, *l.* 2. *C. de dignit. lib.* 12. & ab advocatione (quæ dignitatem habet. *l.* 7. *verb. nobiliſſimus. C. de poſtul. & ibi Bald.*) arceri debent. *Gl. in d. l.* 2. *per l.* 1. §. 8. *ff. de poſtul.* Indignum enim eſt, eum clientis honorem defendere, qui ſuum perdidit.

Infamia, eſt exiſtimationis læſio. *l.* 8. *C. hic.*

Exiſtimatio, eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus. *l. pen.* §. *exiſtimatio. de extraor. cogn.*

Infamia eſt duplex: *Gl. Bart. & Dd. in l.* 1. *hic,* alia Iuris, alia Facti.

Iuris infamia, (de qua propriè hic agitur) eſt quam lex, ob turpe aliquod commiſſum, nocenti irrogat.

Facti infamia eſt, quæ famam ſolùm cujuſquam apud bonos & honeſtos viros gravat. *l.* 20. *hic. l.* 13. *l.* 17. *l.* 19. *C. eod.*

Hæc, ſecundum Doctores, triplex eſt. Alia quæ ortum à vulgo habet, & incerto autore: (quæ revera nulla eſt. *Freher. lib.* 3. *de exiſtim. cap.* 2.) Alia quæ à judice, aut patre, aut viro quoquam honeſto,

per increpationem aliquam ignominioſam infertur. *d. l. 19. l. 17. C. hic.* Tertia quæ oritur à ſectæ diverſitate. Puta propter hæreſin. *Bald. in l. 1. n. 5. per illum text. C. de ſum. Trin.* (Quæ eſt juris infamia.)

Vult Baldus *in c. 1. an removeri teſtes. 2. F. 19.* & rectè, *Freher. c. 1. num. 9.* aliam eſſe graviorem, aliam leviorem; prout eſt gravis, aut levis cauſſa, ex qua infamia ortum habet.

Irrogatur infamia juris, partim Edicto Prætoris; *l. 1. & 2. hic.* partim Lege; Senatusconſulto; *l. 2. §. 3. hic. l. 41. C. de tranſact.* partim ſententiâ judicis: *l. 6. l. 13. hic.* non arbitri: *d. l. 13. §. 5.* Famæ enim cauſa, capitali æquiparatur. *l. juſta. de man. vind. l. 104. ubi Dec. & Cagn. de R. I.*

Vt igitur de vita & capite privatim ſtatui nequit: *l. 13. ad l. Aquil. Dd. contra Gl. in l. 56. de furt. in l. pen. C. de cond. ob turp. Hipp. ſing. 164.* Ita nec compromiſſo exiſtimatio cujuſquam minui poteſt. *l. 32. §. Julianus. ubi Bald. de recept. arb.*

Imponitur infamia propter dolum, vel ſimile crimen, quod in dolum incidit: ut perfidiam, ſtellionatum, impoſturam, perjurium, &c. *l. 6. §. fin. l. 13. §. fin. hic.*

Dolum appellamus malitioſam ſcientiam, quâ vel ſimulatur falſum, vel diſſimulatur verum, alterius fraudandi causâ. *l. 8. hic. vid. l. 1. de dol. mal.*

Delictum ex lata culpa commiſſum, *§. fin. Inſt. de ſuſp. tut. Gl. in l. fin. C. eod.* aut ex ſupina ignorantia, *d. l. 8.* aut craſſo aliquo errore, *d. l. 6. §. fin.* non lædit exiſtimationem.

Quælibet enim, etiam injuſta cauſa, excuſat à dolo, *Gl. in l. un. ubi Dd. ſi quis jus dic. per l. utique. de lib. cauſ.* & ejus pœnis.

Iudex non modò diſertis verbis infamiam irrogat, ſed quandoque etiam facto; puta motione ab ordine, fuſtigatione, turpi aliqua præcluſione, &c. quæ tamen non infamant per ſeſe, ſed ex causa, propter quam talibus utendum judex putavit. *l. 22. hic. l. 6. C. eod.*

Edicto notantur, milites, ab exercitu ignominiæ

causâ

cauſâ miſſi: *l.* 1. §. 1. *hic.* qui in ſcenam, aut arenam prodeunt, non gratis exercitationis & oblectationis, *Baro. & Ant. Fab. ad l.* 2. §. *fin. hic. vid. Alber. Gentil. diſp. de actor. & ſpect. fabul. non notand. c.* 15. ſed quæſtus faciendi cauſâ: *l.* 2. *l.* 4. *hic. Nov.* 51. qui lenocinium faciunt: *d. l.* 1. & 4. calumniæ aut prævaricationis nomine in publico judicio commiſſæ damnati: *d. l.* 1. *l.* 4. §. 4. item furti, *vid. l.* 42. *de V. S.* injuriarum, vi bonorum raptorum, de dolo malo, damnati. *d. l.* 4. §. *fin. l.* 6. *hic.*

Furti; ſi actione furti damnentur, non etiam ſi ex condictione furtiva. Quia in hac non de dolo, ſed de reſtitutione rei quæritur. *vid. inf. de cond. furt.*

Ideò condictiones non ipſo jure, ſed tantum de facto infamant. *l.* 36. *de O. & A. l.* 8. *in fin. C. hic.*

Actio quod metus cauſa, non infamat: *Gl. & Dd. in l.* 14. §. 13. *quod met. cauſ.* cum ſit rei perſecutoria ſuâ naturâ, quamvis in quadruplum ex contumacia rei creſcere poſſit.

Qui alieno nomine damnatur, non fit infamis. Iniquum enim eſſet alieni doli dedecus huic inuri: *d. l.* 6. §. 2. *l.* 13. *hic, ex ratione l.* 22. *C. de pœn.* Cum delicta ſuos tenere debeant auctores. *l.* 22. *C. de pœnis. l.* 6. §. 2. *hic.*

Qui, in delictorum privatorum actionibus ſuo nomine pretio, *l.* 18. *C. hic.* poſt litem conteſtatam; non, ſi ante, *l.* 13. *C. de furt. l.* 56. §. *pen. ff. eod. l.* 17. §. 1. *de pact.* pactus eſt, *l.* 4. 5. *hic.* Edicto notatur.

Nam (cum nemo ſuum præſumatur jactare; *l.* 25. *de probat.*) non ſine cauſa, ſed ex conſcientia delicti, pretium dediſſe præſumitur.

Si pretium non intervenit, remiſſionis acceptatio nulli fraudi eſſe debet. *arg. l.* 5. §. *fin. ff. commod.*

Iudicia etiam ex contractu orta, in quibus de fide rupta agitur, labem damnato inferunt: ut ſunt actio mandati, pro ſocio, tutelæ, *vid. l.* 42. *de V. S.* & depoſiti; *d. l.* 6. §. *fin. l. fin. C. hic.* ſi quidem ſint actiones directæ: & ſuo nomine, *l.* 1. *l.* 6. §. 2. *hic.*

&

Digitized by Google

& ob dolum, non culpam, *Accurſ. ad d. l. 6. §. ult.* ſit damnatus: Contrariæ enim, in quibus de impenſis agitur, non infamant; niſi & in his de perfidia quæratur. *d. l. 6. §. 5. & §. fin.*

In quibus judiciis fidei ruptæ civilibus, ſententia quidem definitiva, *l. verbum. l. 22. C. hic.* non verò tranſactio, ut in ſuperioribus, *l. fin. C. eod. l. 7. ff. eod.* exiſtimationem lædit. De contractibus enim licet paciſci & tranſigere impunè. *l. 27. §. illud. de pact.*

Mortuo marito, aut etiam diſſolutis per facinus, puta adulterium mariti, nuptiis: *l. 8. §. 4. C. de repud. l. 2. C. de ſecund. nupt.* vidua intra annum luctus nubens, ſi quidem ſui juris ſit, & is qui ſcienter cum ea ſuo nomine, non juſſu ejus in cujus eſt poteſtate; *l. 11. §. ult. hic.* contrahit, quamvis miles ſit; dedecus incurrunt. *l. 15. C. hic.* Sin autem alieni juris mulier exiſtat; pater vel avus, cujus juſſu contraxit, notatur. *d. l. 15.* Siquidem generum eſſe mortuum ſciverunt; non ſi ignoraverunt. *l. 8. hic.*

Et quidem ipſo jure notantur, citra ſententiam, *l. 1. l. 11. hic. d. l. 15.* ne ſtirpes & familiæ confundantur, ſi ſtatim à morte primi mariti ad ſecundas nuptias mulier properet.

Quam verò certò conſtat eſſe gravidam ex priore marito, aut quæ peperit, intra annum impunè nubit: ut & quæ poteſtatem nubendi à Principe impetravit. *l. 10. hic.*

Nec mariti, nec ſponſi, nec ſponſæ, hac lege tenentur. *d. l. 11. cum ſeqq. l. 9. hic.*

Et jure Canonico hodie mulier intra annum luctus impunè nubit. *Inn. & Dd. in c. pen. & c. fin. de ſecund. nupt.* Præſtat enim incertam prolem ex feſtinatis nuptiis, quam ex furtiva Venere metui. *c. pen. & ult. de ſec. nupt.*

Notatur etiam Edicto, qui binas nuptias, aut ſponſalia, eodem tempore, conſtituta habet: *l. 1. in fin. hic.* & pater cujus juſſu ſunt contracta. *l. 13. §. 1. hic.*

Ut & mulier, quæ ventris nomine per calumniam

rniam in poſſeſſionem bonorum defuncti mariti miſſa eſt. *l.* 15. *cum ll. ſeqq. hic.*

Lege & Senatuſconſulto notantur expilatores hereditatum; *l.* 12. *C. eod.* ſepulchrorum violatores: *l.* 1. *de ſepul. viol.* exercentes improbum fœnus: *l.* 20. *C. hic.* id eſt, ultra modum: *l.* 26. §. 1. *C. de uſur.* perjuri: *l.* 41. *ubi Dd. C. de tranſact.* mulier in adulterio deprehenſa: in publico lenocinio, aut ſtupro, turpem vitam viventes, *l.* 43. *pr. &* §. *fin. de R. N.* fœminæ ipſo jure, *per d. l.* 43. §. *pen. cum ll. ſeqq.* mares per ſententiam damnati: *Gl. ſing. in l.* 12. *C. ad l. Jul. de adult. Rom. ſing.* 825. qui appellando judici convitium facit; *l.* 42. *de injur.* temerè appellat: *l.* 6. §. *ne temerè. l.* 19. *C. de appel.* Siquidem impudentius & cum manifeſta injuſtitia Magiſtratum fatiget. Alioqui enim ei mulcta irrogatur. *l.* 5. *C. quor. appell. l.* 6. §. 4. *C. de appell.* Iudex, qui pœnam aut graviorem aut mitiorem ordinariâ, citra cauſam imponit, *l. ſervos. in fin. de vi publ.* aut munera ob judicandum accipit: *l. judices. C. de dignit.* qui pupillam adultam, cujus curam gerit, uxorem ſibi vel filio ducit: *l.* 4. *l.* 17. *C. de excuſ. tut.* qui inceſtas prohibitaſque nuptias contrahit: *l.* 4. *C. de inceſt. nupt.* qui contra juratam tranſactionem venit: *l.* 41. *C. de tranſact.* qui ſe in curationem uxoris bonorumque ejus ingerit, neque excuſatione utitur: *l.* 17. *C. de excuſ. tut.* qui detrectatores, publicorum munerum functionem ſubterfugientes, occultant: *l.* 31. *C. de decur. lib.* 10. notarius, qui prohibitam alienationem, aut contractum legibus vetitum, conſcripſit. *c.* 1. §. *callidis. de prohib. Feud. alie. per Frider.* 2. *F.* 53. *vid. alios caſus in l. un. C. de his qui pot. l. un. C. de Senatusconſ. l.* 1. *C. de ſtat. hom. l.* 1. *C. de ſum. Trin. l.* 8. *C. de hæret. l.* 2. *C. de ll. &c.*

Ob id, quod quis vincula, aut carcerem, *l.* 1. *C. hic.* aut torturam, aut fuſtigationem paſſus eſt, exiſtimationis detrimentum non patitur; non enim cruciatus, ſed cauſa facit infamem. *l.* 22. *hic. l.* 14. *C. eod.*

Debitores qui bonis cedunt, aut qui creditores effu-

Digitized by Google

effugiunt, probroſi non ſunt ipſo jure, *l.* 11. *C. eod.* Quod bonis cedere etiam boni calamitate aliquâ circumventi, quandoque cogantur. Infamiam tamen facti non evitant. *Novel.*135.

Nec teſtes, quorum fides & teſtimonia in judicio reprobantur, infames ſunt. *l.* 21. *hic.*

Probanda infamia dilucidè & plenè, veluti delictum capitale, *l. fin. C. de probat.* nec probationibus privilegiatis, puta jurejurando, ſatis edocetur. *Jaſ. in l. admonendi. de jurejur.*

Nec teſtes infamiam juris probant, niſi ejuſmodi cauſam ſcientiæ afferant, quæ oſtendat, aut lege, aut genere pœnæ, aut ſententiâ, labem cuiquam irrogatam eſſe. *Weſ. hic. n.*7.

Infamis infamia facti, à dignitatibus publicis excluditur; *l.*2. *cum ibi not. C. de dign. lib.*12. & heres inſtitutus, à fratribus præteritis, per querelam inofficioſi teſtamenti, quaſi turpi perſona inſtituta, poteſt repelli, *l.*27. *C. de inoff. teſt. Bart. & Gl. in l.*1. *hic. Bart. l.* 3. *C. eod.* ejuſque teſtimonium non eſt omni exceptione majus. *Duar. diſp. lib.*2. *cap.*22.

Iuris verò infamia inuſti, communi uſu, inteſtabiles ſunt, *Gl. & Dd. in l.* 1. *C. de ſum. Trin. per l. ob carmen. de teſtib.* nec cum integris perſonis, alicujus muneris publici poſſunt eſſe participes: *l.* 2. *ubi Gl. C. de dign. lib.*12. *l un. C. de infam. lib.* 10. puta in poſtulando, *Gl. in d. l.* 2. aſſidendo, *l.* 2. *de off. aſſeſſ.* judicando, *l.* 12. §. *non autem. de judic.* militando. *l.*3. *C. de re milit. lib.*12. *l.*2. §.4. *hic.*

Pœna tamen eos non liberat ab oneribus, quæ etiam honeſti ſufferre coguntur: *l.* 3. §. 2. *de muner.* ut tutela, *l.* 1. §. *ait Prætor. l. cui eorum. ubi Bart. de poſtul.* arbitrio, *Gl. in d. l.* 2. *C. de dign. lib.* 12. *per l.* 7. *de recept. arb.* procuratorio, *Gl. in d. l.*2. §. *fin. Inſt. de except.*

Infamia, ſemel jure impoſita, perpetuò durat; *Gl. & Dd. in l.*3. *&* 4. *C. hic. per l.* 43. *de R. N.* Niſi ſit à Principe, *ut not. in l.*10. *hic. in l.* 1. 3. 4. *& fin. C. de ſent. paſſ. & reſt.* aut populo non recognoſcente ſuperiorem, remiſſa. *Bart. in l.* 1. §. *de qua autem. n.* 1. *&* 3. *de poſtul.*

Et

Digitized by Google

Et dedecus perpetuò adhæret, etiamſi pœna tantum temporalis ſit impoſita, ſi crimen ipſo jure turpitudinem habet annexam.

Legis enim effectus perpetuus eſt, ut quæ tantum conſiderat delictum: de quo ubi per ſententiam conſtat, ſequitur ex legis ordinatione infamia: quæ nec revocatur amplius; ut nec ipſum delictum cui accedit. *arg. l. in bello.* §. *factum. de capt. & poſtl. rev. & ſic accipe l. 6. C. hic. l. fin. C. de gener. abolit. l. 43. de R. N.*

Si delictum eſt punitionis arbitrariæ, cui non lex pœnam turpitudinis præſtituit, ſed judex: tunc nota unà cum animadverſione durat & extinguitur. *arg. l. 3. & 4. C. hic.*

Quod & obtinet quando certam legis vindictam judex ex probabili cauſa, & in caſu quo poteſt, facit arbitrariam. *Tiraq. latiſſimè in tract. de pœn.*

Si durius plectit; cenſetur diſpenſaſſe cum infamia: *l. 6.* §. *pen. hic. l. 3. de decur.* ſi levius: *ut eſt text. in l. 3. C. hic. l. 13.* §. *1. de falſ. l. 8. de poſtul. l. 3. de decur.* cum pœnæ tempore dedecus terminabitur.

Cujacio *lib. obſ. 7. cap. 19.* ex veteri jure & legibus nota durat perpetuò. Conſtitutionibus vero Principum poſt expletionem coërcitionis, tempore remittitur.

Vitat infamiam Reus variis modis.

1. Si per procuratorem in judicio famoſo ſe defendat. *Bald in l. 20. n. 6. C. de procur. Socin. reg. 179. fall. 1. l. 6.* §. *1. & ſeqq. hic.* Ad infamiam enim & condemnatio, & cauſa ſeu delictum, requiritur. Alterum in procuratore deeſt, alterum in domino. *Ant. Fab. in l. 6.* §. *2. hic.* Et quia dominus non condemnatur niſi fictè, nec in eum obligatio deſcendit à procuratore, quæ non in hujus perſona prius initium cœpit. *l. 11. ff. de oblig. & act.* Quare infamia quæ non hæſit in perſona procuratoris, per eam ad dominum transferri nequit. *Marcus de Mantua ſing. 16.*

2. Si pœnam pecuniariam, quæ per ſententiam imponi

Digitized by Google

imponi poteſt, ante ſententiam condemnatoriam latam, *l. 73. de procur.* offerat realiter, aut, recipere nolente adverſario, apud acta deponat. *Juxta l. 19. C. de uſur. l. 9. C. de ſolut.*

3. Si ante ſententiam paciſcatur aut tranſigat, auctoritate judicis impetratâ, *l. 6. §. qui juſſu. hic.* Quia confeſſio ejus fingi non poteſt, qui parere coactus, aut citra juſſum judicis, adhibitâ proteſtatione, Se tranſigere tantum quod à vexatione litis ſe redimat. *Jaſon, in l. 18. n. 3. C. de tranſact.* Siquidem paratus ſit docere, ſe non pro mala conſcientia dediſſe, ſed ſtudio litis fugiendæ; ſeu ſi innocentiam ſuam probare poſſit. *arg. l. 18. C. hic. Ant. Fab. 1. l. 5. hic.*

4. Si judex recedat ab ordinaria pœna, & ſeveriorem reo imponat, quam quæ ex lege debeatur. *l. 10. §. in perſonis. de pœn. d. l. 6. l. quid ergo. §. pen. hic. l. 3. & 4. C. eod.* Quaſi tum ſententia tranſactum ſit, *ut l. 13. ff. l. 4. C. hic. l. 15. ff. ad munic. l. 5. ff. de decurion. l. 10. §. ult. ff. de pœnis.*

5. Si judex expreſsè reo in ſententia exiſtimationem conſervet, additâ clauſulâ: Se illud ex juſta cauſa (in ſententia expreſſa, *c. ſicut. ubi Dd. de ſent. & re jud.*) facere. *Bart. in d. l. quid ergo, §. 8. Bald. & Dd. in l. 3. C. hic.*

6. Si condemnatus, à ſententia provocet, & pendente appellatione, det operam, aut pacto, aut ſolutione, aut alio quovis modo, nè altera ſententia ſubſequatur. *Bald. in d. l. 3. n. 3. & 4.* Quia hæc vis eſt appellationis ut extinguat judicatum; *l. 1. §. ult. ff. ad SC. Turpill.* reducatque negotium ad terminos litis conteſtatæ.

7. Si exiſtimationi priſtinæ per Principem reſtituatur. *l. 10. hic. Bald. in d. l. 3. n. 3. & 4. Bart. in l. 1. §. fin. de poſtul.*

De

De Procuratoribus & Defenſoribus.

Tit. III.

PRocurator, eſt qui aliena negotia mandatu domini adminiſtrat. *l.* 1. *hic.*

Conſtituitur aut univerſorum bonorum, *l.* 60. *ff. hic.* (qui univerſalis, vel generalis, *l.* 58. *hic.*) aut certæ alicujus rei, vel litis, negotiive, *l.* 1. §. 1. *hic.* (qui ſpecialis dicitur, *d. l.* 58. *c.* 5. *de procur. in* 6.) aut cum libera adminiſtrandi poteſtate. *d. l.* 58.

Alius conſtituitur in rem alienam, alius in rem ſuam: qui quidem alienum negotium mandatu domini gerit, ſed ad ſuum tamen emolumentum. *l.* 33. §. *fin. hic.* Vt eſt cui dominus aut vendidit, aut quoquo modo actiones ceſſit, *l.* 55. *l.* 34. *hic.* Tametſi hunc æquivocè procuratorem dici & in ſtatutis nomine procuratoris non venire velint Cæſa, Contardus *in l. diffamari. c.* 5. *num.* 162. *& ſeqq.* Giphanius, *ad l.* 1. *hic.* Niſi ſtatutum ſit favorabile, ut vult Vaſquius, 2. *contr. illuſtr.* 23. *n.* 10. 11. *& c.* 39. *n.* 8. 9.

Rurſus alius eſt judicialis, qui lites in judicio: alius extrajudicialis, qui negotia curat. *l.* 33. *hic.*

Et eſt vel verus procurator, vel falſus: *l.* 24. *C. eod. l.* 19. *C. de furt.* qui nullum habet mandatum, aut extinctum, impertinens, inſufficiens, ſecundum Gl. Bart. Bald. Salic. *in d. l.* 19. *C. de furt.* & Iaſ. *in l. licet. n.* 4. *&* 5. *C. hic.* Sed hic revera procurator non eſt, cum mandatum non habeat, aut, quod idem eſt, nullum.

Conſtituuntur Procuratores, aut juſſu judicis, petentibus; *Gl. & Dd. in l.* 1. §. 1. *de poſtul.* Puta ſecundum Ius hodiernum, quo procuratores ſunt ordinarii: non Ius Civile, quo Edictum de poſtulando ad procuratores non pertinet: aut conſenſu privatorum & ratificatione, quæ pro mandato eſt. *Gl. & Dd. in l.* 9. *C. de neg. geſt. Mynſ. obſ.* 44. *cent.* 1.

Procuratorem conſtituere poteſt, omnis (cum Edictum

Digitized by Google

Edictum hoc prohibitorium ſit) qui non prohibetur. *l.* 43. §. 1. *hic.*

Prohibetur excommunicatus, *c. fin. Ext. eod.* pupillus, minor, qui curatorem habet, niſi tutore vel curatore authore: *l.* 11. *C. eod.* ſi non habet, procuratorem ad extrajudicialia negotia conſtituere poteſt: *l.* 43. §. 3. *ff. hic.* non ad judicia. *l.* 54. *ff. de reg. jur.*

Nec Syndicus univerſitatis, tutor, curator, procuratorem ad litem conſtituunt, ante eam conteſtatam, (nondum enim ſunt domini litis, *d. l.* 11. *ubi Gl.*) ſed tantum actorem. *l.* 74. *ff. hic. l.* 11. *l.* 23. *C. eod.*

Filiusfamilias procuratorem ad negotia ſuo nomine recte conſtituit, non ad lites: exceptis quibuſdam caſibus, ut actione injuriarum, & ſimilibus: *l.* 8. *ff. hic.* Modò & tum pater abſit: *l.* 8. *hic.* Alioqui patris auctoritas eſt neceſſaria, nè judicium ſine patris voluntate conſiſtere videatur. *l. ult.* §. *fin. autem. C. de bon. quæ liber.*

Mutus & ſurdus eo modo procuratores dant, quo dare poſſunt, ut nutu, vel ſcriptura. *l.* 43. *ff. hic.* Siquidem caſu tales ſint facti.

Plures ſimul agentes aut defendentes, unum procuratorem conſtituere poſſunt. Non tamen coheredes, inter ſe familiæ erciſcundæ judicio contendentes: propter adjudicationes & condemnationes, quæ invicem fiunt, ne idem eidem ac ſibi ipſi condemnetur. *l.* 42. §. *pen. ff. h. t.*

Procuratores in judicio dare coguntur, qui per ſe litigare non poſſunt: ut illuſtres, *l.* 25. *& Auth. ſeq. C. hic.* Puta in cauſis pecuniariis: criminales enim, excepta injuriarum cauſa, *l. ult. C. de injur.* per ſe ſuſtinere compelluntur: *l.* 15. *C. de accuſ. Novel.* 71. *c.* 1. minores. *l.* 2. *C. de accuſ.*

Dari in judicio procuratores non poſſunt, minores, *l.* 12. *C. eod. ubi Jaſ. n.* 19. *&* 20. Puta in cauſis in quibus ſatiſdatione opus: quia ob in integrum reſtitutionem cavere utiliter nequeunt: *l.* 51. *hic.* fœminæ, *l.* 18. *C. eod.* (niſi litem ſuam, *l.* 4. *C. hic.* aut parentum, ſiquidem hi aut abſunt, aut eos morbus,

Digitized by Google

aut ætas impediat, nec quemquam qui agat, habeant: *l.* 41. *hic.* aut liberorum, in cauſis puta morbi vel abſentiæ: non ætatis: *fac. l.* 18. *C. eod.* aut etiam mariti captivi & deſerti, *dec. Neap.* 143. *Spec. hic.* §. *ratione. n.* 1. *per l.* 3. *de lib. cauſ.* agant) milites in aliena cauſa, *l.* 7. *l.* 8. *C. hic. l.* 8. §. 2. *ff. eod.* Decuriones, aliique digniores, *l.* 16. *l.* 34. *C. de decur. lib.* 10. ſervus, *l.* 1. *& t. t. C. qui leg. perſ. ſtan. in jud.* rei cauſæ capitalis, *l.* 6. *C. hic.* redemptores alienarum litium, *l.* 15. *C. eod. l.* 20. *C. mand.* excommunicati, *c. intelleximus. de jud.* fiſcus, univerſitas, aut civitas. *l.* 3. *& t. t. C. ne fiſc. vel reſp.*

Dari poſſunt, filiusfamilias major vigintiquinque annis: *l.* 8. *in pr. ff. hic.* mutus, ſurdus, ad negotia: non ad litem: *l.* 43. *ff. eod.* infames, de jure civili, ad omnem cauſam. §. *fin. Inſt. de except.*

Eſt enim, eo jure, procuratoris officium onus, *ut Gl. in l.* 2. *de dignit. lib.* 12. ſed voluntarium, & vile. *l.* 34. *ubi Gl. Bart. C. decur. lib.* 10.

Iure Canonico infames, pro ſecularibus perſonis, non Eccleſiaſticis, admittuntur. *Panor. in c. imperatorum. n.* 9. *de jura. calum. Tiraq. in tr. de Nobilit. c.* 30. *n.* 2. *& ſeqq.*

Quia Procurator conſenſu conſtituitur, & abſens dari poterit, *l.* 1. *in fin. ff. hic.* dum tamen aut ſciat ſe dari procuratorem, aut conſtitutionem habeat ratam. *fac. l.* 65. *ff. hic. Bart. in l. quo enim.* §. *fin. ff. rem rat. hab.* Id eſt, mandatum procuratorium ſuſcipiat. Nec enim mandatum eſt, quod facit procuratorem, ſed mandati ſuſceptio. *l.* 22. §. *ult. ff. mand.*

Invitus, & qui diſſentit, procurator dari nequit. *l.* 8. §. 1. *ff. hic.*

Vnius litis plures procuratores, ſed in ſolidum, aut conjunctim, non per partes, *l.* 3. *ff. fam. erciſc. l.* 38. *ff. hic.* dari poſſunt. *l.* 31. §. 1. *ff. hic.* Niſi lis ſit una plurium perſonarum, ſcilicet ſi vel pluribus debetur quid individuum; ut ſervitus: vel uni à pluribus. *l.* 2. §. 2. *l.* 72. *ff. de verb. oblig.* Nam ſi dividuum, actio dividitur, & plures fiunt lites, *l.* 6. *C. l.* 25. §. 9. *ff. fam. erciſc.* proinde plures admittuntur procuratores.

Qui

Digitized by Google

Qui invitus judicium non patitur, idoneus procurator non eſt, & repudiari poteſt. *l.* 54. *ff. hic.*

Conjunctæ perſonæ pro conſanguineis, puta proximis, *fac. l.* 35. *in princ. hic.* maritus pro uxore, etiam ſine mandato, procuratores eſſe poſſunt, præſtitâ de tato cautione. *l.* 40. §. *fin. ff. l.* 21. *C. eod.* Modò non apertè repugnet voluntas eorum pro quibus agunt. *d. l.* 40. §. *fin.*

Procurator omnibus cauſis & negotiis adhiberi poteſt, niſi quæ diſertè exceptæ ſint. *arg. l.* 43. §. 1. *hic.*

Excipiuntur eæ cauſæ, quæ per procuratorem agitari nequeunt: ut ſunt judicia publica, *l. pen.* §. *fin. ff. de publ. jud. l.* 2. 3. *&* 5. *C. de his qui accuſ. poſſ.* & non publica, criminalia; & ejuſmodi ut pœna ſupra relegationem damnato queat imponi. *l.* 1. *ff. an per al. cauſſ. app. Dd. in d. l. pen.* §. *ad crimen.*

Niſi abſentiæ cauſa defendatur: *l.* 71. *ff. hic. Bart. Gl. & Dd. in d. l.* 1. ſuam ſuorumque injuriam quis perſequatur: *Bart. in l.* 42. *in pr. ff. hic.* aut actio criminalis civiliter, id eſt, ad pœnam pecuniariam; fiſco applicandam; ſit inſtituta. *Bart. in l.* 1. *&* 2. *de priv. del. Marant. in Spec. part.* 4. *diſt.* 1. *n.* 51. 57. 58.

Vbi certa pœna petitur, quæ minor ſit relegatione, rectè procurator accipitur: *in d. l.* 42. *ff. hic.* non ſi pœna arbitraria. *Marant. de jud. part.* 4. *diſt.* 1. *n.* 52. Cum extendi poſſit uſque ad mortem. *com. concl. in l. ſacrilegii. ff. ad L. Jul. pec. per Gl. & Dd. in* §. *in ſumma. Inſt. de injur. Bald. in c.* 1. §. *injuria. de pact. jur. fir. Bart. in l. fin. ff. ubi pup. educ.*

Conſtituitur Procurator & expreſſo conſenſu, & tacito; ut cum dominus præſens alterum patitur cauſam ſuam agere: *l.* 18. *ff. mand.* aut quando mulier permittit marito ſuorum negotiorum curam. *l.* 21. *C. hic.* &c.

Conſtituitur tam præſens & coram, quam abſens: *l.* 1. *&* 2. *l.* 5. *&* 6. *l.* 33. *ff. hic.* item vel in præſens, vel in diem, vel ad diem: *l.* 3. *ff. hic.* vel ſub conditione: *d. l.* 3. vel generaliter, vel ſpecialiter:

l. 60.

Digitized by Google

l. 60. ff. eod. c. generaliter. 5. eod. in 6. item cum clauſula, *Cum libera.* hoc eſt, adjectâ poteſtate plenâ & libera pro domino agendi, faciendi, adminiſtrandi ea omnia, quæcunque in cauſa dominus ipſe agere, facere coram poſſet. *d. l. 60. l. 63. ff. hic. c. 4. §. fin. eod. in 6. Bart. in l. Lucius. ff. mand. l. 58. ff. hic. Gl. in c. per tuas. & in c. ex parte. de arbitr. Bald. in l. ſi procurator. C. hic. & in c. 1. in fin. de pac. Conſtant.*

Extra judicium conſtitui procurator poteſt coram notario & teſtibus: aut, ſi is haberi nequit, literis, privato, vel publico ſigillo conſignatis. *l. 65. ubi Bart. ff. hic. Spec. in tit. de proc. §. ratione forma. n. 8. 9.*

In judicio; ſi dominus mandatum actis inſinuat.

De quo cum conſtat; de rato cavere procurator Actoris non cogitur, *l. un. C. de ſatiſdat. l. 1. ubi Dd. C. hic.* Omninò; ſi de eo probabiliter dubitetur. *§. ſi verò in perſonam. Inſt. de ſatiſd. Gl. & Dd. in d. l. 1. Spec. de procur. §. 1. n. 31.*

Procurator Rei ſatiſdat judicatum ſolvi, *l. 6. ff. jud. ſolv.* ſi ipſe principalis hanc ſatiſdationem non præſtitit. *l. un. C. de ſatiſd.*

Nec hoc remittitur propter facultates aut dignitates; *l. 51. §. ult. l. 52. & ſeqq. hic.* Neque ideò ſupervacua cautio exigitur; *contra l. 14. §. ult. ff. ut legat. nom. cav.* Cum quia inter moras judicii facultatibus labi poteſt; tum quia quo potentior, eo facilius ſolutionem detrectare poteſt. Quod non ita metuendum fidejuſſoribus datis.

Inſtrumentum procuratorium continere debet, nomen conſtituentis, conſtituti, contra quem, in qua cauſa, coram quo judice, & ad quos actus procurator conſtituatur. *Spec. d. §. ratione. n. 20. per d. l. 65. hic.*

In eo, talia quæ ſpeciale mandatum requirunt (ut ſunt juramentum deferre, referre, præſtare, *l. 17. §. fin. de jurej.* tranſigere, paciſci, petere in integrum reſtitutionem, & ſimilia. *c. 4. in fin. hic. in 6.*), exprimenda.

Digitized by Google

Vt & ei inſerenda clauſula, Ratum haberi quicquid procurator geſſerit. *d. l. 65. ubi Bart. ff. hic.*

Sed ſtylus illius curiæ, ubi procurator conſtituitur, ſervandus eſt. *l. 34. l. 23. de R. I. l. 6. De evict. Spec. in d. t. de proc. §. ut autem. per tot.*

Qui mandatum procuratorium ſuſcepit, etiam invitus illud exſequi & abſolvere, auctoritate Magiſtratus, non quidem per vim & impreſſionem, quam ſemper execratur Magiſtratus, ſed pignoribus captis & pœnarum comminatione, *l. 43. §. ult. hic.* cogitur. *l. 8. §. fin. l. 35. §. fin. ff. hic.*

Niſi ſe juſtiſſima de cauſa excuſare poſſit. Puta valetudinis, neceſſariæ peregrinationis, inimicitiarum, quæ poſtea inter dominum & ipſum ſunt exortæ, muneris publicè impoſiti, aut aliarum occupationum, à quibus non niſi cum damno poſſit abeſſe. *d. l. 8. §. fin. cum ll. ſeqq. l. 18. cum ſeqq. hic.*

Procurator qui negotium tractare incepit, ipſâ tractatione, poſtquam res deſiit eſſe integra, fit dominus negotii, tam extra, *l. eum. §. 6. de conſt. pec. Bart. in l. 1. n. 5. C. de ſent. & interl.* quam in judicio.

Quare poteſt omnia agere & facere, ex bona tamen fide, *l. 35. §. 2. l. 46. §. procurator. ff. hic.* quæ dominus facere poſſet. *c. 1. ut lit. non cont.*

Nam ejus factum domino nocet & prodeſt, *t. t. de confeſſ. in 6. l. 3. ubi Salic. C. hic.* ſi quid intra fines mandati (quas diligenter cuſtodire debet, *l. 10. C. hic.* nec has egredi poteſt, *d. l. 10. l. 5. pr. ff. mand.*) gerat vel committat; non, ſi extra. Niſi dominus, ſciens fines mandati eum excedere, paſſus ſit. *l. 27. ff. hic. l. 10. C. eod. Jaſ. poſt Bart. in l. un. §. ſi proc. n. 7. & 8. ff. ſi quis jus dicent.*

Procuratoris perſona eadem eſſe cum domini perſona fingitur: *l. 11. ubi Gl. de doli mal. except.* quanquam alienare, innovare, vel tranſigere nequeat; niſi ſit cum libera. *l. 63. l. 58. l. 59. l. 60. ff. l. 16. C. hic.*

Datur domino, contra procuratorem, mandati actio: *l. 42. §. 1. ff. hic.* ſi ſuſceptum negotium ex-

equ

equir nolit: *l. 8. ff. hic. l. 8. §. ſed etſi. ff. mand.* ſi in officio aliquid detrimenti, per dolum aut negligentiam, intulit: *l. 38. §. 8. De pœn.* ſi per injuriam, colluſionem, adverſarium abſolvi paſſus ſit: *d. l. 8. §. ſed etſi.* item, ut rationem omnium, quæ ex mandato & geſtu conſecutus eſt, ſive juſtè ſive injuſtè, *l. 46. §. 4. ff. hic.* reddat, quæſitaſque cedat actiones. *d. l. 8. §. fin. cum ll. ſeqq. ff. mand.*

Procuratori in dominum datur ex mandato actio contraria: *d. l. 42. §. 2. l. 46. §. item. ff. hic.* ut ſi quid præſtitit ex mandato, nomine domini, id conſequatur. *l. 31. l. 46. §. procurator. & §. pen. ff. hic.*

Si quid profuſè & non neceſſariò conſumpſit, ejus ſumptus in hoc contrario judicio non habetur ratio. *d. l. 46. §. 4.*

Poteſt procurator retentione rerum quæſitarum uti: nec ante rationes reddere tenetur, quam illi planè ſit à domino ſatisfactum. *l. 25. in fin. cum ll. ſeqq. ff. hic.*

Procurator conſtitutus ad proſequendum judicium petitorium, videtur etiam conſtitutus ad exercenda judicia præparatoria & poſſeſſoria. *text. in l. 56. l. 62. ff. hic.*

Nam cum aliquid mandatur, omnia intelliguntur injungi, ſine quibus commodè ad exitum res mandata perduci nequit. *l. 2. De juriſd.* Poſito enim conſequente; ponuntur, ut aiunt Philoſophi, neceſſaria antecedentia.

Sic datus procurator ad agendum, videtur etiam datus ad defendendum. *l. 15. in fin. ff. hic.*

Omnibus cauſis præpoſitus, etiam datus futuris, non tantum criminalibus, *Spec. d. t. de proc. §. ratione formæ. n. 8. & 9.* aut facta donandi poteſtas, *l. 4. C. de novat. Dd. in l. 12. C. de pact.* intelligitur.

Cum procuratores plures ſimul dantur, alter ſine altero agere non poteſt; niſi fuerit aliter cautum. *c. ſi duo. 6. hic. in 6. Mynſ. obſ. 47. c. 1.*

Si procurator ſpeciale & generale mandatum habet, poſterius derogat priori: *arg. l. 12. C. de pact.* aut, ſi

Digitized by Google

ſi eodem tempore data, ſpeciale præfertur generali. *c. non injuſtè. de proc. Spec. eod.* §. *n.* 13.

Si quid obſcuritatis in mandato, interpretatio à procuratore contra dominum eſt facienda: huic enim imputandum, quod legem inſtrumenti non dixerit apertius. *juxt. reg. l.* 39. *De pact. l.* 21. *De cont. empt.*

Dominus, quandiu res eſt integra, tam extra judicium, quam in judicio, procuratori inchoandi negotii poteſtatem rectè prævertit & adimit.

Poſtquam verò lis cœpta eſt, non; §. *item ſi. Inſt. mand.* niſi ex juſtis cauſis revocare mandatum poteſt. *l.* 17. §. *hic.* Quia per litis conteſtationem procurator fit dominus litis; *l.* 22. *cum l. ſeq. C. hic.* & ex eo ejus intereſt, ne ſine cauſa mutetur, cum ea mutatio ipſius pudorem & exiſtimationem quodammodo oneret. *l.* 25. *hic.*

Iuſtæ cauſæ ſunt, ætas procuratoris minus apta in negotiis, valetudo, occupationes, & reliqua impedimenta, quibus dominus ita diſtringi procuratorem animadvertat, ut ſuis negotiis commodè præeſſe nequeat: *d. l.* 17. *cum mult. ll. ſeqq.* item & ſuſpiciones, propter quas probabiliter opinatur procuratorem ſuis rebus minus utilem affectumque eſſe: ut ſunt inimicitiæ, affinitates, aut amicitiæ cum adverſario contractæ. *l.* 21. *cum mult. ll. ſeqq. ff. hic.*

Finita inſtantia, & finitur mandatum. Nec enim cogitur procurator in ſecunda inſtantia operam præbere. *l.* 17. *ubi Dd. C. eod.*

Non ergò tenetur, ut quidam Doctores volunt, ut appellare, ita & appellationem perſequi. Quia perſequtio non eſt de appendiciis & connexis primæ inſtantiæ. *teſte Paulo de Caſtro in d. l.* 17. *num.* 4 *&* 5.

Et procurator, juſte domino nuncium mittit, ſi hic ſolvendo eſſe deſiit, aut bona ejus à creditoribus poſſidentur, ne fortè in damnum incidat. *l.* 55. §. *fin. ff. hic.*

Revocatur etiam mandatum tacitè ex ſola fortunæ procuratoris mutatione ac calamitate. *l.* 38. *in*

Digitized by Google

in pr. ubi Bart. l. 82. ubi Bart. n. 1. De ſolut. Bald. in l. mandatum. n. 19. C. mand. Siquidem mandatum ſit diffuſum, & procuratori ſit permiſſa alienandi facultas, &c. Alias non. *Bachov. in not. ad Weſemb. hic.*

Solvitur & mandatum morte; domini, re integrâ; nec obligatus eſt heredibus procurator: *l. 15. ff. hic. l. 26. l. 34. §. fin. ff. mand.* procuratoris, etiam re non integra. *l. 57. de jud. l. 27. §. qui mand. ff. mand.*

Nec enim ad heredes tranſit; quod electa videatur perſonæ induſtria. *l. un. §. ubi autem. C. de caduc toll.*

Adverſantur & conſtitutioni procuratoris exceptiones dilatoriæ, ante litem conteſtatam objiciendæ. *l. 13. ubi Dd. C. hic.*

Tales ſunt: ſi allegatur, falſum, aut dolo, vel errore, vel metu expreſſum mandatum eſſe: conſtituentem jus non habere: *l. neque. C. eod.* procuratorem cauſam non intelligere, nec commodè tractare poſſe: *l. 29. ff. eod. Spec. eod. §. ratione igitur ſui. n. 35.* nec procuratorem eſſe poſſe: cauſam, quæ agitur, procuratorem non admittere: aliud mandatum requirere: mandatum eſſe inſufficiens: non ritè, aut plenè, aut non authentice ſigillatum eſſe: *l. 22. ubi Bald. C. de Epiſc. & Cler.* aut non debita forma ad judicem vel adverſarium tranſmiſſum: *juxta l. 65. ff. hic. Spec. d. §. ratione a. forma.* aut revocatum, vel aliqua in parte mutatum eſſe mutilatumque. *l. 16. cum ſeq. ff. hic.* &c.

Defendere eſt, judicium Rei nomine ſuſcipere, & eandem vicem ſubire, quam reus ſubiturus eſſet. *l. 35. §. 3. l. 8. ff. hic.*

Quidam defendunt neceſſariò, quidam ſpontaneè. *l. 31. §. litem. de neg. geſt. l. tutori. C. eod.*

Neceſſariò, qui alieno nomine agunt. *l. 33. §. pen. & fin. ff. hic.* Ne alioqui melioris conditionis ſint qui per alios agunt, quam qui per ſe ipſos.

Vt enim principalis dominus agens, non haberet excuſationem reconventus, quin ſe defendere cogeretur: *l. 2. §. 5. verſ. ſed & ſi. De judic. l. 14. C. de ſentent.* ita nec procurator habet, qui loco domini eſt. *l. 39. §. 1. ff. hic.*

Spontè quilibet poteſt defendere, dummodò perſonam ſtandi legitimam in judicio habeat.

Publicè enim intereſt, cunctos, etiam ignorantes, defendi: *l.* 33. §. *publice. ff. hic.* ne ignari damnum faciant. *l.* 1. §. *fin. ff. quod cujuſque univ.*

Invitus qui defendere cogitur, is omnium actionum, quæ intentantur, nomine, ſe ad defenſionem offerre debet: *l.* 37. *l.* 35. *l.* 39. *ff. hic.* ſed non alio loco quam ubi agit. *d. l.* 35. §. 2. *l.* 54. *ff. eod.*

Qui ultrò ad defendendum acceſſit, non aliam ſubire cogitur diſputationem, quam quæ ab illo voluntariè fuit ſuſcepta. *l.* 46. §. 1. *ff. eod.* Sufficit enim ſi cui vel in paucis amici labore conſulatur. *l.* 20. *C. de negot. geſt.*

Nec ob id incommodo ullo actor afficitur. Dominus enim plurium rerum nomine plures planeque ſeparatas actiones exercet, non autem unam quæ ſit individua plurium rerum nomine; hoc enim caſu non poteſt ſcindi defenſio: *l.* 3. §. *pen. ff. judic. ſolvi.* Ponimus item in ſolidum defendi eam rem pro qua defenſor judicium accipere ſit paratus. Nam ſi vellet pro parte defendere, non audiretur, quia nec videtur boni viri arbitratu defenſa res, quæ non in ſolidum defenſa ſit. *l.* 17. *ff. rem rat. hab. l.* 3. §. *ult. ff. rer. amot. l.* 23. *ff. de damn. infect. l.* 139. *ff. de verb. oblig.*

Defendere defenſor boni viri arbitratu debet, *l. pen. ff. eod.* & ſatiſdare, *d. l.* 35. §. 3. *hic.* judicatum ſolvi. *ibid. Gl. & Dd.*

Rem ratam habiturum dominum, cavere debet, qui ſine mandato agit, ut conjuncta perſona, & qui non agens, citra mandatum ſe ad defenſionem offert. *l.* 40. §. 2. *ff. eod.*

Debet & defenſor judicium ex bona fide ſuſcipere, & omnia quæ dominus in judicio facturus erat, quæque diligentem procuratorem facere par eſt, obire. *d. l.* 35. §. 3. & §. *prætor. cum ll. ſeqq. ff. eod.*

Quod

Digitized by Google

Quod cujuſque univerſitatis nomine, vel contra eam agatur.

Tit. IV.

PRocuratores Vniverſitatum & Collegiorum, Syndici, Actores, & Ἔκδικοι appellantur.

Vniverſitas, dicitur hominum in civili ſocietate viventium communitas. *Ang. & Fab. in §. univerſitatis. Inſt. de rer. div.*

Collegia à ſimul legendo, quia plures in unum corpus colliguntur, dicta ſunt.

Nec enim unus conſtituit collegium, quamvis retineat; *l. 7. §. fin. ff. hic.* ſed plures, & non pauciores quam tres. *l. 85. ff. de V. S.*

Regulariter collegia in jure ſunt prohibita, *t. t. De colleg. illic.* ut & privata conventicula, *l. 15. C. de Epiſc. & Cler.* Exceptis iis quæ lex vel Princeps bono publico vel conſtituit, vel patitur & permittit.

Hæc formam quandam habent parvæ univerſitatis.

Nam ſicut univerſitas, ita & collegium perpetuò durat, quoad perſona ſupereſt: *l. 76. De jud. l. 7. §. 2. ff. hic.* & habent communia jura: ut privilegia, ſtatuta, & pecuniam, arcas communes, & Syndicos atque actores, perinde ac quælibet univerſitas. *ut in l. 1. ff. hic. in l. 1. De colleg. illic.*

Syndicus, eſt propriè procurator univerſitatis, qui communi mandato cauſas & lites univerſitatis in judicio perſequitur & adminiſtrat. *l. 1. ff. hic.*

Ἔκδικοι ſunt, qui cauſas reipublicæ tractant criminales, & exigunt multas ac pœnas univerſitati debitas. *Alciat. ad l. 12. C. de tranſact.*

Actor, eſt procurator ſpecialis, qui ad unam tantum cauſam, vel plures, impedito forte Syndico, conſtituitur. *Gl. in d. l. 1. ad verb. Syndicum. ff. hic.*

Sed in hac materia procuratorum publicorum ſæpe Actor pro Syndico, & è diverſo ponitur. *l. 1. §. 1. ff. hic. l. 74. De procur.*

Adminiſtrator univerſitatis propriè dicitur, qui præeſt ejus pecuniæ, aliaque negotia eò pertinentia tractat. *t. t. De adm. rer. ad civ. pert.*

Curator, qui alia negotia civitatis extrajudicialia perſequitur.

Subcurator, qui curatori ſubſtituitur. *l. 30. ff. de neg. geſt.*

Servus publicus dicitur, qui judiciis inſervit: ut ſunt ſcribæ publici, actuarii hodiè dicti. *l. fin. ubi Dd. ff. hic. l. non aliter. cum ll. ſeqq. De adept.*

A lege conſtituitur Syndicus, cum majorem natu, aut peritia potiorem, aut alium ex certo ordine certave familia hominum, *l. 3. ff. hic.* conſtitui jubet.

Eâ deficiente, ab univerſitate, aut tota, aut majore ejus parte, computatis etiam iis qui domo abſunt: *d. l. 3. l. quod major. ff. ad munic. l. 2. De decr. ab ord. fac.*

Omnes tamen citandi ſunt; *Bart. in l. nulli. 2. n. 8. ff. hic. per l. 2. C. de decur. lib.* 10. modo jus ſuffragiorum habeant. *Spec. de ſynd. n.* 3. 4.

Si aliqui emaneant, præſentes poſſunt actum perficere. *Bart. in l. 3. n. 3. De alb. ſcrib. per Auth. ſi omnes. C. ſi min. ab hered. ſe abſt.*

In parvis univerſitatibus, omnium nomina inſtrumento Syndicatus ſunt conſignanda: non in magnis: *Bart. in l. 1. in pr. de alb. ſcrib. Spec. de ſynd. circ. pr. per text. in l. fin. C. de legat. lib.* 10. niſi ad alienandum ſyndicus conſtituatur. *l. fin. C. de vend. rer. civ. lib.* 11. *c. fin. de proc.*

Conſtituitur & Syndicus ab Ordine Decurionum; *l. 3. l. 6. in pr. & §. ſi decuriones. ff. hic.* vel his quibus ea res ab ordine eſt commiſſa. *Bart. in l. 6. §. 1. ff. hic.*

Magiſtratus enim jus populi exercet. *l. 9. de ll. l. 2. §. 9. ff. de orig. jur.*

Eligi Syndicus debet ex corpore & ordine Decurionum, ſi quidem idoneus inde deſumi poteſt: *l. 4. ff. hic. Gl. & Bart. in l. in Eccl. C. de Epiſc. & Cler.* cæteroqui ex ipſa univerſitate. Præſumitur enim majore fide & ſtudio communitatis ſuæ cauſas acturus,

rus, quam quivis extraneus. *c. un. Ext. de Synd. d. l. 4. ff. hic.*

Qui, ſi ne in ipſa quidem univerſitate quiſquam idoneus reperiatur, in ſyndicum eligi poteſt. *Spec. in d. t. de ſynd. n.* 20. *per c. in pertractandis.* 3. *de juram. calum.*

Idonei eſſe putantur literati, & cauſſarum rerumque intelligentes ac periti. *Bald. & Panorm. in d. c. in pertractandis. in pr.*

Poteſt quis ſumi ex illorum ordine, quibus poteſtas eligendi data. *l. 4. ff. hic.*

Si tamen uni hæc electio commiſſa, ipſe ſe conſtituere & nominare non poteſt: *l. præſes. ff. de off. præſ. Accurſ. Bart. in d. l. 4.* Eò enim ſuſpectus eſt, quod ſeſe ſponte ingerit. *l. 25. in pr. ff. de procur.*

Conſtituuntur Syndici, aut unus, aut plures, plerumque duo aut tres.

Qui ſinguli in ſolidum videntur creati, licet id inſtrumento non ſit expreſſum. *Caſtr. & Alex. in l. 1. §. 1. ff. hic. Bald. in c. 1. §. privilegia. de pac. Conſt.*

Qui procuratores eſſe poſſunt, hi & Syndici: & qui prohibentur procuratores eſſe, nec Syndicatum exercere poſſunt.

Syndicatus, eſt publicum munus: ideò & nolentibus imponitur. *Spec. de Synd. in pr.*

Vniverſitatis cauſam nemo agere poteſt præter Syndicum: *l. 2. ff. hic.* defendi tamen univerſitas à quolibet, non (ut vult Weſembecius hic) cautionem de rato, (Eam enim non defenſor, ſed actoris procurator, præſtat,) ſed de judicatum ſolvendo, offerente, poteſt. *l. 1. §. fin. ff. eod.*

Syndicus dari poteſt ad omnia negotia, omneſque cauſas Reipublicæ: *l. fin. ff. hic. Bart. in l. 1. De alb. ſcrib.* civiles, criminales, *Diſtinct. Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœn.* ſed cum mandato ſpeciali: *vid. Bart. in l. 2. §. fin. De accuſ. Bald. in l. Polla. C. de his quib. ut ind.* etiam hodie, non olim, futuras: *l. 6. §. 1. verſ. ſed ſi. ff. hic.* & contra ſuperiorem. *Spec. d. tit. de Synd. n. 19. per c. cum Eccleſ. de electio.*

In conſtituendo Syndico, potiſſimum uſitata conſuetudo attendenda eſt. *l.6. in pr. ubi Gl. & Bald. ff. hic.*

Quæ ſi deeſt, forma juris ſervanda: nempe ut omnes qui conſtituere debent, convocentur in locum aliquem publicum, *l. 2. C. de decur. lib.* 10. *l. pen. C. de legat. lib.* 10. uno eodemque tempore, *d. l.* 2. *Bart. in l. nulli.* 3. *n.* 8. *ff. hic.* per ſignum uſitatum. *Spec. d. t. de Synd. n.* 16.

Nec poteſt hæc ſuffragatio dividi, aut per ratihabitionem abſentium ſuppleri: *l. fin. C. de præd. decur. lib.* 10. *Spec. d. loc. n.* 2. quamvis confirmatio ſuperioris, ex intervallo ſubſequi poſſit. *Spec. d. loc. n.* 17. & 18.

Electo Syndico, inſtrumentum ea ſuper re eſt conficiendum.

Quo conſignandum, non modò legitimè lectum eſſe Syndicum, ſed majorem quoque partem univerſitatis in electione adfuiſſe. *Spec. d. tit. n.* 10. *Bart. in l.* 1. *de alb. ſcrib.*

Nomina omnium conſtituentium exprimi, & auctoritatem ſuperioris adhiberi, non neceſſarium: ſed tutius, ſi fieri poteſt. *Specul. d. t. n.* 9. & 11. *per l.* 1. *de alb. ſcrib. Auth. præſides. C. de epiſc. aud. Bart. in d. l.* 1. *n.* 2. & 3.

Syndicus ad certum conſtitui tempus poteſt, quo elapſo, diutius cogi nequit. *Jaſ. in l. neque.* 11. *C. de procur. & Dd. in l.* 3. *De proc.*

Syndicus regulariter ad ſatiſdandum, cautionemque præſtandam, non urgetur: niſi cum de ſyndicatu & mandato probabiliter dubitari poteſt. *Gl. in l. item.* 6. *§. fin. ad verb. de rato. ff. hic.*

Non enim æquum eſt, Syndicum, velut perſonam publicam, aliquâ ſatiſdatione onerari: præſertim, cum univerſitas, cujus cauſas agit, ſemper præſumatur eſſe ſolvendo. *fac. l.* 1. *ff. ut legat. nom.*

Syndicus omnia agit, quæ univerſitas agere poteſt: etiam juramentum deferre ac præſtare nomine univerſitatis non prohibetur. *Gl. in d. l. item.* 6. *§. fin. ad verb. de rato.*

Cum

Digitized by Google

Cum intelligatur ſemper cum libera conſtitui poteſtate, etiamſi hoc non ſit expreſſum. *Jaſ. in l. praeſes. 12. n. 7. C. de tranſact. Alex. conſ. 22. n. 11. vol. 1.*

Tutius tamen ſpeciale mandatum dari, *vid. Bald. in l. Polla. C. de his quib. ut ind.* in his quæ illud requirunt.

Debet Syndicus non rem privatam aut ſingulorum, ſed tantummodo communem ſibi commiſſam accurare. *l. 2. ff. hic.* Quia non habetur quaſi ab omnibus & ſingulis ex univerſitate ſit datus; ſed tanquam ab uno corpore univerſitatis, collective ſcilicet, non diſtributive conſiderato. Non enim qui dicit univerſitatem, dicit ſingulos; nec contra qui ſingulos dicit, univerſitatem. *l. 7. §. 1. hic. l. 76. ff. de judic. l. 30. ff. de uſurp. & uſuc.*

Ei opponitur; Duas partes in conſtituendo non adfuiſſe: *Spec. d. tit. de Synd. n. 11.* Ipſum ineptum & inhabilem eſſe; *l. 1. §. 2. ff. hic.* vitium eſſe in forma Syndicatus.

Non vitiatur Syndicatus, ſi error tantum ſit in verbis, non reipſa. *Spec. d. tit. n. 11. Bart. in l. 1. §. quibus. n. 3. ff. hic.*

Verba enim inſtrumentorum potius improprianda ſunt, quam ut actus recte geſtus annihiletur. *l. 21. ubi Bart. & Dd. C. de locat. l. ſi uno. in pr. ff. eod.*

Opponendæ exceptiones Syndico ſunt, in modum dilatoriarum, ante litem conteſtatam. *ita Spec. d. tit. n. 11. & 12. per l. 13. C. de proc.*

Finitur Syndicatus iiſdem prope modis quibus mandatum procuratorium: puta morte Syndici, non conſtituentium: quia communitas ſemper perdurare intelligitur: *l. 7. §. fin. ff. hic. l. 56. De uſufr.* item revocatione; *l. 6. §. fin. ff. hic.* totius univerſitatis, vel majoris partis. *Bart. in d. l. item. §. quid ſi actor. per l. 50. De acq. hered. c. praeſentium. 2. de teſtib. in 6.*

Digitized by Google

In conſtituendo Syndico, potiſſimum uſitata conſuetudo attendenda eſt. *l. 6. in pr. ubi Gl. & Bald. ff. hic.*

Quæ ſi deeſt, forma juris ſervanda: nempe ut omnes qui conſtituere debent, convocentur in locum aliquem publicum, *l. 2. C. de decur. lib.* 10. *l. pen. C. de legat. lib.* 10. uno eodemque tempore, *d. l.* 2. *Bart. in l. nulli.* 3. *n.* 8. *ff. hic.* per ſignum uſitatum. *Spec. d. t. de Synd. n.* 16.

Nec poteſt hæc ſuffragatio dividi, aut per ratihabitionem abſentium ſuppleri: *l. fin. C. de præd. decur. lib.* 10. *Spec. d. loc. n.* 2. quamvis confirmatio ſuperioris, ex intervallo ſubſequi poſſit. *Spec. d. loc. n.* 17. *&* 18.

Electo Syndico, inſtrumentum ea ſuper re eſt conficiendum.

Quo conſignandum, non modò legitimè lectum eſſe Syndicum, ſed majorem quoque partem univerſitatis in electione adfuiſſe. *Spec. d. tit. n.* 10. *Bart. in l.* 1. *de alb. ſcrib.*

Nomina omnium conſtituentium exprimi, & auctoritatem ſuperioris adhiberi, non neceſſarium: ſed tutius, ſi fieri poteſt. *Specul. d. t. n.* 9. *&* 11. *per l.* 1. *de alb. ſcrib. Auth. præſides. C. de epiſc. aud. Bart. in d. l.* 1. *n.* 2. *&* 3.

Syndicus ad certum conſtitui tempus poteſt, quo elapſo, diutius cogi nequit. *Jaſ. in l. neque.* 11. *C. de procur. & Dd. in l.* 3. *De proc.*

Syndicus regulariter ad ſatiſdandum, cautionemque præſtandam, non urgetur: niſi cum de ſyndicatu & mandato probabiliter dubitari poteſt. *Gl. in l. item.* 6. *§. fin. ad verb. de rato. ff. hic.*

Non enim æquum eſt, Syndicum, velut perſonam publicam, aliquâ ſatiſdatione onerari: præſertim, cum univerſitas, cujus cauſas agit, ſemper præſumatur eſſe ſolvendo. *fac. l.* 1. *ff. ut legat. nom.*

Syndicus omnia agit, quæ univerſitas agere poteſt: etiam juramentum deferre ac præſtare nomine univerſitatis non prohibetur. *Gl. in d. l. item.* 6. *§. fin. ad verb. de rato.*

Cum

Digitized by Google

Cum intelligatur ſemper cum libera conſtitui poteſtate, etiamſi hoc non ſit expreſſum. *Jaſ. in l. præſes. 12. n. 7. C. de tranſact. Alex. conſ. 22. n. 11. vol. 1.*

Tutius tamen ſpeciale mandatum dari, *vid. Bald. in l. Polla. C. de his quib. ut ind.* in his quæ illud requirunt.

Debet Syndicus non rem privatam aut ſingulorum, ſed tantummodo communem ſibi commiſſam accurare. *l. 2. ff. hic.* Quia non habetur quaſi ab omnibus & ſingulis ex univerſitate ſit datus; ſed tanquam ab uno corpore univerſitatis, collective ſcilicet, non diſtributive conſiderato. Non enim qui dicit univerſitatem, dicit ſingulos; nec contra qui ſingulos dicit, univerſitatem. *l. 7. §. 1. hic. l. 76. ff. de judic. l. 30. ff. de uſurp. & uſuc.*

Ei opponitur; Duas partes in conſtituendo non adfuiſſe: *Spec. d. tit. de Synd. n. 11.* Ipſum ineptum & inhabilem eſſe; *l. 1. §. 2. ff. hic.* vitium eſſe in forma Syndicatus.

Non vitiatur Syndicatus, ſi error tantum ſit in verbis, non reipſa. *Spec. d. tit. n. 11. Bart. in l. 1. §. quibus. n. 3. ff. hic.*

Verba enim inſtrumentorum potius impropriandaſunt, quam ut actus rectè geſtus annihiletur. *l. 21. ubi Bart. & Dd. C. de locat. l. ſi uno. in pr. ff. eod.*

Opponendæ exceptiones Syndico ſunt, in modum dilatoriarum, ante litem conteſtatam. *ita Spec. d. tit. n. 11. & 12. per l. 13. C. de proc.*

Finitur Syndicatus iiſdem prope modis quibus mandatum procuratorium: puta morte Syndici, non conſtituentium: quia communitas ſemper perdurare intelligitur: *l. 7. §. fin. ff. hic. l. 56. De uſufr.* item revocatione; *l. 6. §. fin. ff. hic.* totius univerſitatis, vel majoris partis. *Bart. in d. l. item. §. quid ſi actor. per l. 50. De acq. hered. c. præſentium. 2. de teſtib. in 6.*

De Negotiis geſtis.

Tit. V.

Qui negotia alterius ſine mandato ſponte gerit, dicitur negotiorum geſtor.

De quo extat Edictum Prætoris, in hæc verba conceptum: *Si quis negotia alterius, ſive negotia, quæ cujuſque, cum is moreretur, fuerint, geſſerit: judicium eo nomine dabo.* l. 3. ff. hic.

Ex hoc Edicto non ſolum datur actio prætoria, *arg. l. 47. & l. 3. in pr. ubi Gl. ff. eod.* bonæ fidei, *l. 7. l. 38. ff. eod.* ex quaſi contractu; *l. 5. De O. & A.* ſed & compenſationis exceptio. *d. l. 3. §. 4. l. 8. §. 2. hic.* Nam cum ad hoc ſint comparatæ compenſationes, quod interſit noſtra non ſolvere potius, quam ſolutum repetere; *l. 3. ff. de compenſ. l. 15. ff. de fidejuſſ.* quidni poterit compenſari quod etiam actione negotiorum geſtorum peti poteſt? Si quidem longe facilius eſt ut retentionem quis habeat & exceptionem, qualis eſt compenſatio; quam actionem. *l. 156. §. 1. De R. I.*

Competit actio iis quorum negotium eſſe geſtum interfuit; *d. l. 46. ff. hic.* ſive principaliter, ſive in conſequentiam. *l. 6. l. 4. ff. hic.*

Dividitur in directam & utilem. *l. 47. §. 1. ff. eod.*

Directa negotiorum geſtorum actio eſt ea, quæ competit non ſolum ex verbis & mente certa Edicti, ſed etiam in eum quem ſibi geſtor obligare voluit: Vtilis verò non tam quæ inducitur per interpretationem voluntatis, quam quæ ex neceſſitate, & in ſubſidium alterius actionis ex ſola æquitate, & ob eam duntaxat cauſam, ne alioqui is verſetur in damno qui geſſit. *ut in ſpecie l. 19. §. ſi libero. l. 45. §. ult. l. 29. ff. hic. junct. l. 24. ff. de tut. & rat. diſtrah.*

Illa datur ex verbis Edicti: hæc ex interpretatione: ut ſi quis non ſponte, ſed neceſſitate, coactus, *vid. l. 29. ff. eod.* vel neceſſitatis ſuſpicione, geſſit: aut qui falsò exiſtimat ſe mandatum curamve ſuſcepiſſe,

cepiſſe, *l.* 17. *C. eod.* vel juſtam ſervitutem mandanti ſervire. *l.* 19. *ff. eod.*) aut ea geſſit, quæ poſt mortem rebus hereditariis acceſſerunt. *l.* 3. §. 6. *verſ. ſed ſi quid. ff. eod.*

Quæ effectu eadem eſt cum actione directa. *l. antep. ff. eod.*

Directa datur domino cujus negotium, licet alterius contemplatione, *l.* 5. §. 1. *hic.* geſtum eſt, ad quem præcipuè tota geſtio pertinet.

Quâ poſtulatur, ut actus ſui rationem geſtor reddat, *l.* 3. *ff. hic.* & eo nomine condemnetur in id, quod vel non geſſit, ſi gerere debuit, *l.* 21. §. 2. *ff. l.* 20. *C. hic.* vel non ut oportuit geſſit: puta dolo, *l.* 6. §. 3. *ff. eod.* aut culpâ, quamvis levi: *d. l.* 6. §. *fin. cum ll. ſeqq. l.* 20. *C. eod.* Non leviſſima; *l.* 11. *ff. l.* 20. *l.* 22. *C. eod. vid. Arum. exercit.* 15. *theſ.* 1.

De caſu & inopinato eventu non tenetur, ſed ſufficit utiliter inchoaſſe; *l.* 10. §. 1. *ff. eod.* niſi in culpa hæreat. *l.* 11. *ff. eod.*

In culpa hærere intelligitur, cum novum negotium geſſit, quod dominus facere non ſolebat. *l.* 10. §. 1. *verſ. ſed iſtam. ff. hic.*

Venit & in hanc actionem, ut geſtor reſtituat, quicquid ex geſtu, quocunque modo, acquiſitum, *l.* 8. §. 2. *hic.* unà cum uſuris, *l.* 19. §. 4. *l.* 31. §. 3. *l.* 37. §. 1. *ff. hic.* & fructibus. *d. l.* 8. §. 1.

Contrariam actionem dat Prætor geſtori: qui utiliter, *l.* 2. *ff. hic.* & non donandi animo, *l.* 44. *ff. l.* 1. *l.* 15. *C. hic.* geſſit: (quamvis conventus compenſationis exceptione uti poſſit: *l.* 3. §. 4. *l.* 8. §. 2. *ff. hic.*) quâ conſequetur quicquid neceſſariò & utiliter, *l.* 2. *l.* 45. *ff. eod.* non voluptatis cauſa; *l.* 29. *ff. eod.* impendit, vel amiſit, ratione geſtionis: item ut liberetur ab obligatione: ut indemnitas rerum adminiſtratarum, & quicquid abeſt, vel eo nomine abfuturum eſt, præſtetur. *d. l.* 2. *in fin. l.* 19. §. *pen. cum ll. ſeqq. l.* 23. *l.* 31. §. 4. *l.* 45. *ff. eod.*

De iis hoc accipe, quæ ſine culpa, *l.* 22. *ff. hic.* utiliter accurantur, quamvis eventus non reſpondeat. *l.* 10. §. 1. *cum ſeqq. ff. eod.*

Eſt enim (ut dictum) bonæ fidei hæc actio. *l.* 7. *ff. eod.*

Digitized by Google

Vtilitas non ex opinione gerentis, ſed ex illius cujus negotia geſta ſunt, metiri debet. *d. l.* 10. §. 1. *verſ. ſed iſtam.*

Ceſſat hæc actio. Si quid poſt domini prohibitionem geſſerit; *l. ult. C. hic.* Si pietate ductus geſſerit, & ſumptus, animo nè repeteret, fecerit: *l.* 44. *l.* 34. *hic.* Si lucri ſui causâ negotium geſſerit. *l.* 5. §. *ſed ſi quis. eod.*

Habet tamen hic actionem contrariam in quantum dominus locupletior eſt factus: non ut ultrò eam exercere poſſit, ſi is non negat, (Nec enim hoc ei eſt permittendum; neque novum eſt, ut non poſſit ultrò agere is qui conventus agere poſſit; *l.* 10. *in princ. ff. hic.* licet contrariarum actionum omnium alia ſoleat eſſe natura. *l.* 17. §. 1. *ff. commod. l.* 1. *in fin. ff. de contr. & util. tut. act.*) ſed potius ut à me conventus poſſit viciſſim me reconvenire; ut ſe tueatur exceptionis quodammodo & compenſationis cujuſdam magis, quam actionis jure. *quod indicant in d. l.* 6. §. 3. *ff. hic. verba illa, ipſo tamen.*

De Calumniatoribus.

T I T. V I.

CAlumniari in Criminalibus, eſt falſa crimina intentare, *l.* 1. §. 1. *ff. ad SC. Turp.* in Civilibus, per mendacium & calumniam agere vel excipere, ad negocium alicui malitiosè faciendum. *t. t. C. de jurejur. propt. cal. Paul. lib.* 1. *ſent. c.* 5.

Calumniator ergò alibi appellatur, qui falſa crimina ſciens intendit. *l.* 1. §. 1. *ad SC. Turp.*

In hoc edicto is dicitur, qui pecuniam, ut alicui negotium faceret, vel non faceret, accepit. *Paul. d. c.* 5. *l.* 1. *& l. pen. ff. hic.*

Nam quocunque modo quis deceptus eſt: hoc eſt, non tranſigendo, ſed ſordidis concuſſionibus, pecuniam accepit, ut calumniosâ lite abſtineret, hoc edicto comprehenditur. *l.* 1. §. *pen. l.* 2. *l.* 3. *ff. eod.*

In hunc intra annum in quadruplum ejus pecuniæ quam accepiſſe dicetur, poſt annum in ſimplum,

plum, in factum actio competit, *d. l.* 1. *in pr.* Scilicet ſubſidiaria; quam Prætor inducit ex facto ipſo; Nulla enim Iure civili actio in hanc rem comparata eſt.

Et cum accepit; ſive negotium deinde fecit, ſive non fecit, tenetur. *l.* 3. §. 1. *ff. eod.*

Habet hoc judicium non tantum in pecuniariis cauſſis locum, ſed etiam in criminalibus. *d. l.* 1. §. 1.

Datur ei, propter quem datum eſt, ut calumnia ei fieret: *d. l.* 3. §. *illud.* illi qui dedit ne fieret, & cujus nomine datum. *l.* 7. *ff. eod.*

Heredi non competit; quia ſufficere ei debet, quod pecuniam à defuncto datam poteſt condictione ob turpem cauſam repetere. *l.* 4. *ff. eod.*

In heredem in id datur, quod ad eum pervenit. *l.* 5. *ff. eod.* Scelere enim alieno ditari non debet. *l.* 38. §. *de reg. jur.*

Ex conſtitutione Imperatoria is qui Iudici vel adverſario pecuniam dedit, cauſâ, ſi eam habet juſtam, cadit. *l.* 1. §. 3. *hic. l.* 1. *C. de pœn. jud. qui mal. jud.*

Sed diſtinctio hic eſt adhibenda; puta an bona fide & non per calumniam tranſigendi animo quis pecuniam dederit, an vero tranſactionis prætextus ſit quæſitus ad calumniam. Nec enim licitis tranſactionibus eſt interdictum, ſed ſordidis concuſſionibus. *l.* 1. §. 3. *hic.*

Tenentur & Calumniatores pœnâ talionis, *l. fin. ubi Gl. & t. t. C. hic.* lege Iuliâ repetundarum, *l.* 1. §. 1. *hic. l. lex Julia.* §. *ult. ff. ad l. Jul. rep.* judicio concuſſionis, *l.* 1. *&* 2. *ff. de concuſſ.* de falſis: *l.* 1. §. 1. *ff. ad l. Corn. de falſ.* atque variè pro modo & varietate delicti plectuntur. *l. ult. C. hic. l.* 1. §. *calumniatoribus. ff. ad SC. Turpil.*

Digitized by Google

DIGESTORUM LIBER IV.

De in integrum reſtitutionibus.

TIT. I.

SOlet interdum, qui in judicium vocatur, (olim à Prætore, *tot. hoc tit.* jure noviſſimo, à quolibet Magiſtratu ordinario, *l. fin. ubi & apud quem. Bart. in l. in cauſa.* 16. *§. nunc.* 5. *De minor.*) petere in integrum reſtitutionem: quod vel metu compulſum, vel dolo adverſarii, aut ætatis lapſu circumſcriptum, vel abſentiâ, vel ſtatus mutatione, vel juſto errore, aut alia de cauſa, quæ excuſationem mereatur, in captionem incidiſſe ſe dicat. *l. 7. ff. hic.*

Quæ cauſa, ſi adhibitâ cognitione juſta eſſe videbitur, *l. 3. ff. hic.* & res majoris ſit momenti, (nam propter minimam ſummam audiendus non eſt, qui contra jus civile petit in integrum reſtitui; ne majori rei vel ſummæ præjudicetur. *l. 4. ff. eod.*) æquum eſt Prætorem ita læſis, *l. 1. & 2. ff. eod.* etiam eorum hæredibus ſubvenire: *l. 6. ff. eod.* quamvis ex conventione, aut alio juris vinculo teneantur.

Reſtituit qui in integrum ſtatum reducit. *l. 75. De V. S. l. 2. §. 35. & ſeqq. ff. ne quid in loc. public.*

Reſtitutio, eſt redintegrandæ rei, puta perfectæ, id eſt, datæ; vel cauſſæ, puta rei promiſſæ: *l. 9. §. 3. quod met. cauſ.* actio. *Paul. in lib. 1. ſen. 7. in pr. qui eam conſiderat, quatenus petitur.* vel eſt, *ſec. Iſid. l. 5 Etym. c. 15. conſiderantem eam, quatenus à magiſtratu conceditur,* cauſæ vel rei reparatio.

Tribuitur vel extraordinariâ Prætoris cognitione, *ut ex titulo de minoribus. l. 24. §. ult. De minor.* vel datâ actione, *ut quod metus cauſa. l. 9. §. pen. l. 14. §. 1. & §. 4. ff. quod met. cauſ.*

Proponenda eſt intra tempora legitima, *l. 6. ff. hic. l. fin. C. de temp. in int. reſt.* ut cauſa plenè cognitâ

gnitâ & probatâ, *vid. Mynſ. obſ.* 48. & 49. 52. *cent.* 1. citatiſque partibus, *l.* 3. *i. fin. ff. hic.* fiat.

Poſtulari eo in loco debet, ubi reus domicilium habet. *l.* 2. *l.* 16. *C. ubi & apud quem.*

A Iudice qui vel propriam, vel mandatam habeat juriſdictionem. *l.* 3. *C. eod.*

Is eam plus quam ſemel decernere non debet. *Paul. d. lib.* 1. *ſent.* 7.

Quod metus cauſa geſtum erit.

T I T. II.

AIT Prætor: *Quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo. l.* 1. *hic.*

Quo extraordinario Prætoris auxilio opus fuit, quia de jure civili contractus vi metuve factus, (cum eo jure etiam vi metuve coactus, conſentiat. *l.* 21. §. *pen. ff. hic.* Nam coactus velle & nolle retinet, ac ejus quod geritur principium in illius poteſtate eſt conſtitutum. *Loriot. ad l.* 3. *ff. de reg. jur.*) tanquam conſenſu initus, valebat, nec de eo quicquam antiquis legibus cautum erat.

In ſpiritualibus vi metuve geſta pro nullis habentur. *Auth. ſacramenta puberum, ubi Jaſ. n.* 5. & 43. *C. ſi adver. ven. Hippol. ſing.* 347. *Guid. Papa. ſing.* 969.

Vis, eſt majoris rei impetus, qui repelli non poteſt. *l.* 2. *hic.*

Qui eam infert, & metum facit: *l.* 1. *in fin. hic.* Vis enim corpori intentata ſemper metum animo incutit. *l.* 7. *l.* 8. *hic.* Ideò vim clauſula metus continet. *l.* 3. *ff. eod.*

Vim accipimus, quæ adverſus bonos mores fit; non eam quam magiſtratus, jure licito, infert. *d. l.* 3. *l.* 29. §. *pen. ff. ad l. Aquil.* Quia ea injuriam non habet. *l.* 13. §. 1. *de injur.*

Metum, in hoc Edicto, tantum juſtum, id eſt, non uni hominis, *l.* 6. *hic. l.* 13. *in pr. ff. de re jud.* ſed majoris mali, *l.* 5. *hic.* intelligimus, præſentem, *l.* 9. *ff. hic.* & qui in hominem conſtantiſſimum, à formidine objectorum, cadit; *l.* 5. 6. *ff. eod.* ut vitæ,

l. 7.

Digitized by Google

l. 7. 8. 9. ff. l. 9. C. eod. cruciatus corporis, *l. 4. C. eod.* & ſtatus, *l. 4. l. 8. ff. hic.* ſervitutis, *d. l. 8.* fortunarum, *Bart. in l. pen. n. 5. De cond. ob turp. cauſ.* pudoris & infamiæ realis, *d. l. 8. §. 2.* vinculorum, & carceris, *l. 7. l. 8. hic.* illiciti & privati; non publici; *l. 3. l. 22. ff. hic. l. 10. C. eod.* niſi indignè incarceretur. *Bart. in l. qui neque. §. ſolutum. de V. S. Hipp. ſing.* 177.

Non intereſt, in ſe quis hæc vereatur, an in conjuge, & liberis. *d. l. 8. in fin.*

Si tamen conſtaret, metu levi & vano factum quid eſſe, crediderim reſtitutioni, ſaltem ex officio judicis, locum fore. *Bart. & Bald. in fin. Caſt. & Dd. in l. interpoſitas.* 14. *C. de tranſact.*

Metus enim ex perſonæ cujuſque qualitate, rerumque circumſtantiis æſtimandus. *Dec. in l. in omnibus.* 39. *n.* 3. *De R. I.*

Cum alii aliis ſint timidiores, & naturâ mulieres facilius commoveantur quam viri: eóque & ex leviore metu reſtituantur. *c. cum locum ubi Gl. de ſponſal. Jaſ. & Dd. in d. l. interpoſitas. Roman. ſing.* 226.

Metus tamen reverentialis in hoc Edictum non venit: *l. 8. l. fin. l. 6. C. hic.* Niſi accedat alia impreſſio & violentia. *l. pen. l. fin. C. eod.*

Solius potentiæ, dignitatiſque timor, non ſufficerit; *d. l. 6.* nec minarum; *l. 9. C. eod.* niſi ſint ab eo qui exequi ſolet, jactatæ. *l. 7. l. pen. C. hic. Gl. & Dd. in d. l. 9.*

Datur ex hoc Edicto, metum paſſo, actio & exceptio quod metus cauſa; ſive res perfecta ſit, ſive imperfecta. *l. 9. §. 3. ff. hic.*

Dat & Prætor volenti priſtinam actionem, quæ ante metum illatum competebat. *d. l. 9. §. 4.* Sed reſciſsâ antea per in integrum reſtitutionem traditione & alienatione. Et reſtitutâ actione agens, petit tantum quod ex ea olim competebat, antequam amitteret, non autem quadruplum. *Duar. hic. cap.* 1.

Vnâ tamen electâ, altera conſumitur. *d. l. 9. §. 6.*

Exigit

Exigit hæc actio damnum, *l.* 12. §. *ult. ff. hic.* nec datur ei cui nihil abeſt, *l.* 14. *in pr. ff. eod.*

Et, cum in rem, id eſt, adverſus rem geſtam, ſcripta ſit, non ſolum adverſus eum qui metum intulit, ſed etiam contra quemlibet, qui inde commodum ſenſit, datur: *l.* 9. §. *fin. cum ll. ſeqq. ff. eod.* etſi crimine careat. *d. l.* 14. §. 3.

Datur intra annum in quadruplum; poſt annum in ſimplum; ſed tum cauſâ cognitâ, hoc eſt, ſi alia actio non ſit. *d. l.* 14. §. 1. *&* 2.

In quadruplo ſimplum eſt; ita ut res reſtituatur, & pœna tripli ſit. *d. l.* 14. §. 10.

Cum (ut dictum) rei perſecutoria ſit hæc actio, *d. l.* 14. §. 2. *l.* 16. §. 2. *ff. eod.* & hæredibus cæteriſque ſucceſſoribus datur in quadruplum. *d. l.* 14. §. 2.

In heredes, & ſucceſſores cæteros, in id competit, quod ad eos pervenit. *l.* 16. §. 1. *l.* 19. *l.* 20. *ff. eod.* Interitum & caſum non præſtant; *l.* 18. *eod.* ſecundum Cujacium: Sed male. Non enim de herede, ſed de tertio poſſeſſore, *d. l.* 18. *hic.* eſt accipienda. Quia quoad heredem, ſufficit vel momento uno ad eum rem perveniſſe. *l.* 127. *ff. de reg. jur.* Heres enim perſonam repræſentat defuncti; qui in mora ſemper fuiſſe intelligitur. Quod in tertio poſſeſſore dici nequit.

Quadruplatur autem, quicquid reſtitui oportuit; *d. l.* 1. §. 1. §. 7. §. *ult.* ut fructus percepti, & qui percipi potuerunt, & omnium denique cauſa: *l.* 12. *ff. hic.* Id tamen, quod verè intereſt, & in quo quis certo damnum patitur.

Sed, cum actio arbitraria ſit, pœnam vitabit reus, qui metum intulit, ſi rem ante ſententiam reſtituat. *d. l.* 14. §. 1. *&* §. 4.

Si intra tempora judicati res perierit, tripli pœna ſufficit: *l.* 14. §. 11. *hic.* Secus ſi ante ſententiam. *d. l.* 14. §. 11. *verſ. Hac ſi poſt.* quia poſt ſententiam transfuſa eſt prior actio in actionem judicati. *l.* 16. §. 6. *De pignor.* In judicato autem faciendo, condemnatus non fecit moram. Liberatur ergò per interitum præſtatione rei, quæ quadruplo ineſt. Unde tripli pœna ſupereſt. *Goyean.* 1. *jur. lect.* 11.

De

Digitized by Google

De dolo malo.

Tit. III.

Ait Prætor: *Quæ dolo malo facta eſſe dicentur, ſi de his rebus alia actio non erit, & juſta cauſſa eſſe videbitur: judicium dabo. l. 1. in princ. hic.*

Quo Edicto Prætor illis, qui dolo malo adverſariorum circumventi, in fraudem & damnum inciderunt, dando actionem, *l. 1. pr. ff. hic.* ſubvenit: ne illis vel malitia ſua ſit lucroſa, *l. 2. De eo per quem fact. l. 5. ff. ſi quis caut. l. 134. De R. I.* vel iſtis ſimplicitas ſit damnoſa. *l. 4. in fin. l. 11. & paſſim. ff. de dol. mal. except.*

Dolus malus, *ſecund. Labeon. in l. 1. §. 2. hic.* eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum, adhibita.

Conſiſtit ergò in committendo. Quo à culpa lata diſcriminatur; quæ magis in negligentia, vel ignorantia conſiſtit. *l. ſi morn. ubi Gl. ff. ſol. mat. l. 226. l. 223. De V. S.*

Prætor hanc actionem ita demum pollicetur, ſi alia actio non ſit; *d. l. in pr.* id eſt, ſi res alio modo ei ad quem pertinet, ſalva eſſe non poteſt. *l. 7. in princ. hic. Duar. h. t. c. 1.*

Non enim ejuſmodi agendi genus, quo perpetua ignominiæ nota condemnato inuritur, *l. 1. in verb. dolo. De his qui not. inf.* temerè à Prætore debuit decerni: ſi alia ſit actio, qua quis poſſit experiri, vel exceptione ſit tutus. *d. l. 1. §. 4.*

Itaque non eſt huic Edicto locus in judiciis bonæ fidei. Quibus omnibus exceptio doli ineſt. *l. 84. §. 5. De legat. 1. l. 21. ff. ſolut. matr.*

Denique, quocunque tandem modo quis tutus ſit, denegabitur ei ex hoc Edicto in integrum reſtitutio: *d. l. 1. §. 4. cum mult. ſeqq. l. 2. 3. 7. §. 1. & 2. §. pen. l. 18. §. 1. & §. 2. ff. hic.* Niſi probabiliter, an alia actio competere poſſit, dubitetur: *d. l. 7. §. 3.* Aut niſi alia actio quæ concurrit æque famoſa ſit: & oriatur non ex contractu, ſed ex delicto;

l. 5.

l. 5. *hic.* ut ſtellionatus. *l.* 3. *de crim. ſtell. vid. Gl.* & *Dd. in l.* 19. *C. de tranſact.*

Hæc actio, cum ſit tam gravis, non ſine juſta cauſa, *d. l.* 1. *in pr.* nec paſſim eſt indulgenda. *l.* 9. §. *fin. ff. hic.*

Quare, ſi modica ſit ſumma, hoc eſt, ad duos uſque aureos, non hæc, *d. l.* 9. §. *fin.* & *l. ſeq.* ſed ſubſidiaria in factum potius actio, *Gl.* & *Dd. cum d.* §. *fin.* danda.

Nec etiam liberis vel libertis, adverſus parentes patronoſve: nec humili, ut plebeio, adverſus conſularem: prodigo, aut vili, adverſus hominem vitæ emendatioris, (cum parcendum ſit talium hominum exiſtimationi,) danda; niſi temperata bonæ fidei clauſulâ. *l.* 11. §. 1. *ff. h. t.* Id eſt, ut detur in id omne quod ex bona fide præſtari oporteat. Effectu enim ipſo his verbis dolus ſatis indicatur & vindicatur; cui nihil tam contrarium quam bona fides. *l.* 5. *C. de reſcind. vend.*

Prætor in hoc, ut & ſuperiori Edicto, judicium dat, non modò tribuendo exceptionem, *l. fin. hic.* ſed & actionem.

Hæc actio, (utpote triſtis & famoſa) ne nimium evagetur, non in rem, ut ſuperior quod metus cauſa, ſed in perſonam quæ dolum fecit, ſcripta eſt. Quæ propterea deſignari debet; *l.* 15. §. *fin. ff. eod.* ut & id quod dolo factum. *l.* 16. *eod.*

Et, cum ab eo, qui dolum commiſit, receſſeris, in alios non competit; niſi quatenus ad eos pervenit. *d. l.* 15. §. *pen. l.* 17. §. *fin. ff. eod.*

Si plurium dolo quid factum, omnes quidem ex ſuo crimine obligantur: ſed uno rem, vel quanti ea res fuit reſtituente, omnes liberantur. *d. l.* 17. Quia actio de dolo non ad aliud datur, quam ut actori res ſua reſtituatur; id eſt, quod ei per adverſarii dolum abeſt, *l.* 18. *hic.* Atqui poſt reſtitutionem ab uno factam nihil jam actori abeſt; nec poteſt ei magis reſtitui quod jam ſemel fuit reſtitutum. Ergo eum qui reſtituit non tantum, ſed & alios liberari oportet.

Eſt & hæc actio arbitraria, utpote in qua reſtitutió

tutio fieri arbitrio judicis jubetur: quæ ni fiat, ſequitur condemnatio Quanti ea res eſt: Cujus æſtimatio jurejurando in litem actoris committitur. *vid. tit. ff. & C. de in lit. jur. l. 18. ff. hic.*

Si manifeſtum, rem reſtitui non poſſe, protinus reus condemnari debet in id quod intereſt actoris. *l. 18. §. 1. ff. hic.*

Nec hic ad quadruplum creſcit in contumacem condemnatio. Quia decepto volenti, non invito aufertur.

Ideò viſum fuit ſufficere, ſi refuſis actori damnis, reus, in vindictam doli, exiſtimationis jacturâ plectatur, *l. 1. §. 4. ff. hic.* non contractus hoc prætextu reſcindi.

Hæc actio olim intra annum utilem, hodie intra biennium continuum, cedens à die doli admiſſi, etſi deceptus abfuerit, vel ignoraverit, competit: *l. fin. C. hic.* & ne quidem litis conteſtatione perpetuatur. *Gl. & Dd. in d. l. fin.* Quia eſt famoſa & odioſa, & contra jus Civile datur. *l. 35. ff. de oblig. & action.*

In factum actio, quæ datur in quantum factus reus eſt locupletior, perpetua eſt: *l. 28. in fin. ff. eod.* Cum, quia ceſſat acerbitas ignominiæ, *l. 29. ff. eod.* tum, quod hæc ſit merè rei perſecutoria. *l. 34. De action. tit. Inſt. de perp. & temp. action.*

Quâ ratione etiam doli exceptio eſt perpetua. *l. 5. §. ult. De dol. mal. exc.*

Hæredibus datur hæc actio, quia rei perſecutoria eſt. In heredes autem cæteroſque ſucceſſores perpetuò, eatenus, quatenus ad eos pervenit, *l. 17. §. 1. l. 26. cum ll. ſeqq. ff. hic.* vel dolo eorum factum quo minus perveniret. *d. l. 17. §. 1. d. l. 26. cum ll. ſeqq.*

Quod enim ultra eſt, pœna eſt in perſona heredum. Quo pœnali genere actionis, hæredes conveniri non ſolent. *l. 1. De priv. del. l. un. C. ex del. def.*

De

Digitized by Google

De minoribus viginti quinque annis.

TIT. IV.

PRætor ſciens fragile & infirmum eſſe minorum judicium, & multis captionibus obnoxium, hoc titulo eorum tutelam, naturalem æquitatem ſecutus, ſuſcepit.

Et ſic edixit: *Quod cum minore quam viginti quinque annis natu geſtum eſſe dicetur: uti quaque res erit animadvertam. l. 1. ff. hic.* Id eſt, prout quæque res geſta poſtulat & mereri videbitur, animadvertam; id eſt, emendabo, corrigam in melius, adeoque in integrum reſtituam. Vt ita illis verbis reſtitutio ipſa pariter & ejus cauſa exprimatur. *Donel. 21. comment. 6.*

Minorem dicimus etiam die natalis ſui, ante horam, qua natus eſt, computatione temporis à momento in momentum, id eſt, ab hora in horam, factâ. *l. 3. §. 3. ff. eod.*

Geſtum ſic accipimus, qualitercunque geſtum ſit, id eſt, ſive contractum ſit, ſive quid aliud contigit. *l. 7. hic.* Putà quod minor ipſe geſſit: alias non. *vide l. 11. §. 2. 5. hic.*

In delictis ſanè nulla reſtitutio eſt, *l. 37. l. 9. §. 2. & ſeq. ff. eod.* quanquam pœna miſeratione ætatis in his arbitrio judicantis, *l. 11. ff. de pœnis.* mitigari ſoleat. *l. 108. de R. I. d. l. 37.*

Delicta hic intellige non quæ re ipſa per ignorantiam contrahuntur; in iis enim conceditur reſtitutio; *l. 1. C. Si adv. delict. l. 2. C. eod. l. 38. §. ſtuprum. ff. ad leg. Jul. de adult.* Sed quæ ex animo veniunt; ut furta, adulteria; & quæ dolo malo contra leges & in contractibus admittuntur. *l. 9. §. 2. l. 37. ff. hic. d. l. 1.* Etenim malorum mores animi infirmitas non excuſat, *d. l. 1.* & contra leges committens indignus eſt earum beneficio. *d. l. 37. in fin.*

Nequaquam etiam audiendus, ſi poſt repudiatam hereditatem, ad partam laboribus ſubſtituti pecuniam, velit minor admitti, *l. 24. §. 2. ff. hic.* Niſi forte durante minore ætate res hereditariæ, non à ſub-

Digitized by Google

ſubſtituto, aut, quod idem eſt, agnato proximo; ſed à creditore ſint venditæ: *l. ult. C. de re jud. vel abſtin. hered.* aut ſi ipſe, ſe majorem ſimulando, fallaciam alii ſtruxerit. *l. 3. C. ſi min. ſe major. dix.*

Ceſſat & reſtitutio, cum minor mandato alterius geſſit, *l. 23. hic.* & cum actus ipſo jure non valet; quamvis & cum aliis actionibus hoc reſtitutionis remedium non concurrat: *l. 16. §. 1. eod.* & cum major factus probavit, quod in minori ætate geſſit. *l. 3. §. 1. ff. eod. & t. t. C. ſi major. fact.*

Petenda erat olim hæc reſtitutio intra annum utilem: hodie, & petenda, & lis cœpta terminanda eſt intra quadriennium continuum. *l. ult. C. de temp. in int. reſt.*

Quod currit poſt viceſimum quintum annum completum, niſi per adverſarium ſteterit, quominus res finem acciperet. *l. 39. ff. hic.*

Nihil autem refert, minores ſint patres-familias, filii-familias, mares an fœminæ, dummodò eorum interſit reſtitui. *l. 3. §. 4. & §. 7. ff. hic.*

Ideò eo tantum, in quibus manifeſta eſt circumſcriptio, irrita fient: *vid. d. l. 7. l. 6. l. 34. §. 1. l. 44. ff. eod.* affectionis etiam habita ratione. *l. 35. ff. eod.*

Sed non aliter in his, minoribus ſubvenitur, quam ſi, cauſſa cognita, & rem alicujus eſſe momenti, *l. 4. De in int. reſt.* & in eo ſe ætatis lubrico lapſos, probarint. *l. 11. §. 3. hic.*

Cum non mali eventus, ſed inconſulta facilitas pariat reſtitutionem, *d. l. 11. §. 2.* & læſio hærens in ipſo contractus principio. *d. l. 11. §. 5. ff. l. pen. C. eod.*

An verò ſoli minori ſit ſuccurrendum, an etiam iis qui pro eo ſunt obligati, an potius creditoribus, *l. 13. ff. hic.* denique quis, contra quem (nam neque adverſus parem) hoc eſt, ætate minorem, *d. l. 11. §. pen.* (Si quidem læſi ſint ambo: Nam tum privilegiatus contra privilegiatum non poteſt uti privilegio ſuo, Sin unus læſus ſit ei ſuccurretur.) item libertatem, *l. 9. §. 6. ff. eod.* (Niſi minor à Principe hoc ex magna cauſa conſecutus fuerit. *l. 10. hic.*) nec

ſemper

Digitized by Google

ſemper contra bonæ fidei poſſeſſorem, reſtitutio dari ſolet. *l.* 14. *ff. eod.*) ex qua geſtione, propter quam cauſam, & quatenus, *d. l.* 9. *l.* 23. *ff. eod.* reſtituendus ſit, diligenter ex circumſtantiis rerum eſt perpendendum. *d. l.* 13. §. 1.

Cauſæ autem cognitio præſentibus adverſariis; aut legitimè evocatis, facienda. *d. l.* 13. *in pr. verſ. cauſa.*

Ex qua Prætoris, *l.* 24. §. 1. §. *ult. ff. hic.* aut minoris magiſtratus, *l.* 11. *eod.* in provinciis Præſidis, *l.* 42. *hic.* cognitione, totum hoc judicium pendet: Cum ex Edicto nulla propriè actio vel cautio proficiſcatur.

Reſtitutione in integrum decretâ, unuſquiſque jus ſuum integrum recipit, ſumptuſque in rem facti reſtituuntur: *l.* 24. §. *pen. l.* 27. *in fin. ff. hic.* unà cum fructibus, uſuris, & omni cauſa, tam minori, *d. l.* 24. §. *pen. l.* 27. §. 1. quam ei, qui cum hoc contraxit. *l.* 40. *fin. ff. eod.*

Nam & illi qui cum eis contraxerunt, in eam conditionem, quâ ante contractum fuerant, ſunt reponendi. *l.* 39. §. *fin. hic.*

Quod & in omnibus in integrum reſtitutionibus (exigente ita æquitate) obſervatur. *l.* 22. *ff. ex quib. cauſ. major. l. un. C. de reput. quæ fiunt.*

De capite minutis.

TIT. V.

QVia, ſi debitor, ſive per adoptionem, ſive emancipationem, capite minuatur, actio, quæ contra eum competebat, ſtricto jure extinguitur; cum ſtatu mutato, & perſona mutetur, utpote quæ ſine ſtatu ſuo ſtare & ſubſiſtere nequit, ideò Prætor eam hoc Edicto reſtituit.

Et ait: *Qui quæve, poſteaquam quid cum his actum, contractumve ſit, capite diminuti, diminuta eſſe dicentur, in eos eaſve, perinde quaſi id factum non ſit, judicium dabo. l.* 2. §. 1. *hic.*

Cum capitis diminutio ſit ſtatus permutatio; in pejus puta & deterius; *l.* 1. *hic.* & tria ſint ſtatus

capita, libertas, civitas, familia: triplex etiam eſt capitis deminutio: maxima, cum libertas, civitas & familia, amittuntur: media cum civitas & familia amittitur: & minima, cum tantum familia mutatur. *l. ult. hic. & Inſt. eod.*

Hoc autem Edictum ad minimam capitis diminutionem pertinet.

Nam ſive amiſſione libertatis, ſive civitatis, contingat capitis diminutio, locus Edicto eſſe nequit. Quia ſic minuti penitus non poſſunt conveniri. *l. 2. ff. eod.*

Vtilis tamen actio dabitur in eos, ad quos bona capite ſic minuti pervenerunt, ſive fiſcum, ſive dominum. *d. l. 2. 7. §. fin. ff. eod.*

Nec habet hoc Edictum locum in his, quæ poſt capitis diminutionem contracta ſunt. *d. l. 2. §. 2.* neque in delictis. *d. l. 2. §. 3.*

Et cum ſit rei perſecutorium, perpetuum quidem eſt, & in heredes, & heredibus datur; *d. l. 2. §. ult.* ſed non in ſolidum; ſed quatenus, ſive capite minuti, ſive eorum heredes, facere poſſunt. *l. 2. C. quod cum eo qui in alien. pot.*

Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integrum reſtituantur.

TIT. VI.

MAjoribus viginti quinque annis læſis & qui ab illis læſi ſunt, vel propter abſentiam neceſſariam, puta juſti metus, *l. 3. hic.* vinculorum, *l. 9. l. 10. hic.* Reipublicæ, *l. 4. hic.* alteriuſve juſtâ causâ & neceſſariâ, *l. 5. hic.* vel probabilem, Reipublicæ utilem, ut ſtudiorum, *l. 28. hic.* hoc Edicto per in integrum reſtitutionem ſuccurrit Prætor. *vid. l. 1. §. 1. cum ll. ſeqq. ff. eod.*

Modò à nemine domi fuerint defenſi: amicis eorum interrogatis an defendere vellent: aut nemine exiſtente qui interrogari poſſet. *l. 21. §. ult. l. 22. ff. eod.*

Conſtat hoc Edictum duabus partibus; quarum

rum prior ſpecialiter loquitur de abſentibus, & iis qui in vinculis, vel ſervitute, vel hoſtium poteſtate ſunt: Poſterior eſt generalis, & omnes alias cauſas edicto non expreſſas, complectitur. *d. l.* 1. §. 1.

Prior pars minus eſt in uſu; quia perſonis in ea expreſſis, extra ordinem jus, ex Senatuſconſultis, & principalibus conſtitutionibus, dici ſolet. *l.* 2. *ff. eod.*

Datur ex hoc Edicto reſtitutio intra annum utilem, hodie, ex Iuſtiniani conſtitutione, intra quadriennium continuum. *l. ult. C. de temp. in int. reſt.*

Et quidem, non ſi leges permittant; ſed ſi leges non expreſſe prohibeant, eam pollicetur Prætor. *l.* 28. §. 2. *ff. hic.*

Ex capite ignorantiæ non datur reſtitutio. *l. ult. C. de long. temp. præſcr.*

Officio tamen judicis illis ſuccurritur ad triginta annos. *l.* 3. *C. hic.* In contractibus puta bonæ fidei; *l.* 3. *C. hic.* Quia in illis judiciis ampliſſima judici poteſtas judicandi quid ex bono & æquo præſtari oporteat, data eſt. §. *in bonæ fidei. Inſt. de action.*

De alienatione judicii mutandi cauſa facta.

TIT. VII.

VLtima reſtitutionum ſpecies ad alienationem judicii mutandi cauſa factam pertinet.

Edicto Prætoris introducta, ne cujus deterior cauſſa ex facto alieno fiat. *l.* 1. *hic.* Ne ſcilicet in aliena poteſtate ſit, conditionem alterius non delinquentis facere deteriorem. *contra l.* 2. *ff. quod vi aut clam.*

Prætor ergo actionem in factum dat, *d. l.* 1. *l.* 3. §. 4. *l.* 8. *hic.* ſi quis, re vel poſſeſſione, dolo malo, quocunque modo, etiam donationis causâ, *l. pen. hic.* alienatâ, moleſtum, aut quocunque modo duriorem adverſarium, privatum (nam ſi publica po-

teſtate prædito mancipet, ipſo jure alienatio eſt nulla. *l.* 2. *C. ne lic. pot.*) pro ſe ſubjecerit. *l.* 1. 2. 3. *ff. hic.*

Competit ad id quod noſtra intereſt, *l.* 4. §. 5. *ff. eod.* alium adverſarium non habuiſſe. Quia hæc actio non eſt pœnalis, ſed rei perſecutionem arbitrio judicis continet. *l.* 4. §. 6. *hic.* Ergò neque alii competere poteſt, quam ei cujus intereſt, neque ad aliud quam ad id quod intereſt. Ea demum namque actio rei perſecutoria eſt, per quam perſequimur quod nobis ex matrimonio abeſt. *l.* 35. *ff. de obl. & act.* Nihil autem abeſt ei cujus nihil intereſt; cum appellatione ejus quod intereſt contineatur, & quod actori abeſt, & quod lucrari potuit. *l.* 13. *ff. rem rat. hab.*

Conſtare debet, dolo malo, inter vivos, *l.* 4. §. 2. *l.* 8. §. 1. *hic.* & cauſa mutandi judicii, alienationem eſſe factam. *Bart. l.* 4. §. *fin. hic. text. in d. l.* 4. §. 2. & §. 3.

Ad futura judicia hæc alienatio pertinet. Cum rei litigioſæ alienatio ſit invalida. *l.* 2. *l. fin. C. de litig.*

Datur & heredi: *d. l.* 4. §. *fin.* & in heredem, vel ſimilem, quatenus ad eum pervenit. *l.* 7. *l.* 4. §. 6. *hic.*

Non poſt annum continuum: *l.* 5. 6. 7. *hic.* quia licet pertineat ad rei perſecutionem, tamen ex parte debitoris ex delicto, cum ex dolo naſcatur, (quod delictum eſt, *l.* 16. *de dol. mal.*) dari videtur. *l.* 7. *hic.*

Cæterum non modò perſonalis actio ad id quod intereſt, ſed etiam reſtitutio in integrum, ex hoc Edicto data fuit. Idque vel jure actionis in factum, vel actionis utilis in rem, ſeu utilis rei vindicationis. *l. un. C. hic.*

Reſtituebatur enim actor ut hac actione prætoria uti poſſet: cum nullam adverſus eum qui non poſſidet, puta eum qui rem alienavit, jure Civili haberet actionem: ut & in actione de dolo obtinet. *l.* 18. *de dolo.*

De

Digitized by Google

De Receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant.

Tit. VIII.

SOlent litigatores ad judiciorum moras & ſumptus, cæteraque incommoda declinanda, privato alicui viro bono, *l.* 3. §. 1. *ff. hic.* uni aut pluribus, ſed numero potius impari quam pari, *l.* 17. §. 6. *l.* 27. §. 3. *hic.* controverſiam dijudicandam credere: *l.* 32. §. 16. *l.* 37. §. 44. *ff. eod.* in eumque ita compromittere, ut quicquid ſtatuerit, ratum atque firmum & pro judicato habeatur. *l.* 27. §. *ſtari. & fin. ff. eod.*

Quod ne eluſorium eſſet, Prætor ſe interpoſuit, & hoc modo edixit: *Qui arbitrium pecunia compromiſſa receperit, l.* 3. §. 2. *hic. ſententiam eum dicere cogam, & niſi arbitrio pareatur, qua de re rectè compromiſſum erit, pecuniam compromiſſam ſolvi jubebo.*

Recepiſſe arbitrium videtur, qui Iudicis partes ſuſcepit, finemque ſe ſuâ ſententiâ controverſiis impoſiturum pollicitus eſt; non qui hactenus tantum intervenit, ut experiretur, an conſilio, vel auctoritate ſua, litem diſcutere poſſet. *l.* 13. §. 2. *hic.*

Arbitrorum duo ſunt genera: Vnum ejuſmodi, ut, ſive æquum, ſive iniquum ſtatuat, parere debeamus: *l.* 27. §. 2. *hic.* aut pœnam ex ſtipulatione ſolvere: *l.* 2. *hic.* vel, eâ non adjectâ, intereſſe: *d. l.* 27. §. *ult.* Quod obſervatur, cum ex compromiſſo ad arbitrium itum eſt. Quo de genere hic agitur.

Alterum ejuſmodi, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat, etiamſi perſona certa ſit comprehenſa, cujus arbitratu fiat. *l.* 76. *ff. pro ſoc.* Ad quod hoc Edictum non pertinet.

Hujus Edicti duæ ſunt partes, quarum alterâ eum qui recepit arbitrium, ſententiam dicere; id eſt, ea mente aliquid pronunciare ut ſecundum id litigatores diſcedere à controverſia velit: *l.* 19. §. 1. *hic.*

Digitized by Google

hic. alterâ litigatores dictæ ſententiæ ſtare, ac morem gerere, metu pœnæ Prætor compellit.

Iure quippe veteri nullum erat arbitrii munimentum, nulla vis, niſi pecunia eſſet compromiſſa, danda ab eo qui arbitrio non pareret. *vid. l.* 27. §. *fin. hic.*

Non cogit Prætor arbitrum ſententiam dicere, ſi ex juſta cauſa excuſatur, *l.* 4. *l.* 9. §. 3. §. 10. §. 11. *l.* 32. §. 4. *ff. hic.* vel, ſi compromiſſum aut ſit nullum, vel ratione arbitri, *l.* 1. *l.* 41. *eod.* vel propter compromittentes, *l.* 32. §. *ſi ſervus. l.* 35. *eod.* vel rem, de qua compromiſſum, *d. l.* 32. §. 6. aut ſit incertum, an ex eo pœna ob adjectam conditionem exigi poſſit. *l.* 11. §. *fin. eod.* aut ſit finitum. *d. l.* 32. §. 3.

Finitur, vel die, *d. l.* 32. §. 3. intra quem arbiter definire ex compromiſſo debuit, exeunte; niſi is omnium voluntate prorogetur, *l.* 25. *l.* 27. *eod.* vel morte arbitri, aut utriuſve qui compromiſit, *d. l.* 27. §. 1. vel acceptilatione, *l.* 13. *in pr. eod.* judicio, *l.* 30. *eod.* pacto. *d. l.* 32. §. 5. *ff. eod.* &c.

Iuſtæ cauſſæ ob quas à ſententia dicenda arbiter excuſatur, ſunt: Si eum litigatores infamaverint: *l.* 3. §. 4. *hic.* Si ſpreta ejus auctoritate ad judicem, *d. l.* 9. §. *fin.* vel alios arbitros, *l.* 10. *eod.* iverint: ſi multò poſt ad eum revertantur. *l.* 17. §. 1. *eod.* (quod arbitrio judicis erit æſtimandum: aliàs cœpta arbitrandi poteſtas triennio finietur. *l.* 13. §. 1. *C. de judic.*) Si unus ex litigatoribus bonis cedat: *d. l.* 17. *in princ.* Si inimicitiæ capitales inter arbitrum & litigatores interceſſerint: Si ætas aut valetudo, quæ poſtea contingit, id munus ei remittat: aut alioqui incommoditas rei poſt arbitrium ſuſceptum incidat. *l.* 16. *hic.* &c.

Qualem ſententiam arbiter dicat, ad Prætorem non pertinet; dummodò dicat quod ſibi videtur, *l.* 19. *in pr. hic.* idque non tantum corpore, ſed & animo, *vid. l.* 27. §. 5. *l.* 47. *& ſeqq. hic l.* 209. *ff. de verb. ſignif.* præſentibus litigatoribus; *d. l.* 27. §. 4. nec ſit incerta, *l. quid tamen.* 21. §. 3. *hic.* & ſit de ea re, de qua compromiſſum, *l.* 32. §. 13. *&* §. *ult. l.* 46. *ff. hic.* & quatenus compromiſſum. *d. l.* 32. §. 15. *&* §. *fin.*

In

Digitized by Google

In ea, nec appellatio, *l. 1. ubi Bald. C. hic. Mar. par. 6. de app. n.* 270. nec reductio ad arbitrium boni viri, *Panor. & Dd. in c. Quintavallis.* 23. *de jurejur. Bart. in l. in ſocietatem. verſ. arbitrorum. ff. pro ſoc. Mar. d. loc. n.* 267. locum habet.

Non appellatio; quia nec judicari actio inde præſtari poteſt, & ob hoc invicem pœna promittitur, ut metu ejus à placitis non recedatur, *l. 1. C. hic.* quamvis etiam inique arbiter pronunciaverit. Imputet enim ſibi qui talem elegit. *l. 27. §. ſtari. hic.*

Hodie, contra quam olim, *l. 2. hic.* ex ſententia arbitri actio & exceptio datur, ſi partes eam vel conſenſu expreſſo, id eſt, ſubſcriptione: vel tacito, id eſt, decem dierum ſilentio, probaverint. *l. 5. C. hic.*

Nec poſt illud tempus reductio ad arbitrium boni viri peti poteſt. *l. pen. C. hic. ubi Bald. Mar. d. loc. n.* 213.

Si tamen enormis & evidens læſio in arbitrio extat, etiam poſt decem dies exceptio doli, contra illius iniquitatem, *l. 63. de V. O.* opponi poteſt, executionem impeditura. *l. 32. §. cum quidam. ff. hic. Panor. in c. 2. Ext. eod. Mar. d. loc. n.* 266.

Nautæ, caupones, ſtabularii, ut recepta reſtituant.

TIT. IX.

UT arbitri, *l. 3. §. 1. ſupra. de rec. arb.* ſic & nautæ, caupones, ſtabularii, de recepto tenentur, ne alioqui, cum ſit neceſſe fidem eorum ſequi, & res eorum cuſtodiæ committere; occaſio eis detur cum furibus adverſus illos quos recipiunt, coëundi. *l. 1. §. 1. hic.*

Ait igitur Prætor; *Nautæ, caupones, ſtabularii, quod cujuſque ſalvum fore receperint, niſi reſtituent, in eos judicium dabo. d. l. 1. in pr.*

Nautæ, caupones, ſtabularii dicuntur, qui navem, cauponam, ſtabulum exercent. *d. l. 1. §. 2. & §§. ſeqq.*

Digitized by Google

ſeqq. id eſt, ad quos quæſtus & reditus præcipui perveniunt. *l.* 1. §. 15. *De exerc. act.*

Receptæ res videntur, etſi non expreſsè cuſtodiæ eorum ſint aſſignatæ, ſed ſolum immiſſæ: *l.* 1. §. *fin. hic.* modò immiſſas eſſe ſciverint, aut ſcire potuerint. Ignorantes enim obligari certe durum eſſet.

Cuſtodiæ ergò nomine tenentur, *d. l.* 1. *in fin. d. l.* 5. *in pr. hic.* etiamſi dolo & culpâ careant; Niſi quid vi fatali aut majori contigerit; *d. l.* 3. §. 1. *hic.* aut prædixerint, ut quiſque vectorum aut hoſpitum res ſuas ſervet, neque ſe damnum velle præſtare, & vectores prædictioni conſenſerint. *l. fin. in pr. verſ. item ſi prædixerit. ff. eod.*

Tenentur non ſolum de ſuo facto, ſed & omnium qui in navi, caupona, ſtabulo ſunt, habitant, vel diverſantur. *l.* 1. §. *fin. l.* 2. *l.* 3. *in pr. &* §. 1. *ff. eod.*

Datur ex hoc Edicto, ne reſtitutio fiat, actio in factum Honoraria de Recepto; *d. l.* 3. §. *fin.* quæ cum rei perſecutionem contineat, perpetua eſt; & tam heredi, quam contra heredem competit. *d. l.* 3. §. *pen.*

Præter dictam actionem, & hæ perſonæ tenentur actione in factum in duplum, ſi vel ipſi, vel aliquis eorum, quorum operâ in exercendo utuntur, furtum fecerit, aut damnum dederit ei qui res ſuas credidit. *l.* 6. *&* 7. *hic. l. un. ff. furt. adv. naut. caup. ſtab.*

Datur ex quaſi maleficio. Culpa enim eſt, malis miniſtris uti. *l. ult.* §. 4. *hic.*

Factum vectorum, aut viatorum, non præſtant, *d. l.* 6. §. 3. ut nec ſervorum ſuorum, ut quorum nomine noxali duntaxat tenentur. *l. ult.* §. 4. *verſ. ſervorum. hic.*

Hæc actio perpetua eſt; ſed cum ſit pœnalis, non tranſit in heredem. *l. fin.* §. 6. *ff. hic.*

Competit etiam, ſi nautæ his qui in navi ſunt, prædixerint, ut res ſuas ſervent; niſi conſenſerint: *d. l. ult. in princ. verſ. item ſi.* etiam tacitè remanendo in navi. Nam & hoc caſu ſibi imputent, qui ma-

Digitized by Google

maluerunt hac lege in navi remanere. *Accurſ. Ant. Fab. ad d. l. ult. in princ.*

Plures ſi ſint nautæ, adverſus ſingulos non in ſolidum, ut exercitoria, *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *de exercit. action.* ſed pro parte datur. *l. ult.* §. *plures. hic.*

DIGEST. PARS II.

LIBER V.

De Iudiciis, & ubi quiſque agere vel conveniri debeat.

Tit. I.

HActenus de Iuriſprudentiæ judiciorumque principiis: jam ad judicia ipſa progrediamur.

Iudicium, eſt legitima controverſiæ apud judicem tractatio & dijudicatio. *arg. c. forus.* 10. *de V. S.*

Partes judicii præcipuæ ſunt, Litis conteſtatio & Sententia. *l.* 1. *C. de lit. cont. l.* 55. *De re jud.*

Reliqua, quæ in judiciis verſantur, aut præparatoria ſunt, ut *citatio; l.* 15. *ff. rem rat. hab.* aut media, ut *probationes*; aut conſequentia, ut *executio. vid. Auth. ad hac. C. hic.*

Dicitur hodie lis conteſtari, quando res agi diſceptarique cœpta eſt, per Actionem propoſitam, & reſponſionem rei ſubſecutam. *d. c.* 1. *ubi Socin. Ext. de lit. cont.* Puta talem, per quam actori contradicit. *l.* 2. *in princ. C. de jurejur. propt. calum. l.* 14. §. 1. *hic.* Nam ſine contradictione lis non eſt. *l.* 73. *ff. de procur. l.* 25. §. *ult. & l. ſeq. ff. ad l. Aquil.*

Iudicia ſunt aut Extraordinaria, ſive fiſcalia, in quibus formularum ſubtilitas non eſt neceſſaria, *l.* 47. §. 1. *de negot. geſt.* ut hodie, ſublatis veterum formulis, *l.* 1. *C. de formul.* ſunt omnia; §. *ult. Inſt. de interd. l.* 1. §. *pen. de calum.* aut Ordinaria, in quibus ſolennes formulæ obſervantur.

Digitized by Google

ſeqq. id eſt, ad quo
perveniunt. l. 1. §.
Receptæ res viden
eorum ſint aſſignat
§. fin. hic. modò i
potuerint. Ignora
eſſet.
Cuſtodiæ ergò r
d. l. 5. in pr. hic. e
quid vi fatali aut n
aut prædixerint,
res ſuas ſervet, ne
vectores prædicti
item ſi prædixerit.
Tenentur non
qui in navi, ca
diverſantur. l.
ff. eod.
Datur ex hoc
factum Honorar
cum rei perſecu
tam heredi, quan
§. pen.
Præter dictam
actione in factum
eorum, quorum
fecerit, au
it. l. 6.
ab.
r ex qu
ris uti.
tum ve
6. §. 5.
mine nox
vorum. h
Hæc act
ſit in

..tionibus, ſi paucas excipias. *l.* 12.

..icia circa cauſas & lites, omnes, ſive ..., ſive de exiſtimatione, aut de crimi-..atur, ſive de muneribus, & honori-.. *l.* 5. *De extraord. cogn.*

..n in ſua cauſa jus dicit, vel judicat. *..ſua cauſ.*

..a ſuorum, *l.* 10. *De juriſd.* jus dicit: ..ae nec judex in publica ac capitali, vel ..ſſe poteſt. Hæc enim juriſdictionis ſunt. *..ejus cui. l.* 4. 6. *De off. proc. l.* 32. §. 7.

..s cauſis judex quis ſuis eſſe poteſt, *l.* 77. ..n ſibi) quia cogitur, *l. pen.* §. 2. *De vac.* ..m publicum ſit officium. *l.* 78. *ff. hic.*

..ic formulis & impetrationibus judicio-.. *& 2. C. de form.* hic ordo ferè ſervatur. ..lato juridicè reo, offertur libellus, qui, ac-.. deliberandum induciis, velit contendere, ..poſtquam contendendum putavit, negando ..ndove intentionem actoris, exceptionibuſ-..poſitis, litem conteſtatur: exceptiones actor ..ione diluit, hanc reus duplicando, atque ..nceps, *l.* 1. §. 2. *cum ſeqq. de except. vid. ..replic.* donec omnibus allegationibus pro-.., & iis quæ in facto conſiſtunt probatis co-..que, causâ conclusâ, judicibuſque commiſsâ, ..n ſententiâ definiatur: quam judex exequen-..at, legitimo tempore; niſi fuerit appellatum. *..fferatur. C. de lit. cont. l.* 13. *C. hic. c. quo-..tra. de prob. l.* 15. *De re jud. l.* 2. *&* 3. *C. ..ei jud.*

..s, ad judicium peremptoriis edictis vocatus, ..ſui non faciat, judex in bonorum ejus, aut rei ..æ poſſeſſionem, actorem mittere conſuevit. .. 26. *ff. hic. c. Romana.* §. *contrahentes, in* 6.

..cia ideo conſtituta, ut ſint legitimum ..m unicuique præſidium, ne quis per ..m, ſed per judicem jus ſuum repetat.

Digitized by Google

ſeqq. id eſt, ad quos quæſtus & reditus præcipui perveniunt. *l.* 1. §. 15. *De exerc. act.*

Receptæ res videntur, etſi non expreſsè cuſtodiæ eorum ſint aſſignatæ, ſed ſolum immiſſæ: *l.* 1. §. *fin. hic.* modò immiſſas eſſe ſciverint, aut ſcire potuerint. Ignorantes enim obligari certe durum eſſet.

Cuſtodiæ ergò nomine tenentur, *d. l.* 1. *in fin. d. l.* 5. *in pr. hic.* etiamſi dolo & culpâ careant; Niſi quid vi fatali aut majori contigerit; *d. l.* 3. §. 1. *hic.* aut prædixerint, ut quiſque vectorum aut hoſpitum res ſuas ſervet, neque ſe damnum velle præſtare, & vectores prædictioni conſenſerint. *l. fin. in pr. verſ. item ſi prædixerit. ff. eod.*

Tenentur non ſolum de ſuo facto, ſed & omnium qui in navi, caupona, ſtabulo ſunt, habitant, vel diverſantur. *l.* 1. §. *fin. l.* 2. *l.* 3. *in pr.* & §. 1. *ff. eod.*

Datur ex hoc Edicto, ne reſtitutio fiat, actio in factum Honoraria de Recepto; *d. l.* 3. §. *fin.* quæ cum rei perſecutionem contineat, perpetua eſt; & tam heredi, quam contra heredem competit. *d. l.* 3. §. *pen.*

Præter dictam actionem, & hæ perſonæ tenentur actione in factum in duplum, ſi vel ipſi, vel aliquis eorum, quorum operâ in exercendo utuntur, furtum fecerit, aut damnum dederit ei qui res ſuas credidit. *l.* 6. & 7. *hic. l. un. ff. furt. adv. naut. caup. ſtab.*

Datur ex quaſi maleficio. Culpa enim eſt, malis miniſtris uti. *l. ult.* §. 4. *hic.*

Factum vectorum, aut viatorum, non præſtant, *d. l.* 6. §. 3. ut nec ſervorum ſuorum, ut quorum nomine noxali duntaxat tenentur. *l. ult.* §. 4. *verſ. ſervorum. hic.*

Hæc actio perpetua eſt; ſed cum ſit pœnalis, non tranſit in heredem. *l. fin.* §. 6. *ff. hic.*

Competit etiam, ſi nautæ his qui in navi ſunt, prædixerint, ut res ſuas ſervent; niſi conſenſerint: *d. l. ult. in princ. verſ. item ſi.* etiam tacitè remanendo in navi. Nam & hoc caſu ſibi imputent, qui ma-

Digitized by Google

maluerunt hac lege in navi remanere. *Accurſ. Ant. Fab. ad d. l. ult. in princ.*

Plures ſi ſint nautæ, adverſus ſingulos non in ſolidum, ut exercitoria, *l.* 1. *§. ult. l.* 2. *de exercit. action.* ſed pro parte datur. *l. ult. §. plures. hic.*

DIGEST. PARS II.

LIBER V.

De Iudiciis, & ubi quiſque agere vel conveniri debeat.

TIT. I.

HActenus de Iuriſprudentiæ judiciorumque principiis: jam ad judicia ipſa progrediamur.

Iudicium, eſt legitima controverſiæ apud judicem tractatio & dijudicatio. *arg. c. forus.* 10. *de V. S.*

Partes judicii præcipuæ ſunt, Litis conteſtatio & Sententia. *l.* 1. *C. de lit. cont. l.* 55. *De re jud.*

Reliqua, quæ in judiciis verſantur, aut præparatoria ſunt, ut *citatio; l.* 15. *ff. rem rat. hab.* aut media, ut *probationes*; aut conſequentia, ut *executio. vid. Auth. ad hac. C. hic.*

Dicitur hodie lis conteſtari, quando res agi diſceptarique cœpta eſt, per Actionem propoſitam, & reſponſionem rei ſubſecutam. *d. c.* 1. *ubi Socin. Ext. de lit. cont.* Puta talem, per quam actori contradicit. *l.* 2. *in princ. C. de jurejur. propt. calum. l.* 14. *§.* 1. *hic.* Nam ſine contradictione lis non eſt. *l.* 73. *ff. de procur. l.* 25. *§. ult. & l. ſeq. ff. ad l. Aquil.*

Iudicia ſunt aut Extraordinaria, ſive fiſcalia, in quibus formularum ſubtilitas non eſt neceſſaria, *l.* 47. *§.* 1. *de negot. geſt.* ut hodie, ſublatis veterum formulis, *l.* 1. *C. de formul.* ſunt omnia; *§. ult. Inſt. de interd. l.* 1. *§. pen. de calum.* aut Ordinaria, in quibus ſolennes formulæ obſervantur.

Digitized by Google

Hæc aut Civilia, aut Prætoria, aut Criminalia.

Civilia civili jure & legibus, ac officio mercenario. *l.* 55. *de re jud.*

Prætoria vivâ magiſtratus voce & auctoritate, ac nobili plurimum officio.

Criminalia pœnis & imperio expediuntur.

Criminalia rurſus aut ſunt Privata, quæ privatam: aut Publica, quæ publicam vindictam expetunt & perſequuntur.

Tractatur primo loco de civilibus: quæ ſunt aut Realia, aut Perſonalia, aut ex his Mixta. §. 1. *&* 2. §. 21. *Inſt. de action.*

Realia, aut Petitoria, aut Poſſeſſoria. *vid. Dd. in l.* 12. §. *nihil. De acq. poſſ.*

Petitoria, aut Vniverſalia; quibus univerſum corpus multorum diverſorum jurium petitur; *Bart. & Dd. in Rubr. ff. ſolut. matr. Gl. in l.* 1. *De edend.* aut Generalia; in quibus de uno quidem jure, ſed quod multas habeat ſpecies, *Spec. de act. ſeu pet.* §. *& ſequitur. Jaſ. in l.* 3. *C. de edend.* agitur: aut Particularia; quibus una tantum ſpecies vindicatur.

Conſtituunt judicium, Iudex, Actor, Reus, *d. c. forus. verb. in omni. de V. S.* & perſonæ his adminiculantes.

Iudicem dant, quibus hoc lege, vel conſtitutione, vel Senatusconſulto, conceditur. *l.* 12. *ff. hic.*

Dari judices omnes poſſunt, qui non prohibentur.

Prohibentur quidam Naturâ; ut ſurdus, mutus, furioſus, impubes: quidam Lege; ut Senatu motus: quidam Moribus; ut fœminæ & ſervi. *d. l.* 12. §. 2.

Actor, eſt is qui actionem proponit, & prior ad judicem provocat. *l.* 13. *l.* 29. *ff. hic.*

Agere omnes poſſunt; exceptis his, qui, aut legitimam perſonam ſtandi in judicio non habent: *tit. C. qui leg. perſ.* aut edicto de poſtulando excluduntur. *Sup. de poſtul.*

Rei poſſunt omnes fieri, tam civilibus; quàm crimi-

criminalibus actionibus, ſi paucas excipias. *l.* 12. *De accuſ.*

Verſantur judicia circa cauſas & lites, omnes, ſive de pecuniaria re, ſive de exiſtimatione, aut de crimine capitali quæratur, ſive de muneribus, & honoribus, agatur. *per l.* 5. *De extraord. cogn.*

Nemo tamen in ſua cauſa jus dicit, vel judicat. *t. t. ne quis in ſua cauſ.*

Nec in cauſa ſuorum, *l.* 10. *De juriſd.* jus dicit: *d. l.* 10. eoque nec judex in publica ac capitali, vel ſtatus cauſa, eſſe poteſt. Hæc enim juriſdictionis ſunt. *l.* 1. *De off. ejus cui. l.* 4. 6. *De off. proc. l.* 32. §. 7. *De rec. arb.*

In privatis cauſis judex quis ſuis eſſe poteſt, *l.* 77. *ff. hic.* (non ſibi) quia cogitur, *l. pen.* §. 2. *De vac. mun.* cum publicum ſit officium. *l.* 78. *ff. hic.*

Sublatis formulis & impetrationibus judiciorum, *l.* 1. *&* 2. *C. de form.* hic ordo ferè ſervatur.

Appellato juridicè reo, offertur libellus, qui, acceptis ad deliberandum induciis, velit contendere, nec ne, poſtquam contendendum putavit, negando affirmandove intentionem actoris, exceptionibuſque propoſitis, litem conteſtatur: exceptiones actor replicatione diluit, hanc reus duplicando, atque ita deinceps, *l.* 1. §. 2. *cum ſeqq. de except. vid. Inſt. de replic.* donec omnibus allegationibus propoſitis, & iis quæ in facto conſiſtunt probatis cognitiſque, cauſâ concluſâ, judicibuſque commiſsâ, tandem ſententiâ definiatur: quam judex exequendam curat, legitimo tempore; niſi fuerit appellatum. *Auth. offeratur. C. de lit. cont. l.* 13. *C. hic. c. quoniam contra. de prob. l.* 15. *De re jud. l.* 2. *&* 3. *C. de uſur. rei jud.*

Si reus, ad judicium peremptoriis edictis vocatus, copiam ſui non faciat, judex in bonorum ejus, aut rei litigioſæ poſſeſſionem, actorem mittere conſuevit. *l.* 19. §. 1. *l.* 26. *ff. hic. c. Romana.* §. *contrahentes, de for. comp. in* 6.

Sunt judicia ideo conſtituta, ut ſint legitimum & publicum unicuique præſidium, ne quis per ſemet ipſum, ſed per judicem jus ſuum repetat.

Digitized by Google

l. 17. *l.* 78. *hic. l.* 13. *Quod met. cauſ. l.* 13. *C. de Judæis.*

Redduntur in invitum, *l.* 83. §. 1. *de V. O.* perpetuant actiones, *l. un. C. ex del. def.* interrumpunt præſcriptionem, *l. fin. C. de præſcr.* 30 *an.* conſtituunt poſſeſſorem in mala fide, *l. nemo. C. de acq. poſſ.* quaſi ex contractu obligant, *l.* 3. §. 11. *De pecul.* nullius jus deterius, ſed firmius, *l.* 87. *l.* 86. *De R. I.* quatenus ſcilicet jus eſt, aliaque multa, efficiunt.

Finitur judicium ſententiâ, *l.* 55. *De re jud.* præſcriptione. *l.* 13. *C. hic. l. ult. C. de præſcr.* 30 *an.*

Remittitur judicandi neceſſitas, ob morbum ſonticum. *l.* 46. *ff. hic.*

Actor ſequitur forum rei. *l.* 2. *C. de jur. om. jud. l. fin. C. ubi in rem act.*

Reus juriſdictioni obnoxius fit, quatuor præcipuè ex cauſis, *c. fin. de for. comp.* domicilio, *l.* 2. §. 3. §. 6. *hic.* contractu, *l.* 19. §. 1. & 2. *eod.* delicto, *l.* 20. *l.* 45. *hic.* & re qua de agitur: (eo enim in territorio defendi debet, in quo res ſita eſt. *l.* 38. *hic. d. l. fin.*) ni ſponte ſe alienæ juriſdictioni ſubmittat. *l.* 1. 2. 51. 74. *ff. hic.*

Si pluribus locis forum ſortiatur, in electione eſt actoris, ubi velit agere. *d. l.* 19. §. *fin. l.* 3. *de eo quod cert. loc.* neque reus poterit declinare, niſi ſit legatus, aut aliam juſtam habeat recuſandi judicis cauſam. *l.* 2. §. *legatis. cum* §. *ſeq. l.* 5. 7. 8. 22. 24. 26. 27. 36. 49. *ff. hic.*

Exire tamen domo citatus, & in loco contractus, aliove competente, cauſam dicere non cogitur, niſi citatio eum ibi apprehenderit. *Dd. in d. l.* 19. *per illum text. ff. eod.*

In delictis ibi nocentes hodie puniuntur, & ſortiuntur forum, ubi reperiuntur, maximè vagabundi. *Vid. Gl. & Dd. in l.* 1. *C. ubi de crim. Bart. in l. ult. de furt. & l.* 10. *C. eod.*

Digitized by Google

De inofficioſo teſtamento.

TIT. II.

VIdeamus jam de judiciis Univerſalibus.

Ea ſunt, quæ ad petendam hereditatem, aut per Querelam inofficioſi teſtamenti, aut Petitionem hereditatis proponuntur.

Querela (Quæ moribus, non legibus introducta. *princ. Inſt. hic. l. 1. 2. 5. l. 24. ff. eod. Valer. Maxim. lib. 7. cap. 7. Hotom. ad d. princ.)* eſt, imploratio officii judicis, quâ quis accuſat ſcriptum aut nuncupativum teſtamentum: quia ſe illo, contra officium pietatis, & ſine juſta cauſa, exheredatum dicit, petitque illud, ut injuſtum, reſcindi. *l. 8. §. 12. & §. fin. ff. hic.*

Cum dico exheredatum, eo verbo & præteritionem maternam, cæterorumque cognatorum complector. *§. fin. Inſt. de Exher. lib.* non paternam; quæ ipſo jure teſtamentum annihilat. *eod. tit. Inſt.*

Adjici ſolet huic actioni, petitio hereditatis, hoc modo, ut quis, reſciſſo teſtamento, petat ſe heredem declarari, ſibique hereditatem adjudicari. *l. qui de. 20. ubi Gl. & Bart. ff. hic. Pac. Iſag. hic. Duar. hic. c. 1. 2. & 10.*

Datur querela contra cujuſcunque teſtamentum, etiam veterani, *l. 8. §. 3. hic.* non tamen militis; *l. 27. §. 2. ff. l. 9. l. 24. C. eod.* non filiifamilias de peculio quaſi caſtrenſi: *l. ult. C. eod.* niſi fuerit clericus. *Nov. 123. c. 19.*

Competit actio de inofficioſo omnibus utriuſque ſexus liberis, *l. 1. 5. 6. 8. l. 29. §. 1. l. 30. hic.* tam primi, quam ulterioris gradus; ſi primis ſublatis in eorum locum ſucceſſerint: *l. 1. l. 6. l. 15. l. 22. l. 7. C. eod.* & parentibus, *l. 14. l. 15. eod.* fratribus & ſororibus germanis, *l. 1. C. Theod. eod.* & conſanguineis, *l. 1. 3. 4. 5. l. 14. ff. l. 27. C. hic.* (ſi quidem turpes perſonæ ſint inſtitutæ. *§. ſoror. 2. Inſt. eod.* vel teſtatoris liberti, qui nec maximis erga patronum beneficiis hoc ſunt promeriti, nec ſint ſervi neceſſarii heredes in-

inſtituti: *l. 27. C. hic.*) non fratribus uterinis cæteriſque ulterius cognatus. *l. 1. ff. l. 21. C. eod.*

Ac ne illis ipſis quidem aliter datur querela, quam ſi ab inteſtato ſint ſucceſſuri. Nam alioqui fruſtra agent, atque adeò etiam obtinebunt, ſi cauſa inteſtati ad alios ſit perventura. *l. 6. §. pen. hic.*

Quodſi plures ab inteſtato venire poſſunt; victoria unius prodeſt omnibus. *l. 8. §. 8. hic.* Niſi pro ſua tantum parte egerit. *ut in l. 16. eod. Duar. hic. c. 17. Govean. 1. var. lect. 5.*

Si quis legitimam portionem ſit conſecutus, non admittetur: *d. l. 8. §. 6. §. 15.* tutoque teſtari quis poterit, quarta legitimis heredibus relicta. *l. 6. C. eod.* Quæ hodie tertia eſt. *Auth. noviſſima. C. eod.* Puta ſi quatuor aut pauciores relicti ſint liberi: ſin plures, ſemis. *Novel. 1. Novel. 18. cap. 1.*

Quod non tantum in legitima deſcendentium, ſed & adſcendentium obtinet. Cum Imperator, *in d. Novel. 18. c. 1. in fin.* dicat hoc obſervandum eſſe in omnibus perſonis, quibus olim quarta, ne de inofficioſo agerent, debebatur; puta ex propria perſona, aut jure proprio. Proinde cum fratribus querela, non ex propria perſona, ſed odio turpis perſonæ inſtituta competat, illud in eorum legitima non obtinebit.

Si minus relictum, quoquo titulo, *d. l. 8. §. 6. l. 30. l. 36. §. 1. ff. l. 30. C. eod.* ſit, ſalvo teſtamento, ad ſupplementum tantum agi poteſt. *d. l. 30. C. eodem.*

Hodiè, ſecundum communem Doctorum opinionem, ex Conſtitutione Iuſtiniani, Inſtitutionis titulo, filiis legitima relinquenda. *Novel. 115. c. aliud. 2.* Quæ tamen conſtitutio tantum jubet liberos & parentes heredes inſtitui, non illis legitimam inſtitutionis titulo relinqui. Proinde ut olim ita & hodie quovis titulo relinqui poteſt.

Nec querelam habet, qui quoquo modo agnovit ſibi à teſtatore relictum: *l. 10. in fin. l. 12. l. 22. hic.* aut aliter voluntatem ejus approbavit: *d. l. 8. §. 10. l. 23. §. pen. ff. hic.* aut querelæ renunciavit: *l. 17. l. 15. §. 1. hic.* aut per quinquennium, à tempore

aditæ

Digitized by Google

aditæ hereditatis, conticuit. *l.* 36. §. *fin.* *l.* 34. *in fin.* *C. eod.* *l.* 8. §. *ult. ubi Gl. fin. hic.*

Condictio tamen, quâ ad ſuplementum legitimæ agitur, quinquennio non præſcribitur, ſed perpetuò,* hoc eſt, 30 annis, ut reliquæ actiones perſonales, durat; *com. opin. Bald. Jaſ. & alior. cont. Bart. in l. ſi quis.* 34. *C. hic. Guid. Pap. dec.* 82. nec extinguitur, quamvis quis ſibi relictum acceptarit. *l.* 35. §. *fin. C. eod. vid. Mynſ. obſ.* 36. *cent.* 1. Eo enim petitioni ſupplementi renunciaſſe non videtur. Niſi expreſsè, ſive in apocha, ſive in tranſactione ſcripſerit vel pactus fuerit, quod contentus relicto, de eo quod deeſt, nullam habeat quæſtionem. *d. l.* 35. §. *pen. & ult.*

Noviſſimo jure vix eſt, ut in recta linea locus ſit accuſationi. Nam cum non modò liberi, ſed etiam parentes ſint heredes inſtituendi; niſi juſtis expreſſiſque de cauſis exheredentur, *Novel.* 115. *c. juſtum.* 4. *ubi Dd.* quas heres probare cogitur; *d. c. juſtum.* §. *ſi tales*; in omnem eventum, citra querelam, videtur iis proſpectum.

Nam ſi in legitima inſtituti; defunctus officio ſuo ſatisfecit: ſin in minore parte, agent ad ſupplementum: ſin exheredentur, aut id fit injuriâ, & teſtamento, quoad inſtitutionem attinet, evacuato, ab inteſtato ſuccedunt: aut jure factum eſt, & meritò omni aditu conſequendæ hereditatis, quâ ſe indignos reddiderunt, atque ita etiam querelâ inofficioſi, excluduntur. *l.* 132. *verſ. quid ergo. De V. O.*

Poteſt tamen & hodie querelæ eſſe locus; ſcilicet cum juſtitia cauſæ expreſſæ negatur, inque dubium vocatur. Vtique quo caſu nulla alia actio jure ſit prodita, nec vetus ſublata; & proinde etiam vigere intelligenda eſt. *ſec. reg. in l.* 27. *C. de teſtam.*

Tranſit querela in heredes, iiſque competit: liberis indiſtinctè, *l. ſi quis.* 34. *C. hic.* extraneis non niſi à defuncto præparata. *l.* 6. §. *fin. ff. hic.*

Præparata intelligitur per comminationem, (ſed, ut puto, teſtatò factam. *arg. l.* 24. *in fin. ff. de teſtam. milit.*) denunciationem, libelli dationem. *l.* 7. *in princ. ff. hic.*

De-

Digitized by Google

Datur contra heredes, *l.* 8. §. 10. *ff. eod.* ſcriptos vel nuncupatos, *l.* 31. *l. pen.* §. *illud. C. eod.* cujuſcunque ſint dignitatis & conditionis, *l.* 8. §. 2. *l. pen.* §. 1. *ff. eod.* (quantum ſcilicet ad querelam liberorum & parentum attinet: in fratrum enim diſtingui diximus, turpis an honeſta perſona ſit heres inſtituta.) & qui eorum locum obtinent; *l.* 10. *ff. l.* 1. *l.* 10. *C. eod.* ut heredem heredis, fiſcum, *l.* 10. *C. hic.* fidei-commiſſarium univerſalem: *l.* 1. *C. eod.* nonnunquam etiam in particularem legatarium, qui ſuſpectâ colluſione, ad defendendum teſtamentum venit. *l.* 29. *in pr. ff. eod.*

Niſi privilegio, quod relictum eſt, defendatur. *vid. l.* 8. §. 3. *ff. l. fin. C. eod.*

Querelæ, ſecundum Ius Vetus, modus eſt, ut dicat actor, doceatque, immerentem, atque indignè præteritum ſe, vel exheredatum. *l.* 3. *l.* 5. *ff. hic.* Niſi heres ſponte ſua ingratitudinem probare velit. *l.* 28. *in princ. C. eod.*

De jure novo (cum quilibet præſumatur gratus, niſi probetur ingratus.) heredi ſcripto, expreſſam ingratitudinis cauſam in exheredato, probare incumbit. *l.* 30. *C. eod.*

Probatâ cauſâ, declaratur teſtamentum inofficioſum: eoque reſciſſò, legata quoque & libertates inſcriptæ pereunt, *l.* 8. §. *pen. l.* 13. *l.* 28. *ff. hic.* (hodie tantum inſtitutio. *d. Nov.* 115. *Auth. ex cauſa. C. de lib. præt.*) & in ea cauſa res conſtituitur, atque ſi nullum teſtamentum ſcriptum eſſet: *l.* 21. *in fin. hic.* & victori hereditas ab inteſtato reſtituitur, ſi docuerit ſe ab inteſtato heredem. *l.* 6. §. *pen. l.* 15. *in fin. ff. eod.*

Sententiâ ſecundum querelam latâ, totum teſtamentum corruit, quaſi vitioſum & à demente factum: *l.* 13. *in fin. l.* 21. *l.* 28. *eod.* & victor ſolus hereditatem obtinet; nec concurrunt, qui alioqui ab inteſtato partem facerent, ſi agentem deſeruerint; *l.* 16. *l.* 17. *ff. hic.* Niſi ſint inſtituti, *l.* 19. *l.* 23. *ff. hic.* Nam hi adeundo & propugnando teſtamentum, jus ſuum nolle repudiare, ſatis oſtenderunt.

Pro parte tamen reſcinditur teſtamentum, ſi plures

res

res ſint heredes ſcripti, quorum alii hoc judicio obtineant, alii ſuccumbant; & ſic paterfamilias, pro parte ſit teſtatus, pro parte inteſtatus. *l.* 13. §. *ult. l.* 24. *ff. hic. l.* 13. *C. eod.*

De Hereditatis petitione.

Tit. III.

Hereditas, eſt ſucceſſio in univerſum jus quod defunctus habuit. *l.* 62. *De R. I. l.* 24. *De V. S.*

Petitur, aut ex Iure Civili, aut ex Iure Prætorio, aut ex Senatuſconſulto: & vel tota, vel pro parte.

Vniverſalis hereditatis petitio, eſt actio civilis, univerſalis, in rem, petitorii judicii, bonæ fidei: quâ quis petit heredem ſe declarari, hereditatemque jure ad ſe pertinentem, ab eo qui pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet, ſibi reſtitui.

Eſt civilis, quia Prætor eam quidem in Edicto, *l.* 1. *ff. ſi pars hered. pet.* ſed ex jure civili, quo hereditates petuntur, *l.* 1. *&* 2. *hic. l.* 130. *de V. S.* proponit.

Eſt univerſalis, *l.* 1. *De rei vind. Gl. in l.* 1. *de edend.* quia petitur eâ corpus bonorum, hoc eſt, univerſitas.

Et qui rem ſingularem petit ut hereditariam, univerſaliter agit: petit enim ſe declarari heredem, hoc eſt, univerſitatis dominum. *l.* 1. *ſi pars her. pet.*

Qui partem petit hereditatis, univerſitatem petit. Quod enim juris obtinet in toto, idem & in qualibet ejus parte. *l.* 76. *De rei vind.*

Eſt realis; *l.* 25. §. 18. *hic.* Quia datur contra poſſidentem, eâ ratione quod poſſidet: *l.* 13. §. *fin. cum ll. ſeqq. hic.* Et actor in hac actione non innititur alicui facto, vel obligationi adverſarii ſui, (ut fit in actione perſonali) ſed totum metitur ex jure ſuo. Tantum enim petit declarari ſibi jus eſſe, quo declarato, ſponte reſtitutio officio judicis ſequitur. *l.* 1. §. 1. *ff. ſi pars hered. pet.*

Dicitur & mixtam cauſam obtinere: *l.* 7. *C. eod.*

§. *qua-*

Digitized by Google

§. quadam. Inſt. de action. Quia habet præſtationes quaſdam perſonales. *d. l.* 25. §. 18.

Quandoquidem enim univerſalis eſt, in eamque veniunt omnia quæ ex bona fide, (unde bonæ fidei quoque exiſtimatur, *l. fin. C. eod.* §. *actionum in fin. Inſt. de action.*) præſtari æquum eſt: fit ut interdum dari etiam quippiam à poſſeſſore petatur. Puta pretia rerum diſtractarum, aut æs alienum à debitoribus exactum. *l.* 20. *cum ll. ſeqq. hic.*

Petere autem & dari, proprium eſt actionum perſonalium, in quibus aut dandum vel faciendum agitur, ſicut in realibus ad reſtituendum. §. 1. *Inſt. de action. l.* 25. *de O. & A.*

Proponitur hereditatis petitio tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, ab omnibus qui ſe heredes eſſe intendunt. Sed primò datur ſcriptis heredibus: *l.* 8. *hic. l.* 9. *C. eod. Bart. in l.* 7. *hic.* poſt, causâ teſtamenti evacuatâ, illis qui ab inteſtato veniunt. *d. l.* 8.

Non ante quam conſtat hereditatem eſſe: hoc eſt, eum, de cujus hereditate conſequenda lis eſt, eſſe defunctum. *Roff. in ſumma. de pet. hered. Weſenb. hic.*

Viventis enim nulla eſt hereditas. *l.* 1. *De hered. vel act. vend.*

Et tum datur heredi, quando heres factus eſt adeundo; *Roff. d. loc.* necdum autem poſſeſſionem eſt adeptus.

Vtrum ex teſtamento, an ab inteſtato ſit heres actor in libello, parte non opponente, licet non teneatur, *Bart. in l.* 3. *ff. hic. num.* 2. *Jaſ. ad* §. *actionum. num.* 191. *Inſt. de action.* ad evitandas tamen exceptiones dilatorias tutius eſt ut exprimat: *Bart. & Jaſ. d. loc.* Se heredem (quia hoc eſt intentionis ſuæ fundamentum. *l.* 10. §. 1. *hic.*) & res eſſe hereditarias, *Bart. & Dd. in l.* 7. *C. hic.* ut probet neceſſe eſt.

Proponi poteſt hæc actio, vel ubi domicilium poſſeſſor reus habet; *Bart. & Bald. in l. un. C. ubi de her. ag.* vel ubi major pars hereditatis ſita eſt: *Gl. Bart. & Dd. in d. l. un. Bald. in l.* 2. *quemad. teſt. ap.* electione actori conceſſa. *l. fin. C. de juriſd. l. fin. C. de long. temp. præſc.*

Cum

Digitized by Google

Cum adverſus eum, qui pro herede vel pro poſſeſſore, jus aut rem hereditariam, licet minimam, *l. 9. cum ll. ſeqq. l. 4. hic.* poſſidet: *d. l. 9. l. 7. C. eod.* ejuſque heredem; *l. 13. §. Neratius. hic. l. qui in jus. 177. ff. de R. I.* & utiliter, *l. 13. §. 14. hic.* adverſus eum, qui ſcit ſe non eſſe heredem, tamen contendit: *l 11. hic.* Nec enim intereſt, quis bona, an mala fide, poſſideat.

Cum oporteat poſſeſſorem eſſe, qui conveniatur; ideò qui reſtituit hereditatem, aut res alienavit, hac actione teneri nequit; niſi dolo & ſciens fecit, atque ita ob dolum pro poſſeſſore teneatur. *d. l. 13. §. fin. l. 16. cum ll. ſeqq. hic.*

Debitor hereditatis, ſive ſit in diem, ſive ſub conditione, *l. 16. hic.* ſive ex delicto, ſive ex contractu debeat, *l. 14. hic.* & pro poſſeſſore habetur, quia poſſeſſor juris eſt. *d. l. 13. §. fin. l. 14. cum ll. ſeqq. hic.* Videlicet ſi ideò nolit ſolvere quod ſe heredem contendat; aliud eſt ſi ſit vero heredi ſolvere paratus; ſed neget petitorem heredem eſſe; tum enim petitione hereditatis non tenetur. *l. ſi debitor. 24. hic.*

Nec qui alio titulo, quam qui ex hereditate fluat, poſſidet, ſive ſingulari, ſive univerſali, petitione hereditatis tenetur, ſed rei vindicatione conveniendus. *l. 7. C. hic. l. 4. C. in quib. cauſſ. ceſſ. long. temp. præſcr.*

Hinc poſſeſſor cogitur dicere, utrum pro herede, an pro poſſeſſore, & quo titulo poſſideat, *l. 11. C. hic.* licet hoc aliàs incivile ſit. *d. l. 11. l. 23. C. de probat.*

Veniunt in hereditatis petitionem, 1. Univerſæ res hereditariæ, ſive ſint corpora, ſive jura: *l. 18. §. ult. hic.* quæ in eadem cauſa durant. *l. 9. C. eod.* exceptis ſervitutibus. *l. 19. §. ult. eod.* 2. Corpora non hereditaria, quorum periculum ad heredem pertinet, ut res defuncto pignori datæ, vel commodatæ, vel depoſitæ. *d. l. 19. in pr.* 3. Quæ hereditatis cauſa comparata ſunt: ut mancipia, pecora, &c. *l. 20. in pr. eod.* 4. Non ſolum ea, quæ mortis tempore erant in hereditate, ſed etiam quæ poſtea acceſſerunt; ut partus, fructus, &c. Hereditas enim augmen-

§. quædam. Inſt. de action. Quia habet præſtationes quaſdam perſonales. *d. l.* 25. §. 18.

Quandoquidem enim univerſalis eſt, in eamque veniunt omnia quæ ex bona fide, (unde bonæ fidei quoque exiſtimatur, *l. fin. C. eod. §. actionum in fin. Inſt. de action.*) præſtari æquum eſt: fit ut interdum dari etiam quippiam à poſſeſſore petatur. Puta pretia rerum diſtractarum, aut æs alienum à debitoribus exactum. *l.* 20. *cum ll. ſeqq. hic.*

Petere autem & dari, proprium eſt actionum perſonalium, in quibus aut dandum vel faciendum agitur, ſicut in realibus ad reſtituendum. §. 1. *Inſt. de action. l.* 25. *de O. & A.*

Proponitur hereditatis petitio tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, ab omnibus qui ſe heredes eſſe intendunt. Sed primò datur ſcriptis heredibus: *l.* 8. *hic. l.* 9. *C. eod. Bart. in l.* 7. *hic.* poſt, causâ teſtamenti evacuatâ, illis qui ab inteſtato veniunt. *d. l.* 8.

Non ante quam conſtat hereditatem eſſe: hoc eſt, eum, de cujus hereditate conſequenda lis eſt, eſſe defunctum. *Roff. in ſumma. de pet. hered. Weſenb. hic.*

Viventis enim nulla eſt hereditas. *l.* 1. *De hered. vel act. vend.*

Et tum datur heredi, quando heres factus eſt adeundo; *Roff. d. loc.* necdum autem poſſeſſionem eſt adeptus.

Vtrum ex teſtamento, an ab inteſtato ſit heres actor in libello, parte non opponente, licet non teneatur, *Bart. in l.* 3. *ff. hic. num.* 2. *Jaſ. ad §. actionum. num.* 191. *Inſt. de action.* ad evitandas tamen exceptiones dilatorias tutius eſt ut exprimat: *Bart. & Jaſ. d. loc.* Se heredem (quia hoc eſt intentionis ſuæ fundamentum. *l.* 10. §. 1. *hic.*) & res eſſe hereditarias, *Bart. & Dd. in l.* 7. *C. hic.* ut probet neceſſe eſt.

Proponi poteſt hæc actio, vel ubi domicilium poſſeſſor reus habet; *Bart. & Bald. in l. un. C. ubi de her. ag.* vel ubi major pars hereditatis ſita eſt: *Gl. Bart. & Dd. in d. l. un. Bald. in l.* 2. *quemad. teſt. ap.* electione actori conceſſa. *l. fin. C. de juriſd. L. fin. C. de long. temp. præſc.*

Cum

Cum adverſus eum, qui pro herede vel pro poſſeſſore, jus aut rem hereditariam, licet minimam, *l. 9. cum ll. ſeqq. l. 4. hic.* poſſidet: *d. l. 9. l. 7. C. eod.* ejuſque heredem; *l. 13. §. Neratius. hic. l. qui in jus. 177. ff. de R. I.* & utiliter, *l. 13. §. 14. hic.* adverſus eum, qui ſcit ſe non eſſe heredem, tamen contendit: *l 11. hic.* Nec enim intereſt, quis bona, an mala fide, poſſideat.

Cum oporteat poſſeſſorem eſſe, qui conveniatur; ideò qui reſtituit hereditatem, aut res alienavit, hac actione teneri nequit; niſi dolo & ſciens fecit, atque ita ob dolum pro poſſeſſore teneatur. *d. l. 13. §. fin. l. 16. cum ll. ſeqq. hic.*

Debitor hereditatis, ſive ſit in diem, ſive ſub conditione, *l. 16. hic.* ſive ex delicto, ſive ex contractu debeat, *l. 14. hic.* & pro poſſeſſore habetur, quia poſſeſſor juris eſt. *d. l. 13. §. fin. l. 14. cum ll. ſeqq. hic.* Videlicet ſi ideò nolit ſolvere quod ſe heredem contendat; aliud eſt ſi ſit vero heredi ſolvere paratus; ſed neget petitorem heredem eſſe; tum enim petitione hereditatis non tenetur. *l. ſi debitor. 14. hic.*

Nec qui alio titulo, quam qui ex hereditate fluat, poſſidet, ſive ſingulari, ſive univerſali, petitione hereditatis tenetur, ſed rei vindicatione conveniendus. *l. 7. C. hic. l. 4. C. in quib. cauſſ. ceſſ. long. temp. præſcr.*

Hinc poſſeſſor cogitur dicere, utrum pro herede, an pro poſſeſſore, & quo titulo poſſideat, *l. 11. C. hic.* licet hoc aliàs incivile ſit. *d. l. 11. l. 23. C. de probat.*

Veniunt in hereditatis petitionem, 1. Univerſæ res hereditariæ, ſive ſint corpora, ſive jura: *l. 18. §. ult. hic.* quæ in eadem cauſa durant. *l. 9. C. eod.* exceptis ſervitutibus. *l. 19. §. ult. eod.* 2. Corpora non hereditaria, quorum periculum ad heredem pertinet, ut res defuncto pignori datæ, vel commodatæ, vel depoſitæ. *d. l. 19 in pr.* 3. Quæ hereditatis cauſa comparata ſunt: ut mancipia, pecora, &c. *l. 20. in pr. eod.* 4. Non ſolum ea, quæ mortis tempore erant in hereditate, ſed etiam quæ poſtea acceſſerunt; ut partus, fructus, &c. Hereditas enim augmen-

augmentum, & diminutionem recipit. *d. l.* 20. §. 3.

Malæ fidei poſſeſſor, omnimodò fructus reſtituit: bonæ fidei poſſeſſor, eatenus tenetur, quatenus locupletior factus eſt. *d. l.* 20. §. *pridie*.

Bonæfidei poſſeſſor eſt, qui juſtis ex cauſis exiſtimat ad ſe hereditatem pertinere. *l.* 20. §. 6. *hic*.

Iuſta cauſa etiam error juris eſt; *l.* 25. §. 6. *hic*. Quia quælibet cauſa, etiam frivola, à dolo & mala fide excuſat. *l.* 22. *de lib. cauſ. Gl. fin. & Dd. in l. un. ſi quis jus dic. non obt.*

Malæ fidei poſſeſſor eſt, qui ſciens hereditatem ad ſe non pertinere, eam invaſit, cum nullam haberet juſtam poſſidendi cauſam. *l.* 25. §. 2. *hic*.

Poſt petitam hereditatem, quilibet incipit eſſe malæ fidei. *d. l.* 20. §. 11. *l.* 31. §. 1. *hic*. Quia de ſuo jure dubitare incipit: nec opus eſt litis conteſtatione, ſed ſufficit moveri controverſiam, *d. l.* 25. §. 7. & à quocunque denunciari. *d. l.* 20. §. 11.

Sed etſi non denuncietur, ſciat autem poſſeſſor ad alium rem pertinere, & peti poſſe, malæ fidei poſſeſſor efficitur. *d. l.* 20. §. 11.

Peti & hoc in judicio poteſt, cautio de non alienando, minuendo, &c. *l.* 5. *l.* 16. *hic*. & bonorum atque fructuum deſcriptio. *Bald. Bart. & Dd. in l. ſi creditores. de priv. cred. l. de bonis.* §. *ult. l. quæritur. de Carb. edict. l. un. C. de prob. ſeqq.*

Suſtinetur in hoc judicio univerſali, incertus etiam ac generalis libellus: *l.* 1. §. *fin. ſi pars her. pet.* quemadmodum & ſententia: *Bart. in rubr. ſolut. matr. n.* 12. reſpectu rerum ſingularium, non juris: *Bart. d. loc. Dd. in l. un. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* ac ſufficit in executione declarationem fieri; *Gl. & Dd. in l.* 1. *de edend. in l.* 2. *C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* Puta quoad res quas heres putativus penes ſe habet: aliàs ſufficit heredis declaratio; cui paratæ ſunt actiones propriæ pro ſingulis rebus. *Bachov. in not. ad Weſenb. hic. num.* 12. *verſ. porro.*

Nec, ut dictum, quid actor aliud probare debet, quam ſe heredem, *l.* 10. *hic.* & res hereditarias eſſe. *Bart. & Dd. in l. hereditatis. C. eod. Marant. par. jud.* 4. *diſt.* 3. *n.* 58.

Et

Et poteſt contra reum, non exhibentem inventarium, nec jusjurandum de bonis poſſeſſis præſtantem, in litem jurare. *l.* 20. §. 12. *l.* 25. §. 10. *hic.*

Si pars hereditatis petatur.

Tit. IV.

Hac in petitione idem juris obſervatur in parte quoad partem, quod eſt in toto quoad totum. *l. quæ de tota.* 76. *De rei vindic.*

Qui totam hereditatem, vel partem ejus petit, jus non ex eo metitur, quod poſſeſſor occupavit, ſed ex ſuo jure. *l.* 1. §. 1. *hic.*

De poſſeſſoria hereditatis petitione.

Tit. V.

Bonorum poſſeſſoribus, quos Prætor velut heredes facit, *l.* 1. *hic.* dat poſſeſſoriam hereditatis petitionem; per quam tantundem conſequuntur, quantum ſuperioribus civilibus actionibus heres conſequi poteſt. *l.* 2. *hic.* Quia bonorum poſſeſſor in effectu nihil ab herede diſtat.

De fideicommiſſaria hereditatis petitione.

Tit. VI.

Actio hæc ex Senatuſconſulto Trebelliano deſcendit. *l.* 1. *hic.*

Recipit eadem, quæ ſuperiores hereditatis petitiones. *l.* 2. *hic.*

Datur ei, cui hereditas fidei-commiſſa verbo tenus, *Gl. in d. l.* 1. reſtituta eſt, *d. l.* 1. ejuſque ſucceſſori. *l.* 3. *in pr. eod.*

Vt enim hereditatis petitio non competit, niſi hereditas ſit adita; ita nec fideicommiſſaria, niſi verbis ſit reſtituta. *Accurſ. in d. l.* 1. *ex l. reſtituta.* 37. *l. facta.* 63. *ad SC. Trebell.*

In eum ergò qui hereditatem re reſtituit, non competit. *d. l.* 3. §. 1.

Cauſa

Digitized by Google

Cauſa eſt quod, ſi quid non integrè reſtitutum ſit, id poteſt ex teſtamento actione perſonali, aut reali petere.

DIGESTORUM
LIBER VI.

De rei Vindicatione.

TIT. I.

Actio, quâ ſingulares res petuntur; aut pertinet ad res corporales, tam mobiles, quam ſoli, tam animatas, quam inanimatas; *l.* 1. *pr.* & 1. *hic.* & tum appellatur rei vindicatio: aut ad res incorporales, puta ſervitutes; & confeſſoria, negatoriaque dicitur.

Rei vindicatio, eſt actio realis, ſpecialis, *l.* 7. *C. de pet. her. l.* 3. *C. de praſc.* 30 *ann.* quâ quis petit ſe dominum rei controverſæ declarari, *l.* 35. §. 1. *hic. l.* 8 §. 3. *ſi ſerv. vind.* & eam officio judicis à poſſeſſore ſibi reſtitui. §. 1. *Inſt. de action. l.* 68. *hic.*

Eam directe in judicio proponit atque agitat, is qui vel jure gentium, vel civili, dominium acquiſivit, *l.* 23. *in pr. hic.* etiam revocabiliter: *l.* 66. *hic.* puta conditione legati vel libertatis exiſtente: *d. l.* 66. utiliter qui pro domino habetur: ut ſuperficiarius, id eſt, qui ſuperficiem in alieno ſolo habet; *l.* 73. §. 1. *l.* 74. *l. prator.* 75. *hic.* is qui rem uſucapere cœpit, necdum uſucepit; *de quo tit. ſeqq.* emphyteuta. *de quo tit.* 3.

Directè datur adverſus eum, qui nullo quidem jure ſibi obligatus eſt, ſed rem, quam ſuam intendit, poſſidet: *l.* 9. *l.* 24. *hic.* Vtiliter adverſus eum qui pro poſſeſſore habetur: ut eum qui dolo poſſidere, *l.* 27. §. 2. *hic.* ſive antè, ſive poſt litem conteſtatam, deſiit. *Bart. & Dd. in l.* 2. 3. *l. quia.* §. *fin. de alien. jud. mut. per l. ſin autem.* §. *ſed & is.* 3. *hic.* qui ſe liti quaſi poſſideret, obtulit. *l. is qui ſe obtulit.* 25. & *ll. ſeqq.*

Digitized by Google

ll. ſeqq. eod. Quià ut ille, propter dolum, *l.* 131. *l.* 157. §. 1. *ff. de Reg. Jur. l.* 27. §. *ſed & is. l.* 36. §. 1. *l.* 69. *hic.* ita & hic, propter mendacium pro poſſeſſore eſt; *Giphan. ad l.* 25. *ff. de obl. & act.* ſi & litem conteſtatus ſit, *l.* 25. *hic.* & interrogatus reſpondeat ſe poſſidere: ſecus eſt ſi ſimpliciter litem ſecum conteſtari paſſus eſt; quia non ſe offert, qui citatus venit, cum judicia reddantur in invitos. *Obrecht. diſp.* 12. *p.* 1. *num.* 73. *& de litis conteſt. cap.* 10. *num.* 34.

Veniunt in hanc actionem omnes res corporales, §. 1. *ubi Gl. Fab. n.* 26. *Jaſ. n.* 109. *Inſt. de action.* quæ dominio alicujus contineri poſſiderive poſſunt, *l.* 1. §. 1. *hic.* tam mobiles, quam ſoli, *d. l.* 1. nec modo ſingulæ, ſed etiam univerſitas ſpecierum, *d. l.* 1. §. *fin. cum ll. ſeqq.* non juris.

Eâ qui vult agere (hodie,) in libello ſe proponit eſſe dominum vel quaſi (nam Publicianam adjici rei vindicationi, propter difficultatem probandi dominii, *vid. Dd. in l.* 4. *& l.* 12. *C. de prob.* uſitatum eſt, *c. Abbate ſanè. circa fin. de jud. in* 6.); &, aut cauſam ſui juris exprimit, aut omne jus ſuum, nullâ cauſæ ſpecialis dominii mentione factâ, in judicium deducit, prout illi commodum eſt: *d. c. abbate. l.* 14. *l.* 11. §. 4. *de exc. rei jud.* & quia dominus eſt, ſicuti declarari cupit, ab adverſario, qui poſſidet rem ſuam, petit ſibi reſtitui: *d. l.* 68. *d. l. un. vid. Ferr. in pract. in form. lib. ac rea. decla.*

Sententia ergò Iudicis, quia petitioni debet eſſe conformis, *l. ult.* §. *de fideicom. libert.* duo debet continere. Declarationem dominii, *l.* 35. §. 1. *hic.* & condemnationem.

Quæ alia eſt cum res petita exſtat; habens, 1. Iuſſum judicis de re intra certum tempus reſtituenda; *d. l.* 35. §. 1. *l.* 68. *hic.* 2. Si non paret, ejus tuitionem ac velut exſecutionem. Et aut reus rem apud ſe habet, contumaciter non reſtituens, ac manu militari transfertur poſſeſſio; *d. l.* 68. aut non habet, & fit in totius litis æſtimationem condemnatio. *d. l.* 68.

Poteſt etiam poſtulare cautionem, de re, quæ vindicatur, conſervanda: quam ſi præſtare poſ-

Digitized by Google

ſeſſor tergiverſetur, in agentem transfertur poſſeſſio. *l. un. C. uti poſſ. Paul. lib. 1. ſent. t. 11. ubi Cujac.*

Reſtituendi verbum, hic totam rem cum ſua cauſa, id eſt, utilitate, quæ è re cauſatur & provenit, *l.* 17. *l.* 20. *l.* 62. *hic.* complectitur. *d. l.* 20. *l.* 173. §. 1. *De R. I.*

Ideoque ſi dolo culpave poſſeſſoris perierit, vel deterior, poſt litem conteſtatam, facta ſit, vel ſi fructus percepti, aut aliud emolumentum è re natum ſit; ratio horum omnium, officio judicis, in reſtituendo habebitur. *l.* 33. *d. l.* 20. *l.* 13. *ff. hic.*

Fructus percepti, non pendentes (nam hi pars fundi ſunt. *l.* 44. *hic.* eóque petitioni fundi inſunt) ante litem conteſtatam, nominatim ſunt petendi. *l.* 10. *de uſur. Felin. in c. inter. 6. n. 2. de fid. inſtr. Bald. in l. ampliorem. in pr. C. de appell.*

Eos poſſeſſor bonæ fidei præſtat, quatenus exſtant: *l.* 22. *C. de rei vend. l.* 45. *de uſur. l.* 48. §. 1. *de acq. rer. dom. d. l.* 33. *l.* 62. *hic.* conſumptos propter bonam fidem lucratur. §. *ſed etſi hereditas. Inſt. de off. jud. d. l.* 22.

Malæ fidei poſſeſſor omnes indiſtinctè, perceptos, conſumptos, & qui percipi potuerunt, reſtituit. *l.* 3. *C. de cond. ex leg. l.* 17. *C. hic. d. l.* 13. §. 35. *Inſt. de rer. div.*

De ea re bonus judex variè, ex complexu perſonarum & rerum, conſtituet. *l.* 38. *hic.*

Qui hanc actionem rectè vult formare, rem quæ vendicatur, finibus, nomine, qualitate, forma, aliiſque accidentibus, ita exprimat & deſignet neceſſe, ut qua de re lis ſit & quæſtio, certò conſtare poſſit. *l.* 6. *hic. vid. Speculat. declar. tit. de lib. concl.* §. *juxta. n.* 17. *cum ſeqq. Ferr. in form. lib. act. real.*

De

De Publiciana in rem actione.

TIT. II.

PRætor ei, qui rem uſucapere cœpit, nec dum verò uſucapionem abſolvit, actionem utilem in rem, quaſi domino, hoc eſt, quaſi uſuceperit, *l.* 1. §. 1. *hic. Inſt. de action.* §. 4. dat, contra quemcunque poſſeſſorem, præterquam verum dominum. *l. pen. & ult. hic.* Quæ Publiciana, à Publicio Prætore, dicta. *d. l.* §. 4.

Eſt Civili in rem actioni ſimillima, *l.* 7. §. 8. *hic.* Nam æque ac rei vindicatio, eſt ſpecialis, in rem. *d. l.* 1. §. 1. *d.* §. 4. petitoria, *d. l.* 7. §. 6. arbitraria. §. 41. *Inſt. de action.*

Datque eam Prætor eodem ferè modo, quo in rei vindicatione.

Quippe ut in ea, approbato actoris dominio, judex rem illi officio ſuo reſtitui jubet: ita in hac, probato juſto agentis titulo, & bona fide, ac traditione ſubſecuta, res ei, tanquam domino, reſtituitur, omniaque ferè eadem ſunt in hac, quæ in rei vindicatione. *l.* 7. §. 7. §. *ſed iſta. ubi Jaſ. Inſt. de action.*

Differunt tamen quod hæc ſit prætoria, rei vindicatio civilis; *l.* 1. *hic.* §. 3. *Inſt. de act.* hæc detur ei qui nondum dominus, illa domino; *d. l.* 1. §. 1. hac etiam res incorporales, *l.* 6. *l.* 11. *l.* 12. *hic.* illa tantum corporales petantur. *l.* 1. §. 1. *de rei vind.*

Si ager vectigalis, id eſt, Emphyteuticarius petatur.

TIT. III.

DAtur Emphyteutæ, quaſi domino, utilis in rem actio, contra quemcunque poſſeſſorem, etiam contra ipſum dominum: ita tamen ſi vectigal ſolvat. *l.* 1. §. 1. §. 2. *hic.*

Eſt ex contractu emphyteutico: Qui (ſpecialis contractus à Zenone Imperatore factus: *l.* 1. *C. de*

jur. emph.) eſt civilis, nominatus, ſtricti juris: in quo dominus utile dominium ac poſſeſſionem ſui prædii profani, perpetuò, *Jaſ. in d. l. 1. n. 6. & l. 2. n. 160. C. eod.* Eccleſiaſtici, pro tempore, *Jaſ. in d. l. 1. n. 26. & d. l. 2. n. 202. per Nov. 7. c. 7.* in emphyteutam transfert, eâ lege, ut is prædium colendo reddat melius, & in recognitionem dominii directi, quod dominus retinet, Canonem, hoc eſt, certam penſionem quotannis præſtet. *vid. Panorm. c. potuit. de locat.*

Perficitur, ex diſpoſitione legis, conſenſu contrahentium. *Spec. de emph. n. 5. fac. l. 1. C. de jur. emph. §. 3. Inſt. de locat. & cond.*

Quæritur & emphyteuſis præſcriptione, quaſi ex tacito domini & poſſidentis conſenſu. *l. litibus. C. de agr. & cenſit. lib. 11. l. fin. C. de fun. pat. lib. 11. Spec. eod. n. 69. in fin.*

Conſtituitur, vel teſtamento; puta per legatum; vel pactione, *l. 1. C. de jur. emphyt.* quam ſubſequi debet traditio, aut aliud quo dominia transferuntur, *l. 12. in fin. C. de fund. patrimonial. lib. 12.* idque non niſi in rebus ſoli: *Jaſ. in l. 1. n. 100. cum ſeqq. C. hic. Gl. in c. potuit. ubi Imol. n. 5. Ext. de locat.* eâ formâ de qua pactione contrahentium convenit.

Si nihil convenit; dominus dominium directum retinet, emphyteuta utile conſequitur. Sic tamen, ut in recognitionem directi dominii certam penſionem quotannis ſolvat.

Contrahitur plerunque in ſcriptis, *l. 1. & 2. C. hic.* etiamſi ad ſolemnitatem ſcriptura non requiratur. *com. op. in d. l. 1. ubi Ang. Jaſ. n. 12. n. 71. Spec. de emph. n. 5.* niſi in Eccleſiaſtica emphyteuſi. *l. jubemus. Auth. hoc jus. C. de SS. Eccl. & Nov. 128. c. 5.*

Ad eum finem, ut agri inculti & ſteriles, per culturam meliorentur. *l. 3. & 7. C. de fund. patr. lib. 11.*

Non licet in hoc contractu pœnitere. *d. l. 1. ubi Jaſ. n. 9.*

Ex eo oritur actio, quæ Condictio ex lege eſt, *Sal.*

Digitized by Google

Sal. Bart. in d. l. 1. in fin. Bart. in l. un. de cond. ex lege. ſæpe etiam actio realis. *Spec. de emph. n.68. &* 153. *l. 1. in fin. hic.*

Contractu hoc perfecto, omne commodum atque incommodum rei emphyteuticæ, tranſit in emphyteutam. *l. 1. ubi Jaſ. n. 29. & 77. C. eod. Spec. eod. n.* 157. 158. *&* 161. Quia rem emphyteuticam non quidem jure proprietatis, ſed ei proximo habet. *l. 1. hic.* §. 3. *Inſt. de action.*

Ex quo quamdiu annuam penſionem ſolvit, *l. 1. 2. hic.* in omnibus fere domini jure utitur; niſi quod nec jus emphyteuticum, nec meliorationes; niſi in perſonas idoneas; *l. 3. C. de jur. emphyt.* prærogativâ tamen domino conceſsâ; *d. l. 3.* eoque requiſito an emere velit: ſi nolit, exſpectatis duobus menſibus; *d. l. 3.* alienare poteſt.

Finitur emphyteuſis finita generatione, ſeu ſobole ejus, qui accepit: *Spec. eod. n.* 130. item præſcriptione libertatis. *Salic. in l. 2. n. 23. Jaſ. n. 72. 156. C. hic.*

Cadit & Emphyteuta jure ſuo, ſi canonem (licet de ſolutione non interpellatus) totum; *l. 85. §. pen. de V. O. Zoan. c. 8. & 37. rer. quot.* per biennium in Eccleſiaſticis, triennium in temporalibus non ſolvat: *l. 2. C. hic. c. potuit. de locat.* alienet rem ignorante domino: *l. fin. C. hic.* conventis pactis ſtare detrectet: *Nov. 120. c. 11. Jaſ. in l. 1. n. 11. C. hic.* dolo malo domino jus ſuum intervertere conetur: *Jaſ. in d. l. 2. n. 86. per c. vaſallus ſi. de feud. def. 2. F. 26.* non ob ſolam inficiationem. *Jaſ. d. loc. in fin.*

Libertatem à directo dominio (licet canonem non ſolvat. *Salicet. in l. cum ſatis. 23. C. de agric. & cenſit.*) non aliter Emphyteuta præſcribit, quam ſi cauſam poſſeſſionis domino mutet: & ei dominium directum inficietur, atque exinde per triginta annos pro ſuo poſſideat.

Cauſa poſſeſſionis non mutata, (quia alieno nomine poſſidet) non præſcribit: etiamſi canonem non ſolvat. *l. 2. l. 7. §. fin. C. de praeſcr. 30 ann.*

Libertatem quidem à Canone, hoc modo triginta

ginta annis poterit præſcribere: *d. l. 7. l. plures. C. de fid. inſtr.* non directum dominium, donec mutata ſit poſſeſſionis cauſa: Quam ipſus ſibi, ſine aliquo novo facto, mutare nequit. *l. 3. §. pen. l. 19. §. 1. de acq. poſſ.*

Poteſt enim recognoſci dominium, etiam ſine penſione, domino eam remittente; quamvis initio emphyteuſis, ſine canonis conſtitutione induci non potuiſſet. *Sal. in d. l. 7. §. fin. fac. l. 23. C. de agr. & cenſ. lib. 11.*

DIGESTORUM
LIBER VII.

De uſufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur.

Tit. I.

RES incorporales, quæ in rei vindicationem cadunt, ſunt Servitutes: non hominis, ſed fundi.

Harum aliæ Perſonales ſunt; aliæ Reales. Perſonales perſonis debentur, & ſine perſona utentis eſſe nequeunt.

Sunt, Vſusfructus, Vſus, Habitatio. *l. 1. de ſerv.*

Vſusfructus, ſecundum Doctores, eſt vel Cauſalis, vel Formalis. *Gl. verb. jus. ubi Ang. Fab. & Dd. in pr. Inſt. hic.*

Cauſalis eſt, qui conjunctus eſt cum cauſa rei, hoc eſt, quem dominus habet ex cauſa rei, ſeu jure dominii, *l. 21. §. pen. de exc. rei jud. l. 4. hic.*

De quo uſufructu hoc titulo non agitur. *l. quod. 63. hic.*

Formalis, (ſic dictus, quoniam eſt forma quædam utendi fruendi, à proprietate ſeparata. *Gl. in d. l. 21. §. pen. ad verb. ſuum. Bald. & Dd. in l. uſufructu. ff. ſolut. matr.)* eſt jus alienis rebus utendi-fruendi, ſalva rerum ſubſtantia. *l. 1. hic.* Id eſt, eſt jus utendi fruendi,

Digitized by Google

fruendi, quamdiu res ſalvæ manent. *Theophil. Inſt. h. t.* Rebus enim extinctis uſusfructus quoque extinguitur. §. *pen. Inſt. eod.*

Verbum utendi-fruendi, omnes fructus, omniaque omninò emolumenta, quæcunque ex fundo, aut ejus occaſione, percipiuntur, non modò naturalia, *l.* 9. *hic.* ſed etiam civilia; ut penſiones, uſuras, aliaſque obventiones civiles, comprehendit. *l.* 7. *hic.*

Qui enim fructum habet, etiam omne omninò commodum, non modò ad neceſſitatem, ſed etiam ad lucrum & voluptatem pertinens, habet.

Qui uſum, non plus habet quam quantum quotidianis ſuis neceſſitatibus ſatis eſt. *in pr. Inſt. de uſu & hab.*

Vſufructuarius non debet deteriorem facere rei ſubſtantiam, ſed uti frui arbitratu boni viri, & patrisfamilias: *l.* 65. *hic.* ut ſecurus ſit dominus de proprietate. *l.* 13. *in pr. eod. l.* 1. *uſufr. quemad. cav.*

Alioqui ab eo conveniri poteſt ad intereſſe, ex ſtipulatione; quam præſtare uſufructuarius cogitur. *l.* 18. §. 2. *l.* 20. *de dam. inf. vid. Gl. & Dd. in l.* 4. *C. hic.*

Conſtituitur uſusfructus, pactione contrahentium, §. 2. *Inſt. eod.* ut ſtipulatione, *l. pen. in princ. C. eod.* dote, *l.* 6. *C. eod.* locatione, *l.* 10. *C. eod.* præſcriptione, item ultima voluntate, qua uſusfructus relinquitur, *d.* §. 2. *& t. t. de uſufr. leg.* ſive uſusfructus legetur, *d. l. pen. in princ.* ſive, legata proprietate, nudus uſusfructus penes heredem maneat. *l.* 14. *C. eod.*

Et quidem conſtituitur, in corpore aliquo, *l.* 2. *hic. l.* 5. §. 2. *quib. mod. uſusfr. am.* mobili, *l.* 7. *l.* 15. §. 3. *l.* 28. *l.* 41. *hic.* movente, *l.* 3. *l.* 21. *l.* 68. *hic.* immobili: §. 2. *Inſt. eod. l.* 1. *uti poſſ.* Cujus tamen uſus abſque abuſu eſſe poſſit. *d.* §. 2.

Introducitur, patientia conſtituentis, & uſurpatione ejus cui conſtitutus eſt. *l.* 3. *hic.* Quæ in incorporalibus (cujuſmodi eſt uſusfructus, §. 1. *Inſt. de reb. corp.*) pro traditione habetur. *l.* 2. *de act. empt.*

Digitized by Google

Vſusfructu tamen ultima voluntate conſtituto traditione vel patientia opus non eſt, quia legatum ipſo jure ignoranti etiam legatario cedit. *l.* 19. §. 1. *ff. quem. ſervit. amitt.* *l.* 86. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 64. *in fin. ff. de furt.*

Durat ad vitam tantum utentis, non ulterius. §. 3. *Inſt. hic.*

De uſufructu accreſcendo.

Tit. II.

ET per jus accreſcendi interdum uſusfructus acquiritur.

Sed non, niſi conjunctim uſusfructus legatus ſit. *l.* 1. *pr. hic.*

Eſt jus accreſcendi, cum duobus, aut pluribus conjunctis, altero deficiente, alteri pars deficientis adjicitur & accreſcit.

Conjuncti vocantur, qui à lege, vel homine, ita connectuntur, ut pro uno habeantur. *l.* 34. *in pr. de legat.* 1.

Conjunctio hæc fit: Re, Verbis, ac Re & Verbis ſimul. *l.* 142. *de V. S.* *l.* 89. *de legat.* 3.

Re, cum duobus in ſolidum uſusfructus eſt legatus: ut, *Titio uſumfructum fundi lego, Seio ejuſdem fundi uſumfructum lego.*

Quamobrem, altero legatariorum mortuo, aut repudiante legatum, (quia concurſus ceſſat,) alteri in ſolidum uſusfructus, Jure non decreſcendi, cedet.

Verbis conjunguntur, quibus æquis pro indiviſo portionibus uſusfructus relinquitur: ut, *Titio & Mævio uſumfructum æquis partibus do, lego. d. l.* 89.

In his propriè locum habet jus accreſcendi: in legatis puta proprietatis, *l. un.* §. *his ita. C. de caduc. toll.* non uſu-fructu legato, ubi ceſſat. *l.* 1. §. *ult. cum ll. ſeqq. hic.* Quia in his qui tantum verbis conjuncti ſunt jus accreſcendi proprie ſumitur, ita ut unius portio alicui legata ab ejus perſona diſcedat & alteri accreſcat; quod in uſufructu locum habere nequit.

quit, cum uſusfructus ſit jus perſonale, quod perſonam egredi non poteſt quin extinguatur & ad proprietatem revertatur. *l. 66. ff. de jur. dot.*

Re & verbis junguntur, quibus idem, partibus nullis expreſſis, in eadem oratione, conjunctim relinquitur. ut, *Titio & Mævio uſumfructum Tuſculanum do, lego.*

Hi, tam jure non decreſcendi, quod eſt re conjunctorum, quam accreſcendi, quod conjunctis verbo proprium eſſe diximus, utuntur, cæteriſque ſunt potiores. *d. l. 1. §. 2. hic. d. l. 89. ubi Dd. & præcipue Iaſ. de legat.* 3. Quia non tantum re, ſed & unitate ſermonis in unum quodammodo corpus videntur redacti; *d. l. un. §. 10. verſ. ſin autem.* proinde pars deficiens illius corporis & quaſi ab eo avulſa, eodem ut redeat conſentaneum eſt.

Quando dies Vſusfructus legati cedat.

TIT. III.

DIes uſusfructus, ut & uſus, *l. un. §. dies. 2. hic. l. 2. quan. dies leg. ced.* legati cedit ab adita hereditate. *l. un. §. 2. hic.* licet proprietatis legatæ dies cedat à morte teſtatoris. *l. un. §. 1. & §. 5. C. de caduc. toll.*

Cum, quia uſusfructus intelligi non poteſt, niſi ſit qui eum conſtituat, quique frui patiatur: *l. 3. uſufr.* (nempe heres, qui ante aditam hereditatem non exiſtit.) tum, quod ratio, quamobrem cæterorum legatorum dies cedat à morte teſtatoris, hic ceſſat.

In cæteris enim legatis, ideò ſtatim dies cedit, ut ea, moriente ante aditam hereditatem legatario, ad heredem ejus tranſmitti poſſint; neque fiant caduca. *§. ſi eadem res. Inſt. de leg. d. l. un. §. 1. & §. 5.*

Quod in uſufructu (cum moriente uſufructuario, utpote perſonæ cohærens, extinguatur,) locum habere non poteſt. *l. 2. & 3. quand. dies leg. eod. d. l. un. §. libertatibus.*

Sed hoc obtinet in uſufructu & uſu purè legato,

Digitized by Google

Legatum enim in diem non prius cedit, quam dies venerit; *d. l. un. §. item ſi.* 3. & ſi dies ante hereditatem aditam veniat, hereditatis aditio exſpectanda eſt. *d. l.* 2.

Quibus modis uſusfructus, vel uſus amittitur.

TIT. IV.

Extinguitur Vſusfructus, morte, & capitis diminutione maximâ & mediâ, uſufructuarii; non minima, *l.* 1. *l.* 3. *hic.* jure novo, *l. pen. in princ. & §. ſed neque. C. de uſuſr.* olim qualicunque.

Et tum fructus ultimi anni non pertinent ad uſufructuarii heredem, niſi quatenus ſunt percepti. *§.* 36. *Inſt. de rer. div.*

Amittitur etiam uſusfructus Interitu, ſeu formæ mutatione rei totius, quæ ſervitutem debet, non partis, *l.* 53. *de uſuſr.* (in qua & totus uſusfructus retinetur. *vid. d. l.* 53. *l.* 5. *§.* 2. *l.* 23. *l. ſeq. hic.*) non dominii interitu ſeu mutatione, *l.* 19. *hic.* omninò Conſolidatione, id eſt, acquiſitione dominii rei quæ ſervitutem debet, *l.* 17. *hic. l.* 6. *de uſuſr. accr. §.* 4. *Inſt. hic.* cedendo proprietario, *l.* 5. *§. ſin. hic. l.* 10. *l.* 23. *eod.* non extraneo: *§.* 4. *Inſt. de uſuſr. Hottom. in §.* 3. *Inſt. eod. Balduin. ibid. num.* 16. conditione, ſub qua relictus eſt, exiſtente; *l.* 15. *eod. l.* 12. *C. de uſuſr.* non utendo per decennium inter præſentes, vicennium inter abſentes. *l.* 25. *hic. l. pen. C. de ſerv. l.* 16. *C. de uſuſr.*

Non malè utendo. Cum ex cautione, in id quod intereſt, teneatur. *l.* 1. *& t. t. uſuf. quem. cav.* Niſi res in non uſum incidat; Vt, quando hieme utitur, cum tantum æſtate conceſſus uſusfructus eſſet. *l.* 10. *quemad. ſerv. am.*

In municipiis, & univerſitatibus finitur uſusfructus iis everſis, vel quaſi morte diſſolutis; *l.* 1. *l.* 21. *hic.* aut poſt centum annos. *l.* 56. *de uſuſr.*

Vſus iiſdem modis deſinere ſolet. *l.* 1. *ff. & pr. Inſt. de uſu & hab.*

Digitized by Google

De uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, vel minuuntur.

Tit. V.

QVaſi uſusfructus, Senatuſconſulto conſtitutus eſt iis in rebus, quæ uſu pereunt vel minuuntur; *l.* 1. *l.* 2. *in fin. hic.* ut ſunt, pecunia, vinum, frumentum, & ſimilia.

Vſus appellatione, in hac ſpecie, & fructus continetur. *l.* 10. §. 1. *l.* 5. §. *fin. hic.*

Vſusfructuarius hic, quia rerum uſufructuariarum dominus eſt, *l.* 7. *hic.* cautionem datis fidejuſſoribus, *fac. l.* 7. *ff. de prat. ſtip. junct.* §. 2. *Inſt. de uſuſr.* præſtare tenetur: ut quando mortuus, aut capite minutus, fuerit, ejuſdem res qualitatis reſtituatur. *l.* 6. *hic.*

Ponuntur in hac ſtipulatione de reddendo uſufructu, tantum duo caſus, quibus finitur uſusfructus: mors, & capitis diminutio uſufructuarii. Quia harum rerum uſus aliter amitti non poteſt. *l.* 9. *cum l. ſeq. hic.*

Nec enim mutationem, aut interitum patiuntur, cum in genere conſiſtant: *l.* 11. *C. ſi cert. pet.* neque non utendo amittuntur: vel quia ipſo uſu pereunt, ut hic temporis diuturnitas momentum afferre nequeat, vel quia proprietas cum poſſeſſione rei ad uſufructuarium devolvitur: ut ille continuè poſſidendo uti ſemper intelligatur.

Si uſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.

Tit. VI.

CUM uſusfructus vel petatur tanquam debitus, vel ad aliquem pertinere negetur quaſi non debitus: proditæ ſunt in hanc rem duæ actiones, *l.* 1. *hic.* quarum alterâ quis confitetur & aſſerit, ſibi uſumfructum deberi, undè & actio Confeſſoria vocatur:

catur: *l.2. ſi ſerv. vind. l.5. §.7. hic.* Alterâ aſſeritur libertas prædii, negaturque uſusfructus, quem quis indebitè ſibi uſurpat: Negatoria inde dicta. *d. l. 2. d. l. 5. §. 7.*

Vtraque realis eſt, quia ratione rei competit. *§. æque. ubi Dd. Inſt. de action.*

Confeſſoria competit fructuario uſumfructum vindicanti, non tantum adverſus dominum, qui ſervitutem debet, ſed omnes omninò qui uſumfructum, quocumque modo, impediunt, *l. 10. §. agi. ſi ſerv. vind. l. 5. §. 1. hic.*

Ad hoc, ut judex declaret, uſumfructum agenti competere, condemnetque adverſarium, ut patiatur actorem utifrui, nec in poſterum impediat; eoque nomine caveat; *l. un. ubi Bart. C. uti poſſ. c. fin. de reſt. ſpol. l. 7. l. 12. ſi ſerv. vind.* præſtetque fructus perceptos, & id quod intereſt actoris. *d. l. 5. §. 3. cum duob. §§. ſeqq.*

Negatoria actio datur domino fundi, adverſus eum, qui uſu aliquo ſervitutis, libertatem rei impedit, & ſibi uſurpat: *Bald. in l. quemadmodum. 22. §. 1. ad L. Aquil.* contra quem dominus hac actione libertatem ſui prædii aſtruit: negatque adverſario ſervitutem deberi. *d. l. 5. §. ſicut. 7.*

Petit, ut judex declaret, ſuum prædium eſſe liberum: jubeatque cavere adverſarium, ne in poſterum jus ſervitutis ullum uſurpet, & quanti intereſt præterito tempore non uſurpatum fuiſſe, ut id ſibi rependat. *d. l. 5. hic. l. 12. ſi ſerv. vind.*

Cum ergò utraque hæc actio, ſit vindicatio, una ſervitutis, altera libertatis, durant eodem tempore, quo rei vindicationes; & ſic triginta annis, *vid. Iaſ. dubit. in d. §. æque. n. 39. l. 3. C. de præſcr. 30 ann.* tantum præſcribuntur.

Nec eam præſcriptionem, de jure civili mala fides inhibet; *vid. l. 3 4. 6. 7. 8. C. d. t. Bart. n. 3. Caſt. n. 6. & Dd. in l. ſequitur. §. viam. de uſucap. Felin. rubr. de præſc. n. 18. & in c. fin. n. 6. eod. Socin. jun. conſ. 145. n. 65. vol. 1. & alios.* cum abſque reſpectu poſſidentium, neque conſiderato, utrum bonæ malæve fidei ſint, tantum in odium agere negligentium ſit inducta.

Cta. l. ult. C. de ann. exc. Bart. & Dd. in l. cum notiſſimi. C. de præſcr. 30 ann.

Iure Canonico aliud inductum volunt. *Canon. c. ult. de præſcr. Tiraq. de retract. conv. §. 1. Gl. 2. n. 20. com. op. teſt. Ant. Fabr. lib. 5. concl. 3.*

De Operis ſervorum.

TIT. VII.

Legatis, vel conceſſis operis ſervorum, & fructus, *l. 4. hic.* & uſusfructus effectu conceſſus intelligitur. *l. 5. hic.*

Operæ tamen, cum in actione hominis conſiſtant, neque ſint in rerum natura priuſquam præſtantur; *l. 9. de oper. lib.* nec capitis diminutione, nec morte ejus cui debentur, *l. 2. de uſufr. leg. Bald. & Dd. in Rubr. C. de uſufr.* neque non utendo, *l. 2. hic.* (ut uſus-fructus) amittuntur.

Vt igitur dominium non extinguitur primo domino moriente, ſed tranſit ad ejus heredes: ita & legatarius ad ſucceſſores ſuos operarum legatum tranſmittit: quæ operæ præſtandæ erunt, donec is à quo ſunt edendæ, fuerit ſuperſtes: ejus morte finiuntur. *arg. l. 34. de oper. lib. l. un. §. 9. C. de caduc. toll.*

Quæ de operis ſervorum diximus, & in operis aliorum animalium obtinent. Quippe & ceterorum animalium operæ dici poſſunt. *l. 5. uſufr. quem. cav.*

De uſu & habitatione.

TIT. VIII.

Uſus; eſt jus alienis rebus utendi, ſalvâ earum ſubſtantiâ. *§. 1. Inſt. hic. l. 1. & 2. ff. eod.*

Conſtituitur ſine fructu, ut quis utatur re ad ſuas neceſſitates, non verò fruatur ad utilitatem, *l. 1. l. 14. §. 1. l. 12. hic.*

Iiſdem omninò modis, quibus uſusfructus, conſtitui ac deſinere ſolet. *d. l. 1. in pr. Inſt. eod.*

Digitized by Google

Sed non conſtituitur ſemper ad eundem modum. Nec enim ſicut uſusfructus, ita & uſus pro parte conſtitui poteſt; quia eſt individuus, ſicuti cæteræ ſervitutes omnes, excepto uſufructu, qui dividuus eſt. *l.* 1. §. 9. *ff. ad leg. Falcid. l.* 3. §. *ult. ff. de uſufr. l.* 3. *in princ. ff. uſufr. quem. cav. l.* 25. *ff. quib. mod. uſufr. amitt. l.* 16. *ff. fam. erciſc. l.* 13. §. 1. *ff. de uſufr. leg.*

Vſu ædium legato, habitare cum conjuge, & familia, parentibuſque, & inquilinum quoque recipere, dum ipſe inhabitat, uſuarius poteſt. *l.* 2. 3. 4. §. 6. 7. *hic.*

Locare verò ſeorſim, aut concedere habitationem ſine ſe, aut uſum vendere, permiſſum non eſt. *l.* 8. *l.* 10. *in fin. eod.*

Vſus nomine, aliquando & fructus continetur; quoties ex verbis teſtatoris, vel rei natura, vel conditione legatarii, fieri id oportere ratio ſuadet. *l.* 22. *hic.*

Licet uſuarius uſum alii concedere nequeat: tamen fructus, quos ad uſum & neceſſitates ſuas percepit, ſi velit, vendere poterit. *arg. l.* 12. §. *fin. cum l. ſeq. hic.*

Vſus pars legari nequit. Frui enim pro parte poſſumus, uti pro parte non poſſumus. *l.* 19. *hic.*

Ratio differentiæ eſt duplex. Prima, Quod ut ipſi fructus diviſionem admittunt, ita & effectu Vſusfructus: at Vſus (cum ad victum quotidianum, neceſſitateſque vitæ tolerandas, referatur) ſub partitionem non cadit: quia partim vivi nequit. Altera, Quod uſusfructus, licet formaliter in jure conſiſtat, materialiter tamen conſiſtit in fructibus; qui cum ſint corporales, dividui quoque ſunt. Vſus autem totus conſiſtit in utendo, quod meri facti eſt. Facta verò omnia ſunt individua. *l.* 2. §. 4. *ff. de oblig. act.*

Habitatio, eſt jus habitandi in ædibus alienis vel per ſe, vel per alium, ſalvâ earum ſubſtantiâ. §. *pen. Inſt. hic.*

Habitatio & uſus ædium, idem effectu ferè ſunt. *l.* 10. *hic.*

Differt ab uſu, quod hic in jure, habitatio verò

in facto conſiſtat. Vndè nec capitis diminutione, nec non utendo, quemadmodum uſusfructus, & uſus, amittitur. *d. l.* 10.

Morte habitatio corrumpitur: quoniam perſonalis eſt: & factum ejus cui competit, (videlicet Inhabitationem,) omninò requirit.

Eaque de cauſa olim nonnullis Iuriſconſultis viſum fuit, habitationem alteri non poſſe locari, aut quoquo modo cedi. *d. l.* 10.

Sed poſtea Iuſtinianus, aliorum ſententiam ſecutus, *l.* 1. *commod.* locandi facultatem conceſſit. *l.* 13. *C. de uſufr. & habit.*

Dominus proprietatis, cauſam habitantis, aut uſuarii, nullo modo debet facere deteriorem: quod facit etiam re in meliorem ſtatum commutatâ. *l. fin. hic.*

Si plus utatur uſuarius quam oportet, officio judicis continetur, ne aliter quam debet utatur: *l. pen. in fin. h. t.* Id eſt, tanquam bonus paterfamilias; *l.* 15. §. 1. *hic.* & ita ne utendi fines excedat.

Vſufructuarius quemadmodum caveat.

TIT. IX.

HAc de cauſa rectè à Prætore proviſum eſt, ut legatarius, vel is cui alio modo conſtitutus eſſet uſusfructus, aut uſus, de utroque caveret: & uſurum ſe boni viri arbitratu: &, cum uſusfructus ad eum pertinere deſiiſſet, reſtituturum quod indè extabit. *l.* 1. *pr. hic. Paul. lib.* 3. *ſent.* 6.

Duas cauſas habet hæc ſtipulatio: unam, ſi aliter quis utatur, quam vir bonus arbitrabitur: id eſt, ſi non percipiat boni viri arbitratu, & deteriorem cauſam uſusfructus faciat, cæteraque non faciat, quæ in re ſua faceret: *d. l.* 1. §. 3. aliam de uſufructu reſtituendo.

Earum prior toties committitur, quoties aliter quis utitur, quam uti debet.

Sequens verò committitur, finito demum uſufructu. *d. l.* 1. §. *penult.*

Rectè facient heres & legatarius, ſi qualis res

ſit, cum frui incipit uſufructuarius, in teſtatum redigant: undè apparere poſſit, an, & quatenus, pejor facta ſit. *d. l.* 1. §. 4.

Hac ſtipulatione etiam continetur, dolum malum abeſſe abfuturumque eſſe. *l.* 5. *hic.*

Quæ clauſula Doli cum ſtipulationi huic adjicitur & inſeritur, concipienda eſt in rem & impetſonaliter, non in aliquam perſonam certam; his ſcilicet verbis, *Dolum malum abeſſe abſuturumque eſſe*: ut ſcilicet non ſolus promiſſoris & fructuarii dolus ſtipulatione contineatur, ſed omnium ejus ſucceſſorum. *d. l.* 5. *Ant. Fab. ibid. in rational.*

Si habitatio, vel operæ hominis, vel cujus alterius animalis, relictæ fuerint, licet per omnia hæc uſumfructum non imitentur, nihilominus tamen cogendus eſt cavere. *l.* 5. *l.* 6. *hic.* Quia in hoc ſaltem imitantur; cum in hujuſmodi legatis omnibus eadem juris & æquitatis ratio militet; quod per legatarium nunquam deteriorem fieri cauſam proprietatis oporteat; quoniam id contra teſtantis voluntatem ſit futurum; qui non niſi uſumfructum, vel uſum, vel habitationem, vel operas ſervi aut alterius animalis legavit, proprietatem verò heredi ſalvam eſſe voluit. *Ant. Fab. in ration. ad d. l.* 5. §. *fin.*

Cautio, non de nuda promiſſione intelligitur, *ut in l.* 3. *C. de V. S.* ſed datis fidejuſſoribus, *l.* 4. *ubi Gl. C. de uſufr. l.* 1. *qui ſatiſd. cog.* ſiquidem haberi poſſunt.

Si verò nec fidejuſſoribus, neque pignoribus, ob inopiam, cavere uſufructuarius queat, æquius eſt eum ad juratoriam cautionem admitti. *Auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cler. Cyn. Bald. in l.* 4. *C. de uſufr. Diſp. Bart. in d. l.* 4.

DI-

DIGESTORUM
LIBER VIII.

De Servitutibus.

TIT. I.

EGimus ſuperiore libro de ſervitutibus perſonalibus; ad reales (quæ propriè ſervitutes dicuntur. *rubr. hic.*) tranſeamus.

Dicuntur reales; quia licet & hominum cauſa mediate comparatæ ſint; ut alia jura; hoc tamen reſpectu maximè conſtituuntur & prædiis debentur.

Servitus realis, eſt jus agendi, habendive aliquid in prædio alieno ad ſui prædii utilitatem, quod jure communi agere, habere, non licet.

Sine prædio, & quidem alieno, conſtitui, aut eſſe nequit: *l.* 8. *l.* 15. *hic. l.* 1. *com. præd.* Res enim ſua nemini ſervit. *l.* 26. *de ſerv. præd. urb. l.* 33. §. *fin. de ſerv. ruſt. præd.*

Nec conſtituitur de eo quod nihil intereſt; neque utilitatem prædio dominanti præſtat. *d. l.* 15.

Hinc, non continua, *l.* 6. *ff. com. præd.* ſed vicina debent eſſe Prædia, in quibus ſervitus conſtituitur: cæteroquin nihil intererit ſervitutem imponi. *l.* 38. *cum l. ſeq. de ſerv. præd. urb. l.* 7. §. *fin. de ſerv. ruſt. præd.*

Vndè etiam eſt, quod ut pomum decerpere liceat, ut ſpaciari, ut cœnare in alieno quis poſſit, ſervitus prædialis imponi nequeat: *l.* 8. *hic.* Quoniam hæc magis ad voluptatem hominis, quam ad veram prædii utilitatem, comparantur.

Sanè quamvis revera nullam utilitatem ſervitus apportet, tamen ſi conſtituentes illam fore utilem exiſtiment, veluti ſi aquam alicui ducere non expediat, ſervitus ea utilis erit. *l. ei fundo.* 19. *hic.*

Conſtituuntur ſervitutes pactionibus & ſtipulationibus inter vivos, & ultimis voluntatibus, ab bis

Digitized by Google

his qui jus conſtituendi habent. *l.19. l.16. com. præd. §. fin. Inſt. hic.*

Acquiruntur hodie (non olim. *l.10. §. hoc jure. de uſucap.*) exemplo rerum immobilium, præſcriptione longi temporis, *l. fin. C. de præſcr. long. temp. l.2. C. de ſervit.* Quando ſcilicet cum titulo poſſidentur. *Cyn. Caſtr. in d. l. 2. per d. l. fin.*

Quando verò ſine titulo, ſcientiâ & patientiâ domini opus eſt, *d. l. 2. C. de ſerv.* quæ ſit loco tituli; *l. 10. ſi ſerv. vind.* ad uſucapionem longi temporis complendam: Nam ad præſcriptionem longiſſimi temporis, ſeu triginta annorum, complendam, neutro eſt opus. *Capol. de ſerv. urb. præd. c. 20. per doctrinam Caſtr. in d. l. 2.*

Quoad conſtitutionem ſervitutis, differunt promiſſio, & conſtitutio.

Promiſſio perſonam tantum obligat; & diem & conditionem recipit. *Capol. de ſerv. urb. præd. cap. 22. per l. 4. §. 1. hic. l. 29. de ſerv. urb. præd.*

Conſtituitur ſervitus non aliter quam patientia domini, qui fundum ſervientem poſſidet, & uſu ejus cui ſervitus conſtituta. *l. fin. hic.*

Quod factum patientiæ, præſentaneum ut ſit, neceſſe eſt, quo prædio ſervitus imponatur.

Nec recipit ſervitus diem aut conditionem. *l. 4. hic.*

Habet enim ſuâ naturâ cauſam continuam. *l. 28. de ſerv. præd. urb.*

Quæ natura, ſeu potentia, quandocunque libet, utendi, magis conſideratur, quam continuitas actus. Sufficere enim debet, poſſe quem uti, & actum ſervitutis ſemper poſſe exiſtere. *d. l. 28. vid. Alex. conſ. 16. in cauſa. n. 13. vol. 5.*

Modus ſervitutibus adjici poteſt; veluti quo genere vehiculi agatur, &c. *l. 4. §. 1. cum l. ſeq. hic.*

Nec enim modus facit quo minus ſervitus ſit ſimplex, continua, & perpetua; ſed uſum tantum ſervitutis definit, ac certis legibus moderatur.

Servitutum non ea natura eſt, ut quis aliquid faciat; *l. 15. §. fin. hic.* ſed ut patiatur, aut non faciat aliquid, idque principaliter.

In

In conſequentiam aliquando quid facere quod prædio utile eſt, cogitur, vel natura ſervitutis, vel pacto contrahentium id poſtulante. *l.6.§.2.l.8.§.2. ſi ſerv. vind.*

Natura ſervitutes (ut dictum) ſunt perpetuæ, & continuam habent cauſam: *d.l.28.* non ſemper poſſeſſionem. *l. 14. in pr. hic.*

Diviſionem non recipiunt.

Vndè pro parte neque legari, nec adimi via poteſt, nec pro parte dominii acquiri. *l. 11. hic.*

Servitus in toto fundo tota eſt, *l.9.hic.* & tota in qualibet ejus parte. *l. 6. hic.*

Hinc & in parte fundi tota ſervitus retinetur. *l.8. §. fin. hic.* Licet enim ſervitus non poſſit acquiri pro parte, nec ſervitutis ſtipulatio fieri, *l. 11. hic. l. 15. ff. com. præd.* poteſt tamen acquiſita in totum pro parte retineri, quia facilior eſt retentio, quam acquiſitio: *l. pen. ff. de verb. oblig. l. 1. ff. de pignor.* & ſervitus jam conſtituta cœpit afficere totum prædium & conſequenter quamlibet ejus partem; *l. 13. §. 1. inf. de ſervit. præd. ruſtic.* & confuſio alterius partis non poteſt effectum cauſâ ſuâ latiorem inducere. *l.16.ff.de acq.rer.dom.l.34.ff.de ſerv.præd.ruſt. l. 30. ff. de ſerv. præd. urb.*

Servitutes per ſe non poſſunt poſſideri: ſed poſſeſſionem earum habere intelligitur is, qui prædium poſſidet. *l. 32. §. fin. de ſerv. urb. præd.*

De Servitutibus urbanorum prædiorum.

TIT. II.

PRædium, àliud eſt Vrbanum, (nempe ædificium habitandi vel urbani alicujus uſus, vel voluptatis, cauſâ ubicunque extructum:) aliud Ruſticum, id eſt, quodvis aliud prædium, ut ager, area, ſtabulum, ab ædificio ſeparatum, & agriculturæ gratiâ exſtructum, ſive in civitate, ſive in agro. Non enim loco, ſed qualitate & materia prædia differunt. *l.1.in pr.com.præd.l.198.de V.S.§.1. Inſt. hic. l.16. C.de præd. minor. l.4.§.1. In quib. cauſ.pig. tac.conſt.*

Hinc

Hinc ſervitutum aliæ ſunt urbanæ, aliæ ruſticæ; id eſt, urbanorum, vel ruſticorum prædiorum. *l.* 1. *de ſervit.*

Vrbanorum prædiorum jura, *l.* 2. *hic.* ſunt: Inprimis, Ius altius tollendi, §. 3. *Inſt. de action.* præter uſitatum ædificandi morem. *l.* 26. *de except. rei jud.*

2. Altius non tollendi, cum vicino noſtro, contra naturalem libertatem, imponimus neceſſitatem, ne ædes ſuas ultra præſcriptam aliquam altitudinem extollat. *l.* 8. *C. de ſervit.*

Qui tamen viridaria, quæ nomine ædificii minime veniunt, ſuper eam altitudinem habere poterit. *l.* 12. *hic.*

3. Immittendorum luminum, quo, ut vicinus lumina noſtra excipiat, *l.* 4. *hic.* in parietem ſuum, aut communem, *l.* 40. *hic.* nec obſtruat, acquiſitum.

4. Ne luminibus officiatur ſervitute, hoc adepti maximè videmur, ne jus ſit vicino altius ædificare, & luminibus noſtris; *d. l.* 4. *l.* 15. *l.* 17. *hic.* ſive quæ nunc ſunt, ſive futuris, officere. Niſi diſertè cautum ſit de præſentibus, *Lumina quæ nunc ſunt, ut ita ſint. l.* 23. *hic.*

5. In ſervitute Ne proſpectui officiatur, *l.* 3. *hic.* id amplius eſt, nequid objiciatur ad minuendum proſpectum gratiorem, & liberum. *d. l.* 15.

6. 7. Eſt Stillicidii, id eſt, aquæ guttatim cadentis, vel Fluminis, id eſt, aquæ continuè fluentis, in tectum areamve vicini avertendi, vel Non avertendi (ut quia mihi utile ſit) ſervitus. *l.* 2. *hic.* §. 1. *Inſt. hic.*

8. Tigni immittendi eſt ſervitus, qua licet domino ædium, cui ea debetur, ex ædibus illis tignum immittere in parietem vicini, ut in eo requieſcat. *l.* 20. *hic.*

9. Projiciendi ſervitus eſt; ſi ſtipuler ut liceat mihi protendere aliquid, nimirum arceras, ſuper aream tuam, ut nuſquam requieſcant. *l.* 2. *hic. l.* 242. §. 1. *De V. S.*

10. Protegendi ſervitus eſt, licere tectum ſuum

Digitized by Google

ſupra alterius aream extendere, ad protegendas ab injuria pluviæ ædes.

Ejuſmodi protecta, ſuggrundæ & ſuggrundia vocantur. *l.* 5. §. *ait Prætor. ubi Budæus. de his qui dej. vel eff. t. t. de damn. inf.*

11. Oneris ferendi ſervitus eſt, ut paries aut columna aliena onus noſtrarum ædium ferat. *l.* 33. *hic.*

12. Cloacæ ſervitus, quâ cui licet ſordes in, aut per alterius ædes, derivare. *l.* 7. *de ſervit. l.* 1. *l.* 2. *de cloac.*

13. Foramen proluendi ſervitus eſt, hoc eſt, aquâ adhibitâ abluendi pavimenti cauſa in pariete conclavis. Modò ex cælo in locum illum aqua veniat; alioqui non eſt ſervitus. *l.* 28. *hic.* Quia ſervitutes perpetuam debent habere cauſam, *d. l.* 28. Si non actu, ſaltem habitu & aptitudine: ut Philoſophi loquuntur.

14. Eſt & Servitus poſitum non habendi quod quoquo modo prædio meo nocere poſſit. *l.* 17. §. 1. *ſi ſerv. vind.*

De Servitutibus ruſticorum prædiorum.

TIT. III.

RVſticæ ſervitutes ſunt, quibus ruſtica, vel urbana prædia, ruſticis prædiis ſerviunt: ut ſunt, Iter, Actus, Via, Aquæductus, *l.* 1. *hic.* aquæhauſtus, pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, calcis coquendæ, harenæ fodiendæ. *d. l.* 1. §. 1.

Iter, eſt jus eundi, ambulandi, hominis, non etiam jumentum agendi. *d. l.* 1.

Eundi non modò pedibus, ſed etiam ſella, aut lecticâ, aut equo. *l.* 7. *l.* 12. *eod.*

Competit ei ſoli, ad quem fundus cui ſervitus conſtituitur pertinet; nec (cum omnis locatio fiat ad tempus, quod ſervitutum naturæ repugnat) locare ſervitutem poteſt: *l.* 44. *locati.* quanquam per alios qui ejus nomine poſſident, ea uti poſſit. *l.* 20. *quem. ſerv. am. l.* 22. *quib. mod. uſuf. am.*

Actus

Digitized by Google

Actus, eſt jus agendi, vel jumentum, vel vehiculum. *l.* 1. *verſ. actus. hic.*

Itaque qui iter habet, actum non habet; qui actum obtinet, iter habere videtur. *d.l.* 1. *verſ. actus.* Nam in majori includitur id quod minus eſt.

Iumenti appellatione hic non tantum equus, *ut videtur velle l.*38. §.4.5.6. *ff. de Ædil. Edict. l.*6. 1. §. 1. *ff. de legat.* 3. *Paul.* 3. *ſent.* 6. ſed & bos venit. *ſec. Iſidor. lib.* 12. *cap.* 1. *& lib.* 17. *cap.* 17.

Via, eſt jus eundi, & agendi, & ambulandi. Nam iter & actum via in ſe continet. *d. l.* 1. *in pr. verſ. via.*

Itaque qui actum habet, tantummodò agere poteſt: trahere verò lapidem, aut lignum, haſtamque rectam, ferre non poteſt. Quæ omnia faciendi jus illi eſt, cui viæ ſervitus debetur. *d. l.* 7. *hic.*

Latitudinis modus in itinere actuque aut conventione conſtituentium, aut, ſi nihil convenit, per arbitrum determinatur. *l.* 13. §. 1. 2. *hic.*

Si de via nihil convenit, legitima latitudo debetur: *d. l.* 13. §. 1. quæ in porrectum octo pedes habet: in anfractum, hoc eſt, ubi flexum eſt, ſedecim. *l.* 8. *hic.*

Harum ſervitutum jus ita per omnem agrum diffunditur, ut omnes glebæ ſerviant, *d. l.* 13. §. 1. & per quamlibet fundi partem ire liceat. *l.* 21. *hic.* Quia quælibet pars fundi ſervientis, ſicut eſt fundus, *l.* 6. §. 1. *inf. com. præd. l.*6. *ff. de V. S.* ita eſt ſerviens. *l.* 3. §. 1. *l.* 21. *l.* 23. §. *ult. hic.*

Sed civili modo, & cum minimo ſervientis fundi detrimento, utendum eſt. *l.* 9. *De ſervit.*

Itaque aut convenire inter conſtituentes de modo itineris ſolet, aut, dato arbitro, iter determinari: & quam primum determinatum eſt, ſervitus inibi conſiſtit. Cæteræ partes agri ab uſu ſervitutis liberæ ſunt. *d. l.* 13. §. 1.

Aquæductus, eſt jus aquam (ſcilicet perennem; *l.* 1. §. 5. *l.* 2. *ff. de aqua quot. & æſt.*) ducendi per fundum alienum, *d.l.*1.*hic.* quatenus fundo dominanti opus eſt. *l. Imperatores.* 17. *l. ergò.* 5. §. 1. *in fin. hic.*

Sci-

Scilicet ſi ex flumine, fonte, publico ducatur; *l. 17. hic.* Sin ex privato, quatenus in ſervitutem deducta eſt aqua. Nempe tum non conſideramus modum & quantitatem prædii dominantis, ſed ipſius ſervitutis conſtitutionem. *l. 12. C. de ſervit. & aqua.*

Ducitur aqua, vel ex aqua publica, (quod cuivis licet; niſi ſit prohibitum ab eo qui jure poteſt, aut aqua illa ſit in uſu publico. *l. 2. de flum. l. 17. hic. l. 10. §. fin. de aq. pluv. arc.* Puta flumen ſit navigabile, aut ex eo aliud fiat navigabile. *l. 2. ff. de flumin. l. 41. ff. de aqua quot. & æſt.*) vel ex aqua privata; quod non licet; niſi conſenſu ejus cujus intereſt. *l. 8. de aq. pluv. arc. l. 2. C. de ſerv. per l. ult. C. de auth. præſt.* Id eſt, non tantum domini cujus ex loco oritur; *l. 6. C. de ſervit. & aqua.* ſed & ejus cui dominus jam antea ejuſdem aquæ uſum conceſſit. *l. 4. C. eod.* Pluribus enim aquæductus concedi poteſt, ut vel diverſis horis ac diebus aqua utantur; vel ſi omnibus ſufficiat, ſimul & eodem tempore; *l. 2. §. 1. & 2. l. 3. §. ult. hic.* modò conceſſio poſterior, ſine prioris fiat injuria, *l. 1. eod.*

Aquæhauſtus, eſt jus hauriendi aquam ex flumine, fonte, puteove privato, quatenus ad fundum noſtrum opus ſit. *l. 5. in fin. hic.*

Ex flumine publico etiam ſine ſervitute haurire licet. *l. 3. §. fin. hic*: Iter tamen ad illud cedi debet. *d. l. 3. §. fin.*

Ius pecoris ad aquam appellendi aut paſcendi, *d. l. 1. l. 3. l. 4. hic.* jus calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, cretæ lapidiſque eximendi, *l. 5. hic. l. 13. com. præd.* (ſcilicet ædificandi ejus gratia quod in fundo eſt. *l. 6. hic.*) Jus navigandi per perpetuum vicini lacum, *l. 23. §. 1. hic.* aliaque id genus. *l. 3. l. 29. hic. d. l. 13.* & inter ſervitutes ruſticorum prædiorum computantur.

Quæ ſi perſonæ conſtituantur ad ejus uſum, perſonalia ſunt, *l. 12. l. 22. l. uſus. de uſuf. & hab. l. pen. l. 37. hic. l. quidam. ubi Bart. & Dd. de alim. leg.* nec in heredem tranſmittuntur. *d. l. uſus. l. 5. l. 37. hic.*

Digitized by Google

Communia prædiorum, tam urbanorum, quam ruſticorum.

Tit. IV.

Communia utrique ſervitutum generi ſunt.

1. Quod fundum ſequantur, & per alienationem tranſeant. *l. 12. hic.*

Sunt enim ſervitutes jura prædiorum, *l. 1. §. ult. ff. de rer. div.* Ea autem nihil aliud ſunt, quam prædia ipſa qualiter ſe habentia; *l. 86. ff. de verb. ſignif.* Ac proinde neceſſe eſt, ut ſervitutes ſequantur fundum in quemcumque tranſeant poſſeſſorem; niſi aliud ſit dictum: quia alienatio fit ſemper cum ſua cauſa. *l. 23. §. 1. ſup. tit. prox. l. 67. ff. de contr. emt. l. pen. ff. de evićtion.*

2. Quod conventionibus & teſtamento conſtituuntur. *l. 16. hic.*

3. Quod unuſquiſque eas ſuo tantum fundo imponere vel acquirere poteſt; Non alieno. *l. 8. hic.* Quia nemo alteri ſtipulari poteſt. *l. 11. ff. de oblig. & act. l. 38. §. alteri. ff. de verb. oblig. d. l. 8.*

4. Duorum prædiorum dominus alteri, quod tradit, ſervitutem poteſt acquirere vel imponere. *l. 3. 5. 6. 7. eod.*

5. Quod rebus humano juri exemptis, vel publicis, ſervitutes ullæ imponi nequeant. *l. 4. l. 12. eod.*

6. Si per hereditatis aditionem ſervitutes confuſæ ſunt, hereditate venditâ reſtituuntur: quia id agitur, ut emptor heres extitiſſe videatur. *l. 9. hic.*

7. Conceſſâ ſervitute, intelliguntur & ea conceſſa, ſine quibus ſervitute uti integrum non eſt: Ideò (cum refectio ad eum pertineat, qui ſervitutem ſibi deberi aſſerit. *l. 6. §. etiam. ſi ſerv. vind.*) refectionis gratia etiam ad ea loca quæ non ſerviunt is accedere poterit. *l. 11. hic.* Sed non niſi quatenus neceſſe eſt. *d. l. 11. l. 5. in fin. l. 6. ſupr. tit. prox.*

8. Vni

8. Vni loco plures ſervitutes imponi poſſunt, ſi prior à poſteriore non impediatur. *l.* 15. *hic. l.* 1. §. 1. *l.* 14. *de ſerv. prad. ruſt.*

Si Servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

Tit. V.

Communes omnibus ſervitutibus etiam ſunt actiones in rem, Confeſſoria & Negatoria. *l.* 2. *l.* 6. §. 3. *hic.*

Illa eſt vindicatio ſervitutis: *l.* 9. *de oper. nov. nunc.* Hæc libertatis, ſervitutemque deberi negat. *Gl. verb. jus. & altius. in* §. *aque. Inſt. de act.*

Vtraque eſt civilis, *d.* §. *aque.* ſpecialis, & perpetua, *l.* 3. *in pr. C. de praſcr.* 30 *an.* in rem, *l.* 2. *com. prad. l.* 6. §. 3. *hic.* petitorii judicii, *d. l.* 6. §. 1. arbitraria, *l.* 7. *hic.* alia directa, *l.* 1. 2. 4. *eod.* alia utilis. *l.* 16. *de ſerv. l.* 20. §. 2. *de ſerv. urb. prad.*

Confeſſoria, competit domino prædii dominantis, qui ſervitutem ſuam eſſe intendit; *l.* 2. §. 1. *hic.* aut aliis qui jus in re habent cujus nomine vindicare poſſint: *l.* 16. *de ſerv. l.* 9. *de oper. nov. nunc.* ut ſuperficiario, *l.* 1. §. *ult. ff. de ſuperfic.* uſufructuario, *l. un.* §. 1. *ff. de remiſſion.* bonæfidei emtori, *l.* 18. *ff. de pignor.* creditori, *l.* 16. *ff. de ſervit. l.* 11. §. 1. *ff. de Publ. in rem act.* Sed his tantum utiliter.

Negatoria, domino prædii ſervientis, *l.* 2. *hic. Iaſ. & Dd. in d.* §. *aque.* qui deberi ſervitutem negat, datur.

Is de jure ſuo probare debet, *l. priusquam. de oper. nov. nunc.* Nempe ſecundum Weſemb. *hic.* Ciſner. *in interpr. l.* 15. *ff. de oper. novi nunciat.* quod fundus ſervire deſierit: *l.* 28. *de ſervit. ruſt. prad. l.* 21. *de ſerv. urb. prad. l.* 4. § *ult. de uſucap.* Secundum alios tantum probat gravamen prætenſum; Reus ſervitutem, ſi velit obtinere. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. *C. de ſervit. & aqua. l.* 8. §. 3. *hic. vid. Fachin.* 11. *contr.* 56. *Ant. Fab. in C. h. t. defin.* 8. Vel ædes quibus ſervitutem debet Sempronianæ, non Seianæ ſint. *l.* 4. §. 7. *hic,* Quia

Digitized by Google

qui agit negatoria, non negat ſemper abſolute ædes ſuas ſervitutem debere; ſed negat debere ædibus adverſarii.

Servitutem communis prædii unus ex ſociis aut confiteri, aut negare poteſt. *l.* 11. *l.* 14. §. 1. *l.* 19. *hic.*

Vnicuilibet enim, & adverſus unumquemlibet ſociorum, actio in ſolidum competit. cum ſolida & tota ſervitus debeatur, & toti fundo, & omnibus fundi partibus. *l.* 4. §. 3. *eod. l.* 6. §. 1. *quem. ſerv. am.*

Confeſſoria non tantum adverſus dominum prædii, qui ſervitutem deberi negat, ſed adverſus omnem omninò qui eam impedit, datur. *l.* 10. §. 1. *hic.*

Item Negatoria adverſus quemlibet indebitum ſibi ſervitutis jus uſurpantem.

Haſce in actiones veniunt quoque fructus, *l.* 6. §. 1. *hic.* ex tempore litis conteſtatæ: *arg. l.* 2. *ff. de uſur. l.* 20. *ff. de rei vind. junct. l.* 15. *ff. rem rat. hab. l.* 25. §. *ſi ante. ff. de petit. hered.* & ſi quid intereſt, actoris ſervitutem, aut non fuiſſe impeditam. *l.* 4. §. 2. *hic*, aut non uſurpatam. *l.* 4. §. 2. *l.* 6. §. *pen. hic.*

Continetur & officio judicis, jubere ut in poſterum caveat reus de jure agentis non imminuendo, aut impediendo. *l.* 7. *l.* 12. *hic. l. un. C. uti poſſid.*

Licet enim regulariter ad arbitrium judicis non pertineat futuri temporis tractus, aut tractatus; *l.* 1. §. 1. *ff. de uſur.* tamen cum in actionibus confeſſoria & negatoria, cautio quæ arbitrio judicis irrogatur, loco rei ſit, *l.* 7. *hic.* & cautio non præſtetur niſi de futuro; *d. l.* 7. *l.* 21. *in fin. l.* 57. *l.* 69. *ff. de rei vind. l.* 22. *ff. de ſerv. præd. urb. l.* 13. §. *cum igitur. ff. de uſufruct.* meritò hic admittitur.

Quemadmodum ſervitutes amittuntur.

TIT. VI.

SErvitutes prædiales morte, aut capitis diminutione, non pereunt; *l.* 3. *hic.* ſed ſalvo prædio, ſalvæ integræque perdurant.

Ex-

Extinguuntur 1. Confuſione, id eſt, ſi idem utriuſque prædii dominus eſſe cœperit in ſolidum, *l.* 1. *hic.* ſi pro parte, & ſervitutem totam retinebit. *l.* 8. §. 1. *de ſerv.*

2. Permiſſione actus contrarii ſervituti. *l.* 8. *hic.*

3. Rei interitu. *l.* 14. *hic.* puta totali, non partis. *l.* 20. §. 2. *ff. de ſerv. præd. urb.* *l.* 13. *pr. ff. de ſer. præd. ruſt.*

Viâ tamen publicâ vi fluminis amiſsâ, vicinus proximus eam reſtituere tenetur. *d. l.* 14. *in fin.*

4. Si heres prædio ſub conditione legato ſervitutem impoſuerit, extinguitur ea, legati conditione exiſtente. *l.* 11. §. 1. *hic.* *l.* 105. *de cond. & dem.*

5. Non utentis negligentia amittitur decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes. *l. pen. C. de ſerv.* Idque ſimpliciter ratione ruſticarum ſervitutum; ratione urbanarum, ſi libertatis acceſſerit uſucapio. *vide l.* 6. *ff. de ſerv. urb. præd.*

Si ita ſit conſtituta aqua, ut vel æſtate tantum ducatur, vel alternis annis, aut menſibus, duplicato conſtituto tempore, nempe viginti annis inter præſentes, quadraginta inter abſentes, amittetur. *l.* 7. *hic.* *l. fin. C. de ſervit.*

Neceſſitas tamen qua quis ſervitute uti prohibetur, ut ſemper aliàs, *l. un.* §. 1. *ubi Gl. de off. conſ.* ita & hic excuſationem habet. *l.* 14. *hic.* *l.* 34. *in fin. cum l. ſeq. de ſerv. præd. ruſt.*

Libertas non amittitur non utendo, niſi fuerit interpellata. *l.* 18. *in fin. hic.*

DIGESTORUM
LIBER IX.
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.
TIT. I.

POſt judicia realia ſequuntur perſonalia; quæ, quando nec ex contractu, neque ex maleficio dentur, naturam realium induunt.

Ex his vetuſtiſſima eſt de Quadrupede actio, prodita lege 12 Tabularum: Quæ lex voluit; *aut dare id quod nocuit, id eſt, id animal, quod noxiam commiſit: aut æſtimationem noxiæ offerre. l. 1. hic.*

Pauperies, eſt damnum ſine injuria facientis datum. Nec enim poteſt dici animal injuriam feciſſe, quod ſenſu caret; *d. l. 1. §. 2.* ſcilicet rationis, ex qua jus æſtimatur; *l. 39. ff. de legib. l. 32. inf. tit. prox.* ex hoc a. injuria. *l. 1. ff. de injur.*

Itaque, tum hæc actio locum habet, cum commota feritate contra naturam ejus generis communem, nocuit quadrupes. *d. l. 1. §. 3. cum §§. ſeqq.*

Si in cuſtodia negligentius aſſervata, damnum dederit, non hac actione, ſed ex Ædilitio Edicto, dominus convenitur. *l. 40. cum ll. ſeqq. de ædil. edict.*

Si culpâ alicujus, vel inſtigatu, pauperiem fecit, hac actione ceſſante, damni injuriæ ex Lege Aquilia, cum eo qui in culpa eſt, agetur. *d. l. 1. §. 4. verſ. quodſi propter.*

Datur hæc actio adverſus dominum quadrupedis, non cujus fuerit cum noceret, ſed cujus nunc eſt cum agitur. *d. l. 1. §. 10.* Noxa enim caput ſequitur. *eod. §. 10.*

Si plurium ſit animal, adverſus ſingulos in ſolidum erit noxalis actio, ſicuti in homine. *d. l. 1. §. 12.*

Ad

Digitized by Google

Ad id, ut vel damnum reſarciat, vel animal noxæ dedat. *d. l. 1. in pr.*

Condemnabitur tamen in ſolidam damni æſtimationem, ſi in jure interrogatus, an ſua ſit quadrupes, falsò reſpondeat ſuam non eſſe. *d. l. 1. §. 13.*

Si animal non quadrupes pauperiem fecerit, actio utilis competit, non directa, ceſſantibus legis verbis, quæ nominatim de quadrupede loquitur. *l. 1. §. 2. l. pen. hic.*

Ad Legem Aquiliam.

Tit. II.

De damno injuria dato ex lege Aquilia eſt actio.

Cujus legis tria ſunt capita.

Primo capite is qui alienum mancipium vel pecudem injuriâ occidit, in tantum condemnatur, quanti id eo anno, retrorſum computato, plurimi fuit. *l. 2. hic.*

Pecudum appellatione ſignificantur quadrupedes, quæ gregatim paſcuntur; ut oves, boves, equi, ſues, capræ, muli, aſini, elephanti, cameli; non aliæ feræ beſtiæ, nec canes. *d. l. 2. §. 2. hic.*

Injuriam hic accipe, quod non jure factum eſt; *l. 1. de injur.* hoc eſt, ſi contra jus & per culpam, etiam leviſſimam; *l. 30. §. 3. l. 44. hic.* quis occiderit, etiamſi nocere noluit. *l. 5. §. 1. hic.*

Vbi injuria deeſt, legi Aquiliæ locus non erit.

Vt, ſi quis adgredientem ad ſui defenſionem, vel rerum ſuarum tutelam, læſerit. *l. 3. 4. 5. l. 45. §. 4. hic.*

Neque tamen ſufficit alterum cauſam rixæ dediſſe. Nam quomodocunque defenſionis modus excedatur, ſemper injuriâ damnum fit: *l. 45. §. 4. l. 52. §. 1. hic.* & proinde civili huic actioni locus eſt, etiamſi in criminalibus judiciis provocato, & modum excedenti parci, pœnaque mitigari ſoleat. *vid. Jaſ. in l. 1. ff. de leg.*

Magiſtratus qui non ex lege, neque jure, aliquem damno afficit; hac lege tenetur; *l. 29. §. pen. hic.* &

ejus illicitis juſſis parentes, damnum injuriâ inferunt. *vid. Bald. in d. l. 29. §. pen. Dec. in l. 167. §. qui juſſu. de R. I.* Nè unde jura naſcuntur, inde proficiſcatur injuriarum occaſio. *l. 6. C. unde vi. junct. l. 13. §. 1. & 2. ff. de injur. l. 15. §. ſi publicus. ff. de damn. inf. l. 3. ff. quod met. cauſ.*

Dat actionem lex domino, *l. 11. §. 6. hic.* ſoli; non ei cujus intereſt; ut commodatario, creditori, *d. l. 11. §. 3.* directam ex verbis legis: utilem verò ex interpretatione & aliis præſtari, cœptum eſt: ut uſufructuario, uſuario. *d. l. 11. §. fin. l. 12. hic.* Quia uterque quodammodò domini procurator eſt. *l. 1. §. ult. ff. de oper. nov. nunc.*

Vndè liber homo, ſi illi ſit nocitum, directam actionem non habet, (quia non eſt dominus rei læſæ: Debet enim inter Dominum, & eam rem quæ in alicujus dominio eſt, realis eſſe diſtinctio.) ſed tantum, ex ſententia legis, utilem. *l. 13. hic.*

Quam in actionem impendia in medicos facta; & quicquid lucri interverſum, aut damni per vulnus ac cædem datum eſt, venit: *l. 1. §. hæc autem. l. fin. de his qui effud.* non autem ipſius corporis liberi hominis æſtimatio. *d. l. fin. Gl. in l. 7. §. 4. in verb. gloria. hic.*

Datur adverſus omnes qui ſuo corpore damnum dederunt. Lex enim Aquilia occidentis factum requirit.

Nam ſi alio modo necaverint, utilis, in factum actio, ex interpretatione legis, competit. *§. fin. Inſt. hic. l. 9. §. 2. hic.*

Adverſus mandantem non datur. (Quia corpore ſuo damnum non dedit;) niſi jus imperandi habuerit. *l. 37. eod. l. 169. de R. I.* Quia is damnum dat, qui jubet dare. Culpa verò caret qui parere habuit neceſſe. *l. 163. §. 1. l. 169. ff. de R. I. l. 10. §. ult. ff. de his quæ ut indign. l. 13. ff. ad l. Falcid.*

Adverſus confitentem dirigitur in ſimplum; contra fraudulenter, non juſto errore, *Nov. 18. c. 8.* negantem, ad vindictam mendacii, in duplum. *l. 2. l. 23. §. 10. ff. l. 4. C. hic.*

Æſti-

Digitized by Google

Æſtimatur autem omne quod ullo modo intereſt. *l.* 21. *cum ll. ſeqq. ff.* §. *illud. Inſt. hic.*

Quo verbo comprehenditur non modò damnum datum, ſed & quod conſequi potuimus, aut erogare cogimur. *l.* 33. *l.* 23. §. 6. *hic.*

Ideóque, quamvis heredi, cæteriſque ſucceſſoribus, hæc actio detur; quia ex parte agentis eſt rei perſecutoria, & damnum reſarciri poſtulat: tamen in heredem non tranſit, niſi fortè ex damno locupletior ſit factum. *d. l.* 23. §. 8.

Secundum hujus legis caput, nec extat, nec eſt in uſu. *l.* 27. §. 4. *hic.* Cujacius *in par. C. hic.* putat de intercepta aliqua utilitate fuiſſe. Sed, ut inquit Ant. Faber *ad l.* 27. §. 4. divinare facile eſt, bene divinare difficile.

Tertium eſt de omni alio damno, præter mancipium, aut animal, quod pecudum numero ſit, occiſum.

Ex hoc capite ſimiliter dolus vel culpa punitur: *l.* 30. §. *fin. hic.* ſed res tanti æſtimatur, quanti plurimi fuit eo menſe, retrorſus computato. *d. l.* 27. §. 5. *&* §. 6. *l.* 29. §. *ult. l.* 30. §. 3. *hic.*

Culpa eſt, cum quod diligenter provideri poterat, non eſt proviſum. *l.* 30. *eod.* Nam in lege Aquilia & leviſſima culpa venit. *l.* 44. *hic.* Quia non aliter quis Lege Aquilia non tenetur quam ſi nulla ejus culpa interveniat. §. 3. *Inſt. hic.* Aliqua autem culpa eſt quæ leviſſima. Excipiendus tamen eſt caſus *l.* 34. §. 1. *verſ. ſed damnum. ff. de acquir. rer. dom.* ſi liber homo bona fide mihi ſerviens damnum dederit. Culpam enim ab eo exigere debemus graviorem, nec tam levem quam ab extraneo. *Sic enim ibi legendum eſt, non, ut vulgo, non tamen. Ant. Faber ad d. l.* 44.

Si plures vulneraverint, nec ictus quo occiſus, diſcerni poteſt, omnes tenebuntur de occiſo, etiam tota quandoque univerſitas: *vid. Bart. in l. aut facta.* §. *nonnunquam. n.* 3. 4. 5. *de pæn.* Niſi ipſi inter ſe certò deſignare eum qui fecit poſſint: *Gl. in l. ſi in rixa.* 17. *ad l. Corn. de ſic.* & is tum tenebitur de occiſo, cæteri de vulnerato. *l.* 11. §. 2. 3. *hic.* Nam

ictus cujuſque, in hoc collectorum contemplari oportet; *l. ult. ff. ad leg. Corn. de ſicar.* ut pro varietate ictuum pœna conſtituatur. *Gothofr. ad d. l. ult.*

Cum plures in rixa ſe mutuò vulnerant, nec conſtat uter provocaverit, delicta ſolent mutuâ compenſatione tolli. *l. 45. §. 3. hic. Gl. & Bart. in l. 1. §. cum arietes. ſi quadr. paup. fec.* Scilicet ubi par omnium eſt culpa; & quoad Legis Aquiliæ, non criminalem, actionem.

Qui damnum in rebus inanimis infert, & hac actione tenetur. *l. 27. §. 18. cum ſeq. l. 40. cum ll. ſeqq. hic.*

Vt autem ex primo; ita etiam ex iſto capite utiles actiones, de ſententia legis, dantur, ut libero homini ſuo nomine; *d. l. 37. hic.* cum res non corrupta, ſed conſumpta plane eſt: *l. 30. §. 2. eod.* cum quis non ſuo corpore damnum dedit, ſed occaſionem damni præſtitit; Quæ quidem actio utilis in factum aliquando nominatur. *l. 14. de praſc. verb. l. 9. §. 1. l. 7. §. 3. l. 11. §. ſi alius. l. 27. §. 21. l. 29. §. pen. hic.*

Quanquam propriè illa dicatur actio in factum ſubſidiaria, quæ datur propter damna Lege Aquiliâ non comprehenſa: *l. 33. in fin. hic.* ut ſi ſervum meum, aut animal compeditum ſolveris, ut fugeret. *§. fin. Inſt. eod.*

De his qui dejecerint, vel effuderint.

TIT. III.

Dat Prætor actionem in factum adverſus eum, ex cujus habitatione aliquid ſolidum dejectum, vel liquidum effuſum eſt, quod alteri nocuit. *l. 1. hic.*

Non datur in dominum ædium. Niſi & ipſe in eadem domo habitet. *l. un. ff. furt. adv. naut. caup. ſtab.* Culpa enim penes habitatorem eſt; *d. l. 1. §. 4.* vel quia dejecit, vel quia ne ſui dejicerent curæ non habuit.

Suorum enim unuſquiſque culpam præſtat. *l. 5. l. pen. §. fin. hic.*

Hoſpes

Hoſpes qui pauliſper alicubi hoſpitatur, non tenetur, ſed is qui hoſpitium dedit. *d. l.* 1. §. 9.

Huic tamen ex æquitate in verum dejectorem actio vel in factum utilis & ſubſidiaria; *fac. l.* 11. *l.* 21. *ff. de praeſcr. verb.* vel locati, ſi ei cœnaculum locavit, dabitur, ſi ob id quod dejectum dicitur condemnatus eſt. *d. l.* 5. §. 4. *hic.*

Si plures in eodem cœnaculo habitent, undè quid dejectum eſt, ita ut difficulter ſciri poſſit, quiſnam effuderit; in quemvis dirigi poteſt actio, & quidem in ſolidum. *d. l.* 1. §. *fin. cum ll. ſeqq.* Quia quoties contra plures datur actio ex facto aliquo individuo, ut hic eſt effuſio vel dejectio; actio quoque debet eſſe individua; ut effectus cauſæ reſpondeat. *l.* 51. §. 2. *ff. ad leg. Aquil.*

Si cum uno fuerit actum, cæteri, non electione, ſed ſolutione ipſius damni, liberabuntur: præſtaturi partem detrimenti ſocietatis judicio, vel utili in factum actione, ei qui ſolvit. *l.* 3. *&* 4. *hic.*

Hæc actio ad exemplum Legis Aquiliæ introducta eſt: *d. l.* 5. §. 4. ſed ſemper in duplum damni illati datur. *l.* 1. *pr.* 4. §. 4. *hic.*

Non fit tamen damni æſtimatio in duplum, ſi liber homo dejectione periit. (Quia duplum non niſi ex comparatione ſimpli poteſt conſtitui; ſimplum autem hic nullum eſſe poteſt, cum in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poſſit: *l.* 1. §. 5. *l. ult. hic. l.* 3. *ff. ſi quadr. paup. fec.*) ſed quinquaginta aureorum judicium datur. *l.* 1. *hic.*

Si vivet, nocitumque ejus corpori eſſe dicetur: quanti judici æquum eſſe videbitur, tanti judicium erit: *d. l.* 1. §. *hac autem.* 6. *in fin.* habitâ ratione, non ipſius corporis, (quod, cum liberum ſit, nullam recipit æſtimationem) ſed impenſarum in curationem factarum, & operarum, quibus ob illud factum caruit, vel cariturus eſt. *l. fin. hic.*

Si verò id ſervus inſciente domino fecerit, noxalis actio eſt: ac dominus poterit, ſervum noxæ dedendo, pœnam vitare. *l. in pr. &* §. 6. *hic.*

Eſt hæc actio perpetua, & heredi datur: niſi ho-

qui agit negatoria, non negat ſemper abſolute ædes ſuas ſervitutem debere; ſed negat debere ædibus adverſarii.

Servitutem communis prædii unus ex ſociis aut confiteri, aut negare poteſt. *l.* 11. *l.* 14. §. 1. *l.* 19. *hic.*

Vnicuilibet enim, & adverſus unumquemlibet ſociorum, actio in ſolidum competit. cum ſolida & tota ſervitus debeatur, & toti fundo, & omnibus fundi partibus. *l.* 4. §. 3. *eod. l.* 6. §. 1. *quem. ſerv. am.*

Confeſſoria non tantum adverſus dominum prædii, qui ſervitutem deberi negat, ſed adverſus omnem omninò qui eam impedit, datur. *l.* 10. §. 1. *hic.*

Item Negatoria adverſus quemlibet indebitum ſibi ſervitutis jus uſurpantem.

Haſce in actiones veniunt quoque fructus, *l.* 6. §. 1. *hic.* ex tempore litis conteſtatæ: *arg. l.* 2. *ff. de uſur. l.* 20. *ff. de rei vind. junct. l.* 15. *ff. rem rat. hab. l.* 25. §. *ſi ante. ff. de petit. hered.* & ſi quid intereſt, actoris ſervitutem, aut non fuiſſe impeditam. *l.* 4. §. 2. *hic.* aut non uſurpatam. *l.* 4. §. 2. *l.* 6. §. *pen. hic.*

Continetur & officio judicis, jubere ut in poſterum caveat reus de jure agentis non imminuendo, aut impediendo. *l.* 7. *l.* 12. *hic. l. un. C. uti poſſid.*

Licet enim regulariter ad arbitrium judicis non pertineat futuri temporis tractus, aut tractatus; *l.* 1. §. 1. *ff. de uſur.* tamen cum in actionibus confeſſoria & negatoria, cautio quæ arbitrio judicis irrogatur, loco rei ſit, *l.* 7. *hic.* & cautio non præſtetur niſi de futuro; *d. l.* 7. *l.* 21. *in fin. l.* 57. *l.* 69. *ff. de rei vind. l.* 22. *ff. de ſerv. prad. urb. l.* 13. §. *cum igitur. ff. de uſufruct.* meritò hic admittitur.

Quemadmodum ſervitutes amittuntur.

TIT. VI.

Servitutes prædiales morte, aut capitis diminutione, non pereunt; *l.* 3. *hic.* ſed ſalvo prædio, ſalvæ integræque perdurant.

Ex-

Digitized by Google

Extinguuntur 1. Confuſione, id eſt, ſi idem utriuſque prædii dominus eſſe cœperit in ſolidum, *l.* 1. *hic.* ſi pro parte, & ſervitutem totam retinebit. *l.* 8. §. 1. *de ſerv.*

2. Permiſſione actus contrarii ſervituti. *l.* 8. *hic.*

3. Rei interitu. *l.* 14. *hic.* puta totali, non partis. *l.* 20. §. 2. *ff. de ſerv. præd. urb. l.* 13. *pr. ff. de ſer. præd. ruſt.*

Viâ tamen publicâ vi fluminis amiſsâ, vicinus proximus eam reſtituere tenetur. *d. l.* 14. *in fin.*

4. Si heres prædio ſub conditione legato ſervitutem impoſuerit, extinguitur ea, legati conditione exiſtente. *l.* 11. §. 1. *hic. l.* 105. *de cond. & dem.*

5. Non utentis negligentia amittitur decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes. *l. pen. C. de ſerv.* Idque ſimpliciter ratione ruſticarum ſervitutum; ratione urbanarum, ſi libertatis acceſſerit uſucapio. *vide l.* 6. *ff. de ſerv. urb. præd.*

Si ita ſit conſtituta aqua, ut vel æſtate tantum ducatur, vel alternis annis, aut menſibus, duplicato conſtituto tempore, nempe viginti annis inter præſentes, quadraginta inter abſentes, amittetur. *l.* 7. *hic. l. fin. C. de ſervit.*

Neceſſitas tamen qua quis ſervitute uti prohibetur, ut ſemper aliàs, *l. un.* §. 1. *ubi Gl. de off. conſ.* ita & hic excuſationem habet. *l.* 14. *hic. l.* 34. *in fin. cum l. ſeq. de ſerv. præd. ruſt.*

Libertas non amittitur non utendo, niſi fuerit interpellata. *l.* 18. *in fin. hic.*

Digitized by Google

DIGESTORUM
LIBER IX.
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.
Tit. I.

POſt judicia realia ſequuntur perſonalia; quæ, quando nec ex contractu, neque ex maleficio dentur, naturam realium induunt.

Ex his vetuſtiſſima eſt de Quadrupede actio, prodita lege 12 Tabularum: Quæ lex voluit; *aut dare id quod nocuit, id eſt, id animal, quod noxiam commiſit: aut æſtimationem noxiæ offerre. l. 1. hic.*

Pauperies, eſt damnum ſine injuria facientis datum. Nec enim poteſt dici animal injuriam feciſſe, quod ſenſu caret; *d. l.* 1. §. 2. ſcilicet rationis, ex qua jus æſtimatur; *l.* 39. *ff. de legib. l.* 32. *inf. tit. prox.* ex hoc a. injuria. *l.* 1. *ff. de injur.*

Itaque, tum hæc actio locum habet, cum commota feritate contra naturam ejus generis communem, nocuit quadrupes. *d. l.* 1. §. 3. *cum* §§. *ſeqq.*

Si in cuſtodia negligentius aſſervata, damnum dederit, non hac actione, ſed ex Ædilitio Edicto, dominus convenitur. *l.* 40. *cum ll. ſeqq. de ædil. edict.*

Si culpâ alicujus, vel inſtigatu, pauperiem fecit, hac actione ceſſante, damni injuriæ ex Lege Aquilia, cum eo qui in culpa eſt, agetur. *d. l.* 1. §. 4. *verſ. quodſi propter.*

Datur hæc actio adverſus dominum quadrupedis, non cujus fuerit cum noceret, ſed cujus nunc eſt cum agitur. *d. l.* 1. §. 10. Noxa enim caput ſequitur. *eod.* §. 10.

Si plurium ſit animal, adverſus ſingulos in ſolidum erit noxalis actio, ſicuti in homine. *d. l.* 1. §. 12.

Ad

Digitized by Google

Ad id, ut vel damnum reſarciat, vel animal noxæ dedat. *d. l.* 1. *in pr.*

Condemnabitur tamen in ſolidam damni æſtimationem, ſi in jure interrogatus, an ſua ſit quadrupes, falsò reſpondeat ſuam non eſſe. *d. l.* 1. §. 13.

Si animal non quadrupes pauperiem fecerit, actio utilis competit, non directa, ceſſantibus legis verbis, quæ nominatim de quadrupede loquitur. *l.* 1. §. 2. *l. pen. hic.*

Ad Legem Aquiliam.

Tit. II.

De damno injuria dato ex lege Aquilia eſt actio.

Cujus legis tria ſunt capita.

Primo capite is qui alienum mancipium vel pecudem injuriâ occidit, in tantum condemnatur, quanti id eo anno, retrorſum computato, plurimi fuit. *l.* 2. *hic.*

Pecudum appellatione ſignificantur quadrupedes, quæ gregatim paſcuntur; ut oves, boves, equi, ſues, capræ, muli, aſini, elephanti, cameli; non aliæ feræ beſtiæ, nec canes. *d. l.* 2. §. 2. *hic.*

Injuriam hic accipe, quod non jure factum eſt; *l.* 1. *de injur.* hoc eſt, ſi contra jus & per culpam, etiam leviſſimam; *l.* 30. §. 3. *l.* 44. *hic.* quis occiderit, etiamſi nocere noluit. *l.* 5. §. 1. *hic.*

Vbi injuria deeſt, legi Aquiliæ locus non erit.

Vt, ſi quis adgredientem ad ſui defenſionem, vel rerum ſuarum tutelam, læſerit. *l.* 3. 4. 5. *l.* 45. §. 4. *hic.*

Neque tamen ſufficit alterum cauſam rixæ dediſſe. Nam quomodocunque defenſionis modus excedatur, ſemper injuriâ damnum fit: *l.* 45. §. 4. *l.* 52. §. 1. *hic.* & proinde civili huic actioni locus eſt, etiamſi in criminalibus judiciis provocato, & modum excedenti parci, pœnaque mitigari ſoleat. *vid. Jaſ. in l.* 1. *ff. de leg.*

Magiſtratus qui non ex lege, neque jure, aliquem damno afficit; hac lege tenetur; *l.* 29. §. *pen. hic.* &

Digitized by Google

ejus illicitis juſſis parentes, damnum injuriâ inferunt. *vid. Bald. in d. l. 29. §. pen. Dec. in l. 167. §. qui juſſu. de R. I.* Nè unde jura naſcuntur, inde proficiſcatur injuriarum occaſio. *l. 6. C. unde vi. junct. l. 13. §. 1. & 2. ff. de injur. l. 15. §. ſi publicus. ff. de damn. inf. l. 3. ff. quod met. cauſ.*

Dat actionem lex domino, *l. 11. §. 6. hic.* ſoli; non ei cujus intereſt; ut commodatario, creditori, *d. l. 11. §. 3.* directam ex verbis legis: utilem verò ex interpretatione & aliis præſtari, cœptum eſt: ut uſufructuario, uſuario. *d. l. 11. §. fin. l. 12. hic.* Quia uterque quodammodò domini procurator eſt. *l. 1. §. ult. ff. de oper. nov. nunc.*

Vndè liber homo, ſi illi ſit nocitum, directam actionem non habet, (quia non eſt dominus rei læſæ: Debet enim inter Dominum, & eam rem quæ in alicujus dominio eſt, realis eſſe diſtinctio.) ſed tantum, ex ſententia legis, utilem. *l. 13. hic.*

Quam in actionem impendia in medicos facta; & quicquid lucri interverſum, aut damni per vulnus ac cædem datum eſt, venit: *l. 1. §. hæc autem. l. fin. de his qui effud.* non autem ipſius corporis liberi hominis æſtimatio. *d. l. fin. Gl. in l. 7. §. 4. in verb. gloria. hic.*

Datur adverſus omnes qui ſuo corpore damnum dederunt. Lex enim Aquilia occidentis factum requirit.

Nam ſi alio modo necaverint, utilis, in factum actio, ex interpretatione legis, competit. *§. fin. Inſt. hic. l. 9. §. 2. hic.*

Adverſus mandantem non datur. (Quia corpore ſuo damnum non dedit;) niſi jus imperandi habuerit. *l. 37. eod. l. 169. de R. I.* Quia is damnum dat, qui jubet dare. Culpa verò caret qui parere habuit neceſſe. *l. 163. §. 1. l. 169. ff. de R. I. l. 10. §. ult. ff. de his quæ ut indign. l. 13. ff. ad l. Falcid.*

Adverſus confitentem dirigitur in ſimplum; contra fraudulenter, non juſto errore, *Nov. 18. c. 8.* negantem, ad vindictam mendacii, in duplum. *l. 2. l. 23. §. 10. ff. l. 4. C. hic.*

Æſti-

Æſtimatur autem omne quod ullo modo intereſt. *l. 21. cum ll. ſeqq. ff. §. illud. Inſt. hic.*

Quo verbo comprehenditur non modò damnum datum, ſed & quod conſequi potuimus, aut erogare cogimur. *l. 33. l. 23. §. 6. hic.*

Ideóque, quamvis heredi, cæteriſque ſucceſſoribus, hæc actio detur; quia ex parte agentis eſt rei perſecutoria, & damnum reſarciri poſtulat: tamen in heredem non tranſit, niſi fortè ex damno locupletior ſit factum. *d. l. 23. §. 8.*

Secundum hujus legis caput, nec extat, nec eſt in uſu. *l. 27. §. 4. hic.* Cujacius *in par. C. hic.* putat de intercepta aliqua utilitate fuiſſe. Sed, ut inquit Ant. Faber *ad l. 27. §. 4.* divinare facile eſt, bene divinare difficile.

Tertium eſt de omni alio damno, præter mancipium, aut animal, quod pecudum numero ſit, occiſum.

Ex hoc capite ſimiliter dolus vel culpa punitur: *l. 30. §. fin. hic.* ſed res tanti æſtimatur, quanti plurimi fuit eo menſe, retrorſus computato. *d. l. 27. §. 5. & §. 6. l. 29. §. ult. l. 30. §. 3. hic.*

Culpa eſt, cum quod diligenter provideri poterat, non eſt proviſum. *l. 30. eod.* Nam in lege Aquilia & leviſſima culpa venit. *l. 44. hic.* Quia non aliter quis Lege Aquilia non tenetur quam ſi nulla ejus culpa interveniat. *§. 3. Inſt. hic.* Aliqua autem culpa eſt quæ leviſſima. Excipiendus tamen eſt caſus *l. 34. §. 1. verſ. ſed damnum. ff. de acquir. rer. dom.* ſi liber homo bona fide mihi ſerviens damnum dederit. Culpam enim ab eo exigere debemus graviorem, nec tam levem quam ab extraneo. *Sic enim ibi legendum eſt, non, ut vulgo, non tamen. Ant. Faber ad d. l. 44.*

Si plures vulneraverint, nec ictus quo occiſus, diſcerni poteſt, omnes tenebuntur de occiſo, etiam tota quandoque univerſitas: *vid. Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. n. 3. 4. 5. de pæn.* Niſi ipſi inter ſe certò deſignare eum qui fecit poſſint: *Gl. in l. ſi in rixa. 17. ad l. Corn. de ſic.* & is tum tenebitur de occiſo, cæteri de vulnerato. *l. 11. §. 2. 3. hic.* Nam

ictus cujuſque, in hoc collectorum contemplari oportet; *l. ult. ff. ad leg. Corn. de ſicar.* ut pro varietate ictuum pœna conſtituatur. *Gothofr. ad d. l. ult.*

Cum plures in rixa ſe mutuò vulnerant, nec conſtat uter provocaverit, delicta ſolent mutuâ compenſatione tolli. *l.* 45. §. 3. *hic. Gl. & Bart. in l.* 1. §. *cum arietes. ſi quadr. paup. fec.* Scilicet ubi par omnium eſt culpa; & quoad Legis Aquiliæ, non criminalem, actionem.

Qui damnum in rebus inanimis infert, & hac actione tenetur. *l.* 27. §. 18. *cum ſeq. l.* 40. *cum ll. ſeqq. hic.*

Vt autem ex primo; ita etiam ex iſto capite utiles actiones, de ſententia legis, dantur, ut libero homini ſuo nomine; *d. l.* 37. *hic.* cum res non corrupta, ſed conſumpta plane eſt: *l.* 30. §. 2. *eod.* cum quis non ſuo corpore damnum dedit, ſed occaſionem damni præſtitit; Quæ quidem actio utilis in factum aliquando nominatur. *l.* 14. *de praſc. verb. l.* 9. §. 1. *l.* 7. §. 3. *l.* 11. §. *ſi alius. l.* 27. §. 21. *l.* 29. §. *pen. hic.*

Quanquam propriè illa dicatur actio in factum ſubſidiaria, quæ datur propter damna Lege Aquiliâ non comprehenſa: *l.* 33. *in fin. hic.* ut ſi ſervum meum, aut animal compeditum ſolveris, ut fugeret. §. *fin. Inſt. eod.*

De his qui dejecerint, vel effuderint.

TIT. III.

DAT Prætor actionem in factum adverſus eum, ex cujus habitatione aliquid ſolidum dejectum, vel liquidum effuſum eſt, quod alteri nocuit. *l.* 1. *hic.*

Non datur in dominum ædium. Niſi & ipſe in eadem domo habitet. *l. un. ff. furt. adv. naut. caup. ſtab.* Culpa enim penes habitatorem eſt; *d. l.* 1. §. 4. vel quia dejecit, vel quia ne ſui dejicerent curæ non habuit.

Suorum enim unuſquiſque culpam præſtat. *l.* 5. *l. pen.* §. *fin. hic.*

Hoſpes

Digitized by Google

Hoſpes qui pauliſper alicubi hoſpitatur, non tenetur, ſed is qui hoſpitium dedit. *d. l.* 1. §. 9.

Huic tamen ex æquitate in verum dejectorem actio vel in factum utilis & ſubſidiaria; *fac. l.* 11. *l.* 21. *ff. de præſcr. verb.* vel locati, ſi ei cœnaculum locavit, dabitur, ſi ob id quod dejectum dicitur condemnatus eſt. *d. l.* 5. §. 4. *hic.*

Si plures in eodem cœnaculo habitent, undè quid dejectum eſt, ita ut difficulter ſciri poſſit, quiſnam effuderit; in quemvis dirigi poteſt actio, & quidem in ſolidum. *d. l.* 1. §. *fin. cum ll. ſeqq.* Quia quoties contra plures datur actio ex facto aliquo individuo, ut hic eſt effuſio vel dejectio; actio quoque debet eſſe individua; ut effectus cauſæ reſpondeat. *l.* 51. §. 2. *ff. ad leg. Aquil.*

Si cum uno fuerit actum, cæteri, non electione, ſed ſolutione ipſius damni, liberabuntur: præſtaturi partem detrimenti ſocietatis judicio, vel utili in factum actione, ei qui ſolvit. *l.* 3. & 4. *hic.*

Hæc actio ad exemplum Legis Aquiliæ introducta eſt: *d. l.* 5. §. 4. ſed ſemper in duplum damni illati datur. *l.* 1. *pr.* 4. §. 4. *hic.*

Non fit tamen damni æſtimatio in duplum, ſi liber homo dejectione periit. (Quia duplum non niſi ex comparatione ſimpli poteſt conſtitui; ſimplum autem hic nullum eſſe poteſt, cum in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poſſit: *l.* 1. §. 5. *l. ult. hic. l.* 3. *ff. ſi quadr. paup. fec.*) ſed quinquaginta aureorum judicium datur. *l.* 1. *hic.*

Si vivet, nocitumque ejus corpori eſſe dicetur: quanti judici æquum eſſe videbitur, tanti judicium erit: *d. l.* 1. §. *hæc autem.* 6. *in fin.* habitâ ratione, non ipſius corporis, (quod, cum liberum ſit, nullam recipit æſtimationem) ſed impenſarum in curationem factarum, & operarum, quibus ob illud factum caruit, vel cariturus eſt. *l. fin. hic.*

Si verò id ſervus inſciente domino fecerit, noxalis actio eſt: ac dominus poterit, ſervum noxæ dedendo, pœnam vitare. *l. in pr.* & §. 6. *hic.*

Eſt hæc actio perpetua, & heredi datur: niſi homo

mo liber periiſſe dicatur: quo caſu eſt actio mere pœnalis, popularis, annua. *l.* 1. §. 5. *hic.*

In qua movenda extraneis præferuntur hi qui agnatione, vel affinitate, defunctum contingebant. *d. l.* 1. §. 5.

Si homini libero nocitum ſit, ipſi agere volenti perpetua eſt actio, alii annua. *l.* 5. §. 5. *hic.*

Dat etiam hoc titulo Prætor actionem popularem in factum adverſus eum, qui in ſuggrunda, vel protecto ſupra eum locum quà vulgo iter fiat, aut in quo conſiſtitur, id poſitum habet, quod, ſi cadat, alicui nocere poteſt. Publice enim intereſt, ut non tantum ſine damno, ſed etiam ſine metu & periculo damni per itinera commeare liceat. *l.* 1. §. 1. *hic.*

Pœna eſt decem aureorum, & ſi ſervus inſcio domino poſuerit, ſimiliter eſt actio noxalis. *l.* 5. §. *Prætor.* 6. *hic.*

Vtilis actio datur, ſi neque in ſuggrunda, neque in protecto, poſitum ſit, ſed in pergula, vel ſimili loco. *d. l.* 5. §. *pen.*

De noxalibus actionibus.

TIT. IV.

CUM ſervus perſonam ſtandi in judicio legitimam non habeat, *l. ſervus. C. de jud.* nec quid proprii poſſideat, ex quo damnum reſarciri poſſit: *l.* 12. §. 4. *de accuſ.* æquum viſum fuit dominum ex noxa, id eſt, maleficio ſervi, Noxalibus actionibus obligari: ut cui emolumenta & fructus acquirerentur, ad eundem detrimenta, culpa ſervi contracta, pertinerent.

Quod intelligendum de privatis judiciis: ad publica maleficia Noxalis actio non pertinet. *l.* 2. *C. de accuſ. d. l.* 12. §. *omnibus.*

Dominus, quo ignorante ſervus deliquit, ſi damnatur, habet deditione ipſius corporis facultatem evitandi litis æſtimationem. *l.* 1. *hic.*

Si eo ſciente, & cum poſſet, non prohibente, ſervus deliquit; ad integram litis æſtimationem, perindè ac ſi juſſiſſet, alligatur. *l.* 2. *cum* 3 *ll. ſeqq. eod.*

Vt

Vt etiam ſi dolo deſiit poſſidere ſervum, aut per mendacium negat ſe habere eum in poteſtate: nec, deferente adverſario, velit jurare, ſe nec in poteſtate habere, nec dolo feciſſe quominus haberet. *l.* 5. *l.* 21. §. 2. *&* §§. *ſeqq.*

Hodie apud nos, qui miniſtris, non ſervis, utimur, hujus Edicti non magnus eſt uſus: cum illorum nomine non teneamur, §. *omnis. Inſt. hic. t. t. C. ne uxor pro mar.* niſi quatenus eorum merces ſe extendat.

DIGESTORUM
LIBER X.

Finium regundorum.
TIT. I.

POſt judicia in rem & perſonam expoſita, ad mixta veniamus, quæ ſimul & in rem ſunt & in perſonam: §. 20. *Inſt. de action.* aut ſaltem aliquid reale, & aliquid perſonale in ſe habent. *vid. l.* 1. *l.* 3. §. 3. *ad exhib.*

Inter ea primum eſt finium regundorum judicium; quod ad diſtinctionem agrorum pertinet.

Datur enim inter confines de finibus regundis, id eſt, dirigendis.

Fines agrorum, ſunt ſpatium quinque pedum, quod ex lege Manilia purum à cultura relinqui debet, ut illac iri ſine incommodo, agri colendi causâ, & aratrum circumduci poſſit. *Paul. lib.* 1 *ſent. tit.* 15. *Cujac. in l.* 4. §. *ult. de uſuc. Gothofr. ad l.* 5. *C. hic.*

Ergò de hoc ſpatio eſt quæſtio finalis, id eſt, de finibus agrorum, quæ per hoc judicium terminatur.

Vltra quinque pedes autem quæſtio proprietatis eſt, ad rei vindicationem pertinens. *l.* 3. *C. Th. hic.*

Digitized by Google

Pertinet hoc judicium ad prædia ruſtica; eorumque confinia. *l.* 2. *l.* 4. §. 10. *hic.* Licet ædificia, *l.* 2. *in princ. hic.* vel rivi privati, *l.* 6. *eod.* interveniant; non ſi publica flumina, rivi, viæ: *l.* 4. §. *fin.* *l.* 5. *eod.* nec pertinet ad prædia urbana; neque enim confinia hæc, ſed magis vicina dicuntur; & ea communibus parietibus plerunque diſterminantur. *d. l.* 4. §. 10.

In urbe tamen hortorum latitudo efficit interdum, ut etiam finium regundorum agi utiliter poſſit. *d. l.* 4. §. 10.

Competit hoc judicium dominis prædiorum, etiam utilibus, item fructuario & creditori, qui jure pignoris poſſidet: *d. l.* 4. §. 9. propter jus quod in re poſſident.

Contra eoſdem omnes eâdem ratione competit: quia duplex eſt hoc judicium; *l.* 10. *hic. l.* 13. *de jud.* & neuter agentium vel actor eſt vel reus, ſed unuſquiſque & actoris & rei partes ſuſtinet; ſiquidem uterque petit & ab utroque petitur. *d. l.* 10.

Inter ſocios, qui communes agros poſſident, locum habere non poteſt. Quia omnes unius loco habentur. *l.* 4. §. 6. *&* 7. *hic.*

Datur partim in perſonam; vel ex maleficio, vel ex negatione: partim in rem, ut domino, vel potius agris, ſuum adjudicetur, *d. l.* 1. *d. l.* 4. §. 5. ſive ut termini conſtituantur novi, ſive ut antiqui reparentur. *d. l.* 4. §. 4. *l.* 8. *hic.*

Poſt litem conteſtatam & fructuum habetur ratio. Ante percepti in hoc judicium non veniunt. Nam ſi bonâ fide percepti ſunt, lucro ejus cedunt qui conſumpſit: mala fide, condicuntur. *d. l.* 4. §. 2.

Cum de finibus quæritur, primò de poſſeſſionis jure quæri ſolet, *l.* 24. *de rei vind.* quo videlicet modo & loco termini hactenus ſint obſervati & poſſeſſi: *l.* 3. *C. hic.* ad quod utrinque ſunt probationes producendæ. *c.* 3. *de probat.*

Probantur fines veteribus monumentis, *l.* 11. *hic.* teſtimoniis: *l. pen. ff. l.* 1. *C. eod.* famâ antiquâ, præſumptione juris, & ſimilibus. *vid. Bald. conſ.* 161. *proponebatur. vol.* 3. *Socin. conſ.* 86. *n.* 2. 4. 5. *incipit:*

Digitized by Google

cipit: in cauſa. vol. 1. *Gl. in c. cum cauſam.* 13. *de prob.*

In obſcuris judex poteſt novos fines, ex bono & æquo, dirigere. §. *quædam.* 21. *in fin. Inſt. de act.*

Quod ut rectè fiat, eſt judicis vel in rem præſentem ire: aut agrimenſores mittere. *l.* 8. *ff. l.* 3. *C. hic.*

Qui, poſt delatam finium regundorum quæſtionem non exſpectatâ judicis ſententiâ, partem fundi alieni uſurpat; quod petebat amittit, & tantum agri modum quantum adimere tentabat. *l.* 4. *C. eod.*

Qui terminos moverint, ex Lege Agraria Iulii Cæſaris, quinquaginta aureos, in ſingulos terminos in publicum dare jubentur. *l. fin. de term. mot.*

Reſcripto D. Adriani pœna corporalis irrogatur. *l.* 2. *de term. mot.*

Quæ accuſatio civile finium regundorum judicium non tollit, neque ab eo tollitur. *l.* 4. §. 4. *hic.*

Familiæ erciſcundæ.

T I T. II.

Ex Lege XII Tabularum actio deſcendit, quà res hereditariæ, inter heredes, à communione diſcedere volentes, dividi officio judicis petuntur. *l.* 1. *hic.*

Invitum enim in communione detineri lex vetat. *l. fin. C. com. divid.*

Quæ actio, judicium familiæ erciſcundæ nominatur.

Quod judicium eſt civile, *l.* 1. *hic.* duplex, *l.* 2. §. 3. *hic.* mixtum, *l.* 22. §. *pen. hic.* bonæ fidei, *l.* 9. *C. eod.* univerſale, quoad diviſionem hereditatis, officio judicis inter coheredes faciendam, agitur.

Eſt tantum ei inter coheredes, *l.* 36. *hic.* ſive ſuo nomine, ſive jure ſucceſſionis, *l.* 48. *hic.* locus.

Generaliter qui hereditatem petere poſſunt, hi & diviſionem rectè petunt. *l.* 2. *hic.*

Digitized by Google

Bonorum poſſeſſoribus, fideicommiſſariis, reliquiſque qui vicem heredis repræſentant, ex ſententia legis utile judicium competit. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 24. *l.* 40. *ff. hic.*

Ad omnem hereditatem, etiam plures communes, *l.* 25. §. 3. *hic.* ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, pertinet: *l.* 2. *hic.* deque omnibus rebus hereditariis: *l.* 8. 9. 10. 11. 12. *hic.* etiam alienis, quas bona fide defunctus poſſedit, *l.* 10. *hic.* aut pignori habuit: *l.* 29. *hic.* & de omnibus omninò commodis & incommodis hereditatis competit. *l.* 19. *l.* 22. *hic.*

Vndè & præteriti temporis fructus veniunt: *l. pen. eod.* item ea quæ vel dolo, vel culpâ coheredis, aut amiſſa, aut deteriora reddita ſunt. *l.* 25. §. *non tantum. l.* 16. §. 4. *eod.*

Non veniunt in judicium familiæ erciſcundæ, nomina: *l.* 4. *hic.* (Sunt enim ſine ullo judicio inter heredes ex lege XII Tabb. diviſa. *d. l.* 25. *l.* 6. *C. eod.* Dividuntur enim ipſo jure tam activa, quam paſſiva pro portionibus hereditariis, *l.* 1. *C. ſi cert. pet. l.* 1. *&* 2. *C. ſi unus ex plur. hered. l.* 6. *C. hic.*) nec pernicioſa: ut ſunt libri improbatæ lectionis, magici, & ſimiles, venena mala: (ſed à bono judice ſtatim ſunt corrumpenda:) neque crimina acquiſita, (quæ dominis reſtituenda: *d. l.* 4. §. 2.) nec quæ ſpeciali titulo poſſidentur. *d. l.* 25. §. 7. Non enim venit in hoc judicium niſi quod eſt hereditatis, aut quod occaſione hereditatis poſſidetur. *l.* 2. *in pr. l.* 54. *hic.*

Illa etiam in hoc judicium deduci & reputari debent, quæ à morte teſtatoris in res hereditarias inſumpta ſunt: & quicquid coheres ex neceſſitate, non voluptate, *l.* 27. *de neg. geſt.* fecit, aut expendit. *l.* 18. §. 3. *l.* 25. §. 15. *l.* 39. *in pr. hic.*

Debent coheredi ut præcipua adjudicari, prælegata, *l.* 8. *l.* 42. *eod.* ſalvâ tamen coheredibus Falcidiâ: *l.* 10. *l.* 18. *l.* 21. *l.* 24. *l. ult. C. hic.* & quod defunctus ipſi debuit: *l.* 20. §. 1. *l.* 51. *hic.* nec expenſæ, nomine ſtudiorum filii factæ, reputandæ. *l.* 50. *hic.* Quia quod pater in liberos ſtudiorum cauſa erogat, pietatis intuitu facere credendus eſt potius,

quam

Digitized by Google

quam animo repetendi, & tanquam pater, nunquam quaſi creditor. Niſi contrarium probetur.

Tabulæ teſtamenti apud eum manent, qui majore ex parte heres eſt, cæteri deſcripta & recognita habent: ſi omnes iiſdem partibus heredes ſint, ſortiri, aut amicum apud quem deponant, eligere debent. *l.* 4. §. 3. *l.* 5. 6. *hic.*

Iudex debet nihil indiviſum relinquere, *l.* 25. §. 20. *eod.* de actionibus aliiſque juribus cautiones ex bono & æquo interponi jubere: *d.l.*25.§.21.*l.*47. *eod.* quæ commodè diviſionem non recipiunt, vel alternis temporibus adjudicare; *l.* 16. §. 3. *eod.* vel alteri rem, alteri pretium addicere: *l.* 22. §. 1. *eod.* Poteſt & in dubiis, ſorti rem committere. *l.* 3. *C. com. de leg. Jaſ. in l.* 1. *n.* 39. *ſi cert. pet.*

Competit hoc judicium tum demum cum jam adita eſt hereditas, *l.* 49. *in fin. hic.* & durat per triginta annos. *l.* 1. *C. de annal. except.* Non ultra, ſi quidem unus coheredum ſolus hereditatem poſſideat: ſin omnes communiter, & poſt illud tempus huic judicio eſt locus. *Schneidw. ad* §. *quædam. Inſt. de action. de act. fam. erciſc. num.* 68. *& ſeqq.*

Semel tantum intentari poteſt, quia univerſale eſt. Ideò ſi res quæpiam remanſerint indiviſæ, communi dividundo erit agendum. *l.* 20. §. 4. *hic.*

Retractatur diviſio, ſi cum herede putativo diviſum ſit: *l.* 36. *hic. l. cum quis. C. de juris & fact. ign.* aut læſio ultra dimidiam juſtæ portionis partem intervenit. *l.* 3. *C. com. utr. jud.*

Communi dividundo.

TIT. III.

CVm citra ſocietatis affectionem poſſint res inter aliquos eſſe communes, *l.* 2. *hic.* opus fuit hoc judicio communi dividundo, quo res quomodocunque communes dividerentur.

Nec enim quiſquam invitus in ſocietate communioneve retinendus. *l. fin. C. eod.* Quoniam communio rixas & diſcordias parere, *l.*77. §.20.*ff. de legat.* 2. & negligentioris culturæ ac tutelæ rei occa-

ſionem ſuggerere ſolet. *l. 2. in princ. C. quand. & quib. quarta pars, &c. lib.* 10.

Ex hoc judicio competit actio Directa inter dominos rei communis corporalis; *l. 4. in pr. eod.* vel inter omnes, vel certos ex his. *l. 8. l. 29. in fin. hic.* Puta ſi alii abſint, adeoque contradicant; ſed ita tamen ut abſentium & contradicentium jus ſalvum maneat pro ipſorum portionibus. *l. 17. C. fam. erciſc.*

Vtilis datur, ſi, aut quaſi domini agant, (ut emphyteutæ, *l. 7. in pr. hic.* bonæ fidei poſſeſſores, *l. 6. l. 7. §. 2. hic.* & miſſi in poſſeſſionem ejuſdem rei. *d. l. 7. §. 3.*) aut domini Iuris, (ut fructuarii, *d. l. 7. §. ſed etſi. & §.* 10. uſuarii, *l. 10. §. 1. hic.* habentes ſervitutem prædialem, *l. 19. §. ult. eod.* & creditores qui eandem rem pignori acceperunt. *d. l. 7. §. 6.*) aut qui dominium alienarunt, ita ut tantum ob præſtationes perſonales agatur. *d. l. 6. §. ult.*

Si rei communis pars alienata, (ante ſcilicet intentatum judicium. *l. 2. C. hic.* Eo enim pendente pars rei communis cæteris invitis alienari nequit. *l. 1. C. eod.*) non cum eo qui alienavit, ſed cum novo domino eſt agendum. *l. 1. l. 3. C. eod.*

In heredes tranſit, contraque cæteros ſucceſſores, non tanquam heredes, ſed ut dominos & poſſeſſores: quo tamen in judicio etiam id veniet, quod defunctus percepit. *d. l. 4. §. ſicut. l. 22. hic.*

Quibus autem datur hæc actio, & contra eoſdem, cum duplex ſit judicium, datur. *l. 2. in fin. hic.*

Quo in judicio, præter diviſionem, veniunt & præſtationes perſonales: veluti, quia cum partem ſuam ſeparatim adminiſtrare non potuerit; impenſas in re, communi nomine, fecit, *l. 4. §. ſicut. l. antep. hic.* (nam ſi proprio, retentionem tantum habet. *l. 14. l. antep. hic.*) fructus ex re communi ultra partem ſuam percepit, *d. l. 4. & ſeq.* aut in ea damnum dedit, *l. 3. l. 8. §. 2. l. 20. hic.* aut quia alicui aliquid ex parte ſocii adjudicatum eſt. *§. 5. Inſt. de off. jud.*

De quibus agi utiliter poteſt, etiamſi res non petatur dividi. *l. 14. l. 6. hic.*

In

Digitized by Google

In diviſione hic facienda, omnia eadem obſervanda ſunt quæ in familiæ erciſcundæ actione. *l.* 6. §. 11. *l.* 19. *in fin. hic.*

Nam & hoc judicium eſt bonæ fidei, *d. l.* 4. §. 2. *d. l.* 14. §. 1. duplex, *d. l.* 2. & mixtum, *d. l.* 4. §. *ſicut.*

Vnde judex debet res de quibus actum, dividere, *l.* 13. *eod.* & ſingulis partes ſuas, ſi commode regionibus, menſura, vel temporibus dividi poſſunt, aſſignare: *l.* 3. *in princ. l. pen. C. l.* 19. *in fin. l.* 7. §. 10. *ff. eod.* ſin unius pars prægravari videatur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare: *d. l.* 13. quæ diviſionem non recipiunt, uni adjudicare: ſcilicet ei qui plus juris, majoremque partem, aut etiam affectionem probabilem, in re habet: *l.* 34. §. 1. *ubi Bald. C. de don. Bald. in l. fin. C. com. de leg. Gl. in l.* 2. *ad verb. in ſervum C. quan. & quib. quar. part. lib.* 10. eumque in partem æſtimationis alteri, cui res abjudicata eſt, condemnare: *d. l.* 6. §. *pen. l.* 7. *l.* 10. *cum ſimil. hic.* ſi de æſtimatione non conveniat publicâ licitatione factâ, (etiam admiſſo extraneo ſi unus ex ſociis juſtum pretium ob paupertatem offerre nequeat) ei rem, qui licitando & amplius pretium offerendo, vicerit, addicere, diviſo poſtea inter alios pretio: *l.* 1. 2. 3. *C. l.* 7. §. *ult. ff. hic.* ſi omnium jura æqualia ſunt, ſorti rem committere: *l. fin. ubi Dd. C. com. de leg. d. l.* 2. *C.* ſi quid damni datum ſit, vel eo nomine abſit alicui ſociorum, aut ſuperſit, ejus rationem habere: *l.* 3. *C. hic.* unà cum acceſſionibus & deceſſionibus omnibus: *d. l.* 6. §. 3. & denique in univerſum providere, ut omne commodum, atque incommodum, æquabiliter dividatur, niſi quid dolo, culpâ, aut facto ſocii, ſit contractum. *l.* 20. *hic.*

Ad exhibendum.

TIT. IV.

EXhibere in jure variis modis accipitur; Hic nihil aliud eſt, quam in eadem cauſa præſtare rem, in qua fuit, cum judicium acciperetur. *l.* 9. §. 5. *hic.* Qua-

Digitized by Google

Quapropter actio ad exhibendum, eſt perſonalis, in rem directa, quâ petitur, ut res exhibeatur, ejuſque videndæ apprehendendæque copia actori fiat. *vid. l.* 3. §. 3. §. *fin. hic.*

Datur ei qui in rem acturus eſt qualicunque actione, etiam pignoratitiâ aut noxali: *d. l.* 3. §. 3. & §. 4. item ei qui perſonali actione rem condicturus eſt; *in* §. 28. *Inſt. de rer. div.* & generaliter ei cujus aliquo modo ex honeſta, *l.* 10. *cum ſeqq. ff. de furt.* & probabili cauſa, *l. pen. hic.* intereſt exhiberi. *d. l.* 3. §. 12. modò in aut ad rem jus habeat.

Iudex igitur ſummatim cognoſcere debet, an ejus interſit: id eſt, an probabilem cauſam habeat actionis, propter quam exhiberi ſibi deſiderat: *d. l.* 3. §. 9. & §. 11. *in fin.*

Intereſſe ejus qui agit ad exhibendum, oportet, utroque tempore, & quo lis conteſtatur, & quo fit condemnatio: *l.* 7. §. *fin. hic.* & quidem intereſſe pecuniariter: *l.* 13. *hic.* aut ut alia ſaltem probabilis ſubſit cauſa, quamobrem exhibitio ſit facienda. *l. fin. eod.* Vt ratione rei quæ ipſi debetur, aut in qua jus habet, quæve pretio æſtimari poteſt. *l.* 3. §. 11. *hic. l.* 1. 2. *ult. C. eod.*

Vnde qui ideò ad exhibendum agit quod ipſe ab alio eâdem actione conveniatur; aut quod dolo deſiit rem poſſidere; item fur vel raptor rem exhiberi cupiens; non auditur. *d. l.* 3. §. 11. *hic.*

Datur contra eum, qui facultatem exhibendi habet; ſive civiliter poſſideat, ſive naturaliter poſſeſſioni incumbat: proinde datur etiam contra depoſitarium, commodatarium, & conductorem. *d. l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 5. *in pr. ff. l. pen. C. eod.*

Et, ſi quis non poſſideat litis conteſtatæ tempore, poſtea autem, ante ſententiam, poſſidere incipiat, condemnandus eſt, niſi reſtituat: non is qui cum judicii accepti tempore poſſideret, poſtea ſine dolo malo poſſidere deſiit. *l.* 7. §. 4. *l.* 9. *hic.* Quia an reus poſſideat tempore ferendæ ſententiæ, ſpectatur. *l.* 7. §. 4. 5. 6. *ff. eod.*

Datur hæc actio de omnibus rebus mobilibus, *l.* 3. §. *fin. l.* 5. §. 1. *l.* 6. *hic.* vel ſe moventibus, *l.* 1. 2. *C. hic.*

Digitized by Google

hic. non ſoli, *l.* 5. 6. *de procur.* cum per ſe pateant, oculiſque ſubjiciantur.

Eſt arbitraria. *d. l.* 3. §. 13. & 31. *Inſt. de action.* Cujus effectus eſt, ut, niſi reus arbitrio judicis rem exhibeat, in id condemnetur quod actoris intereſt. *d.l.* 3. §. 15. *l.* 9. §. *pen. & ult. hic.* Ita ut propter culpam vera à Iudice æſtimatio fiat; ob dolum actori jusjurandum in litem deferatur. *l.* 4. *C. hic. l.* 4. § *ult. l.* 5. §. *ſed cum his. ff. de in lit. jur.*

Et, cum omnis cauſa reſtituenda ſit; partus quoque & fructus, omneſque utilitates quæ amiſſæ ſunt ob hoc quod res non exhiberetur, vel tardius exhibita eſt, æſtimabuntur. *d.l.* 9. §. *fin. l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. §. 4. *eod.* Niſi reus juſtam habuerit non exhibendi, aut ad judicium provocandi, cauſam: Quia tum non videtur in mora fuiſſe. *l.* 24. *ff. de uſur.*

Res ibi exhibenda eſt, ubi fuit cum lis conteſtaretur; *l.* 11. §. 1. *hic.* & quidem ſumptibus actoris. Niſi dolo rei tranſlata proponatur. *d. l.* 11. §. 1.

DIGESTORUM

LIBER XI.

De Interrogationibus in jure faciendis, & interrogatoriis actionibus.

TIT. I.

ACtionibus realibus ancillantur interrogationes in jure faciendæ; puta, vindicationibus & maximè petitioni hereditatis.

De quibus Prætor Edictum propoſuit; quo voluit adſtringere eum qui convenitur, ex ſua in judicio aut jure, *l.* 2. *C. de pedan. jud.* reſponſione, ut, vel confitendo, vel mentiendo, ſeſe oneraret: ſimul & illud erueretur, quo quiſque jure ex teſtamento, an ab inteſtato, & quota ex parte, heres eſſet. *l.* 2.

3. 4.

Digitized by Google

3.4. *hic*. Ex qua confeſſione certam efficacemque actionem voluit impetrari. *l*. 4. §. *fin. hic*.

Quæ vocabatur Interrogatoria actio. *Duaren. lib*. 1. *diſp. cap*. 43. nec erat ſpecies actionis ab aliis diſtincta, ſed qualitas quædam.

Sed interrogatoriæ actiones in deſuetudinem abierunt; quia nemo cogitur ante judicium cœptum de jure ſuo reſpondere. Quare probationis tantum cauſa utimur interrogationibus, ut adverſarius ſua confeſſione convincatur. *l*. 1. §. 1. *hic*.

Et hodie id obtinet; ut interrogationes, ſive, ut nunc loquuntur, Poſitiones, lite demum conteſtatâ fiant: ad quas ſi fuerit juſſu judicis reſponſum, reus ex confeſſione tenetur: *t. t. de confeſſ. c*. 1. *&* 2. *eod. in* 6. Sin autem contumaciter non fuerit reſponſum, reus aut pro negante habetur, ſi damnoſa illi eſt negatio: aut pro confeſſo, ſi confeſſio illi damno futura eſt. *Spec. de poſ*. §. 9. *num*. 4. *per jura ibi all*.

De quibus rebus ad eundem judicem eatur.

Tit. II.

SI plures, familiæ erciſcundæ, & vel communi dividundo, vel finium regundorum, agant; omnes coram eodem judice litigare debent. *l*. 1. *hic*.

Quia ea eſt horum judiciorum ratio ut ſint duplicia & mixta; id eſt, ut in iis uterque actor ſit & reus: proindè non refert an de una tantum re, an de pluribus litigent apud eundem judicem ſive agendo, ſive defendendo, ac ſive unus tantum ad agendum provocet in omnibus judiciis, ſive unus in uno, ſive alius in alio. *Ant. Fab. in ration. ad l*. 1. *hic*.

Plures qui tutelæ tenentur & coram eodem judice experiri debent; *l*. 2. *hic*. Quia una eademque actionis eſt cauſa; & unum idemque negotium, de quo proinde unum eundemque judicem cognoſcere æquum eſt. Cum jus tutoris, qui convenitur in ſolidum, ex aliorum jure pendeat. Ita ut nec niſi

præ-

Digitized by Google

præſentibus omnibus quos cauſa contingit, de hac cognoſci & pronunciari oporteat. *l.* 47. *ff. de re jud. Ant. Fab. ad d. l.* 2. *in ration.*

De Servo corrupto.

Tit. III.

QVi alienum ſervum dolo malo recepit, id eſt, refugium abſcondendi cauſâ ſervo præſtitit; *l.* 1. §. 2. *hic.* aut corrupit, id eſt, perſuaſit, ut eum deteriorem fecerit; *d. l.* 1. §. 3. prætoriâ actione tenetur, in duplum quanti ea res eſt. *l.* 1. *l.* 5. *l.* 9. §. *datur. hic.*

Quæ perpetua eſt: & heredi, non in heredem competit, quia eſt pœnalis. *l.* 13. *eod.*

Vtilis de filio vel filia familias corruptis datur. *l.* 14. §. 1. *eod.* Quoniam intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi. *d. l.* 14. §. 1.

Ex quo Zaſius *in d. l.* 14. §. 1. vult & hodie hanc actionem in iis qui nobis ſerviunt, locum habere.

De Fugitivis.

Tit. IV.

QVi fugitivum aut erronem ſervum apud ſe celat, furti crimine ſe obligat. *l.* 1. *pr. hic.*

Et Senatusconſultum in eum qui fugitivum quæri apud ſe prohibuit, mulctam, fiſco applicandam, *l. pen. C. de mod. mulct.* centum ſolidorum ſtatuit; quæ etiam in Magiſtratus, ſi literis (quæ dari ſolebant volentibus inquirere, à Senatu, *l.* 1. §. 2. *hic.* & Præſide, *l.* 3. *hic.*) acceptis, inquirentes non adjuvent, ſtatuta. *d. l.* 1. §. 2. *l.* 3. *hic. l.* 4. *C. eod.*

De Aleatoribus.

Tit. V.

PRætor in odium ſuſcipientis aleatores damnum, vel injuriam, ubicunque & quandocunque ei factam, non vindicat: ob furtum autem ei factum actio-

actionem tam in rem, quam in perſonam, ita demum denegat, ſi domi luſus tempore hoc paſſus ſit. *l. 1. pr. & §. 2. & §. 3. hic.*

Pœna compellentis ludere eſt arbitraria. *d. l. 1. pr. & §. ult. & l. 2. hic.*

Qui ludo victus, ſolvere non tenetur: imò, ſi ſolvat, condictione indebiti tam ipſe, quam ejus heres, à victore ejuſque herede, etiam ultra triginta, id eſt, quinquaginta annos, repetere poteſt: & eo nolente, quivis alius, præſertim pater & defenſor civitatis; *l. 1. & 2. C. eod.* id quod exegerint in opera publica impenſuri.

Cautio luſus cauſa præſtita irrita eſt, & condici poteſt. *l. 1. C. hic.*

Extra pœnam ſunt ludi qui virtutis cauſa & uſque ad unum alterumve tantum ſolidum, *l. 1. 2. C. eod. l. 2. §. 1. l. 3. hic.* & qui de iis quæ veſcendi cauſâ in conviviis ponuntur, fiunt. *l. fin. §. 2. eod.* Puta à familia; *d. l. fin. in princ.* non aliis qui extra familiam ſunt. Ne alioqui facile eſſet hoc prætextu SCtō fraudem facere.

Qui pœnam promittit, ſi deinceps luſerit, ludendo ad pœnam obligatur. *l. 121. §. 1. ubi Bart. De V. O.*

Si menſor falſum modum dixerit.

Tit. VI.

Prætor actionem in factum ob dolum malum menſoris, aut latam culpam, quæ dolo comparatur, propoſuit. *l. 1. pr. §. 1. hic.*

Si imperitè aut negligenter menſor verſatus ſit, ſecurus erit, eique imputabitur qui illum adhibuit. *d. l. 1. §. 1.* Nec enim, ut aliàs, *l. 132. ff. de R. I.* imperitia in menſore culpæ annumeratur. Quia civiliter obligatus non eſt. Nec enim ex mandato, nec ex conducto, aliove contractu, tenetur.

Competit ei cujus intereſt falſum modum renunciatum non eſſe: qui damnum propter falſam menſuræ renunciationem paſſus eſt; *l. 3. §. 1. hic.* & heredibus: *d. l. 3. §. 5.* Quia hæc actio rem perſequi-

quitur, & ex negocio deſcendit. Vnde & perpetua eſt. *l. 4. eod.*

Intenditur adverſus agrorum menſorem, qui falſum modum menſuramve renunciavit, ſive unum, ſive plures, & quidem quia ſinguli ex proprio dolo (qui eſt individuus) conveniuntur, *fac. l. 9. ff. de noxal. action.* in ſolidum; unâ tamen ſolutione actio adverſus omnes tollitur: *d. l. 3. in pr.* non datur in heredem. *l. 3. §. 5. hic.*

Pertinet hæc actio non ſolum ad agrorum, ſed etiam ad aliarum rerum menſuram. *l. 5. §. fin. & ll. ſeqq. hic.* Cum in iis eadem militet ratio.

Competit Vtilis actio, in eum qui menſor quidem non fuit, fefellit tamen in modo, *l. fin. §. 2. hic.* vel in computatione. *d. l. fin. §. fin. hic.* Quia ad dolum augendum & vindicandum nihil intereſt, an dolo malo falſus modus, an falſus calculus renunciatus ſit.

Venit in hanc actionem id quod intereſt agentis, falſum modum non eſſe renunciatum. *d. l. 3. §. 1.*

De religioſis & ſumptibus funerum, & ut funus ducere liceat.

TIT. VII.

Hoc titulo Prætor duo Edicta, ad res religioſas, & divini juris, tectas ſartaſque conſervandas, proponit.

Ex primo Actionem in factum dat, ex facto ejus qui contra jus locum alienum religioſum facere molitur. *l. 2. §. 2. hic.*

Quæ continet, ut, aut is qui intulit tollat quod eſt illatum; aut loci pretium præſtet. *l. 7. eodem.*

Vndè cum actio ſit rei perſecutoria, perpetua eſt, & heredi, inque heredem, competit. *d. l. 7.*

Ei qui prohibitus eſt inferre in eum locum quo ei jus inferendi eſſet, in factum actio competit, ad id quod intereſt. *l. 8. §. fin. cum ll. ſeqq. hic.*

Non

Non enim ſepultura, nequidem ob æs alienum, inhiberi, & cadaver arreſtari, poteſt. *Nov.* 116. *c.* 5. *Nov.* 60. *c.* 1. *Covar. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 10.

Ex Secundo Edicto dat Prætor actionem, (funetariam dictam, *l.* 14. §. 7. *hic.*) ei qui propter funus, ad alium pertinens, aliquid impendit, adverſus eos, ad quos funus pertinet, *l.* 12. §. 2. *hic.* ad repetendum id quod funeris cauſa impenſum.

Non recipit ſi pietatis gratiâ, non quaſi recepturus, ſumptum impendit: *l.* 14. §. 8. *hic.* ſumptum nimis modicum contumelioſè fecit. *l.* 14. §. *Judicem.* 10. *hic.*

Funeris cauſſa ſumptus factus dicitur, ſine quo funus duci non potuit; veluti ad mortui delationem, & loci, in quod inferatur, emptionem. *d. l.* 14. §. 3.

Hujus actionis tantus favor eſt ob religionem; ut hæc impenſa ante omne creditum, cum bona ſolvendo non ſunt, ex hereditate deducatur. *l. pen. eod.*

Quod & ad eas expenſas quæ ob morbum defuncti, puta in pharmacopolio, contractæ ſunt, extendi conſuevit. *Jaſ. in l. fin.* §. *in computatione. C. de jur. delib. text. in l.* 4. *C. de pet. hered. l.* 3. *C. hic.*

De mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando.

Tit. VIII.

Ei qui inferre mortuum prohibetur, quo inferendi jus habet, duplex remedium Prætor tribuit.

Nam liberum arbitrium ei permittit, utrum malit ſtatim interdicto uti, quo prohibetur ei vis fieri, (de quo hic. *l.* 1. *in pr.*) aut alio inferre, & poſtea in factum agere, in id quod ſua intereſt prohibitum non eſſe. *l.* 4. *de rel. & ſumt. fun.*

Dat etiam Prætor ei, qui prohibetur ibi ſepul-

Digitized by Google

chrum ædificare, ubi mortuum ſepeliendi jus habet, interdictum prohibitorium, ne ei vis fiat, quominus eo loco ædificet. *d. l.* 1. §. 5.

Non incidit in hoc Edictum, qui vetat mulierem quæ prægnans mortua eſt, humari antequam partus ei excidatur. *l.* 2. *hic.*

DIGEST. PARS III.

LIBER XII.

De rebus creditis, ſi certum petatur, & de condictione.

TIT. I.

HActenus de judiciis quibus rem noſtram, nunc de iis quibus nobis debitam, petimus dicendum.

Inſcribitur hic titulus de rebus creditis. Vt toti huic tertiæ parti conveniat; *l.* 2. §. *in tertia. C. de vet. jur. enucl.* quia rerum creditarum appellatio ad omnes contractus extenditur. *l.* 1. *hic.*

Speciali & propria ſignificatione creditum pro mutuo accipitur. *l.* 2. §. 1. *eod.*

Quare in creditum ire propriè dicitur, qui mutuum, vel quaſi mutuum contrahit. *l.* 5. §. *ſed ſi dedi. de trib. act.*

Mutuum, eſt contractus juris gentium. *l.* 7. *de pact.* nominatus, ſtricti juris, *l.* 6. *de eo quod cert. loc.* qui re perficitur: in quo damus rem fungibilem, eo animo ut nunc quidem accipientis fiat, aliquando tamen is non eandem ſpeciem, quam dedimus, ſed idem genus, reddat.

Eſt ſtricti juris: quia ſtrictam ex ſua natura habet regulam, qua omnia Arithmetica proportione, ad æqualitatem eorum quæ data ſunt, exiguntur. *l.* 1. *hic.*

Nam

Digitized by Google

Nam ultra id quod datum eſt non contrahitur mutuum, etiamſi ſit promiſſum. *l.* 11. §. 1. *eod.*

Quod ultra promiſſum, nec eſt ſolvendum, nec peti poteſt tanquam uſura; quia hæc non niſi ex ſtipulatione in contractibus ſtricti juris debetur: *l.* 3. *ff. de uſur. l.* 9. *C. ſi cert. pet.* neque ut donatio; quia hoc ut donetur non eſt actum; donatio autem ſine utriuſque voluntate & animo non contrahitur. *l.* 25. *ff. de donat. Bart. in l.* 11. §. 1. *ff. hic.*

Licet tamen, de jure civili, (non Canonico. *c. conſuluit. de uſur. Panorm. & Dd. in c. fin. eod.*) quid ſupra mutuum ſtipulari, ad legitimum uſurarum modum, *l.* 9. *C. de non num. pec.* aut pactum mutuo adjicere. *Jaſ. poſt Bart. in l. rogaſti.* 11. *ubi Bald. hic.*

Contrahi mutuum poteſt in rebus quæ pondere, numero, & menſurâ conſtant. *d. l.* 2. §. 1. Quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem magis quam in ſpecie: hoc eſt, quoniam in his rebus magis perſpicimus quantitatem, vim ac valorem, quam corpora: *l.* 74. *de legat.* 2. *l.* 94. *de ſolut.* eò fit, ut una res pro altera reddatur, ita ut una tantum præſtet quantum altera. *Connan. lib.* 1. *cap.* 1.

In cæteris rebus ideò in creditum ire non poſſumus, quia functionem non recipiunt, etiam in eodem genere. Individua enim ipſa ſpecie, probitate & uſu differunt. *Dd. in l.* 32. *depoſ.* Ideò, cum pecus alicui datur, ut in eodem genere reſtituatur aliud, hic contractus non mutuum, ſed eſt permutatio.

Vt mutuum contrahatur, requiritur, ut ſit quantitas, in rebus fungibilibus conſiſtens, quæ datur: *l.* 2. §. 4. *hic.* Vt dans ſit dominus: *d. l.* 2. §. 4. Dominium rei mutuatæ tranſeat in mutuatarium: *l.* 1. §. 2. *eod.* Vt reddatur res eadem in genere, non in ſpecie: *l.* 3. *eod.* Vt is ſit animus contrahentium, *vid. l.* 32. *hic. l.* 24. *l.* 25. §. 1. *depoſ.* Non enim omnis numeratio accipientem obligat, ſed quoties id ipſum agitur ut ex mutuo obligetur. *l.* 3. §. 1. *ff. de obl. & action. junct. l.* 19. *in princ. hic.*

Mu-

Digitized by Google

Mutuum, cum ex initio non eſt contractum, confirmatur aliquando ex poſtfacto: puta, per conſumptionem pecuniæ alienæ mutuatæ; *l. 13. hic.* per uſucapionem; *Gl. in l. 15. §. ſed ſi nummi. de cond. indeb.* conditionis eventum; *l. 8. hic.* ſupervenientiam dominii in mutuantem, ex cauſſa de præterito; *d. l. 8. verſ. item ſi.* ratihabitionem. *Schneid. ad Inſt. quib. mod. re cont. obl. n. 27.* Vnde utilis condictio competit. *l. 4. C. hic. l. 32. ff. eod.*

Alioqui ex hoc contractu naſcitur actio certi condictio, *pr. Inſt. quib. mod. re cont. obl.* mutui actio, *l. 5. C. quib. non ob long. temp. præſc.* actio ſi certum petatur, *l. 1. pr. de cond. triticar.* &, ſiquidem pecunia ſub uſuris ſit credita, Calendarii actio, dicta. *l. 39. §. 14. de admin. tut.*

Competit ei, qui res, quæ mutuari poſſunt, mutuo dedit: *§. mutui autem. Inſt. d. t.* vel cujus nomine ſive ſcientis, ſive ignorantis, cum abeſſet, pecunia credita fuit, ſive pecunia ſit abſentis, ſive numerantis: *l. 9. §. 8. hic.* ſi plures dederint, ſingulis pro parte; niſi ſit aliud conventum: *l. cum te. C. ſi cert. pet.* aut niſi unus tanquam cæterorum procurator agat. *d. l. 9. C. ſi cert. pet.*

Adverſus eum, qui mutuum, ſuo nomine, accepit, *l. 13. C. eod.* qui pecuniam creditam accepturus, creditori futuro ſpopondit, *l. 30. ff. eod.* & accepit; ſi non, condictio hæc in eum non competit; *l. 30. hic.* tenetur tamen in id quod agentis intereſt. *Jaſ. & Zaſ. ad d. l. 30.*

Si plures ſimpliciter mutuati fuerint; in ſingulos, pro parte, competit actio: etſi uni, omnium nomine, facta ſit numeratio, niſi in ſolidum promiſerint, *l. 5. C. eod.* aut pro ſe invicem fidejuſſerint. *l. 12. C. ſi cert. petat.*

Hac actione conventus, creditum, & totum quidem, *l. 41. §. 1. De uſur.* in eodem genere, bonitate, & qualitate, licet hoc nominatim cautum non ſit, reddere compellitur. *l. 2. l. 1. l. 3. hic.* Ratio eſt; In ſtipulationibus cæteriſque contractibus id ſemper ſequimur quod actum eſt: *l. 94. ff. de R. I.* ac proinde in contrahendo quod agitur pro cauto eſt habendum:

dum: *l. 3. hic. l. 9. ff. de ſervit. l. 62. ff. de ritu nupt. l. 54. ff. de jur. dot.* Id autem agi intelligitur inter eos qui mutuum contrahunt, ut ejuſdem generis & in eadem bonitate ſolvatur quod datum eſt. In eadem bonitate, puta intrinſeca, licet valor ſit diminutus. *Accurſ. ad d. l. 3. hic. per l. 22. eod.*

Nummos proinde mutuo acceptos, eâdem formâ, vel materiâ, debitor reddere non cogitur. Ob æſtimationem potius nummorum, quam corpora credita: *arg. l. 94. §. 1. de ſolut. L. 19. §. 2. de cond. ind.* Niſi creditor ex ea re damnum aliquod paſſurus ſit, *l. 99. de ſolut.* aut id ab initio convenerit. *l. 99. ff. de ſolut. Don. ad l. 3. hic. Hotom. ill. qu. 15. Diff. Cujac. ad l. 59. ff. de verb. oblig.*

Reddere eos cogitur in eodem valore & pretio, quo dati fuerunt, etiamſi poſtmodum valor auctus ſit, vel decreverit. *l. 3. hic. l. 3. §. ult. De act. empt. l. 69. de contr. empt. vid. Molin. in tr. de uſur. q. 92. n. 693. cum ſeqq. Curt. ſenior. in l. cum quid. hic. Hottom. ill. quaſt. 15. Cujac. ad Nov. 4. c. 3. Covarr. c. 7. §. un. de collat. veter. numiſm.* Quia contrahentes ad publicum pecuniæ valorem non corpus reſpexiſſe cenſentur; & veriſimilius eſt eos in id quod præſens fuit conſenſiſſe, quam quod ſub incerto eſſe potuit: *l. 7. l. 9. ff. de aur. & arg. leg.*

Si res debita amplius non reperiatur, aut à debitore præſtari non poſſit, ejus æſtimatio rectè ſolvitur. *l. 71. §. 3. de legat. 1. Nov. 4. c. 3.*

In cujus inducendæ ratione, (pro natura judiciorum bonæ fidei, ſive ſtricti juris, item obligationum in diem conceptarum,) rei judicatæ, ſive litis conteſtatæ, *l. 22. hic.* ſive ejus temporis quo dies venit, *d. l. 22. l. 59. de V. O.* habenda ratio.

Caſus fortuitus, quo res mutuo accepta amiſſa eſt, debitorem ab hac actione non liberat. *l. 11. C. hic.* Quia genus debet, quod nunquam perit. *§. 2. verſ. & is quidem. Inſt. quib. mod. re cont. obl. l. 1. §. 4. ff. de obl. & act.* Genera enim aliquid materiale non ſunt, ſed intellectuale quid, quod paſſionem, & ſic interitum non patitur.

Quæ actio durat perpetuò; & intenditur ex obligatione

Digitized by Google

gatione mutui pura, ſtatim; ex conditionali, vel in diem, exiſtente die, vel conditione. *l.* 8. *hic.*

De jurejurando, ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali.

Tit. II.

Jusjurandum, eſt invocatio Dei, qua petimus ut ſit teſtis noſtræ aſſeverationis, *Cic. lib.* 3 *offic.* & puniat fallentes.

Quod, quoties ad veritatis confirmationem adhibetur, licitè & legitimè à Chriſtiano præſtari poteſt; *Deut.*6. *verſ.*10. *Paul. ad Hebr.*6. *ad Rom.*1.*verſ.*9. & adhibitum ſervandum eſt; modo non vergat in æternæ ſalutis diſpendium. *c.* 28. *de jurejur. c.* 58. *de R. I. in* 6.

Licet jurare de rebus honeſtis & licitis. Contra bonos enim mores præſtitum juramentum, non eſt obligatorium. *c. non eſt obligatorium. eod. in* 6.

Iusjurandum ad quatuor ferè adhiberi ſolet: ad fidei promiſſionem: ut cum Vaſallus domino fidelitatem jurat; &c. ad obligationem producendam: cum aliquis jurat ſe daturum quid aut facturum: ad contractuum confirmationem: & ad litis deciſionem, in ſupplementum, vel defectum probationis.

Romani olim, aut per genium Principis, aut per Iovem lapidem: Hodie Chriſtiani, tantum jurant per nomen Dei, *Exod.*23. *Judic.*11. *Deut.*6.*&* 10. *Matth.* 5. aut ſecundum Canoniſtas, per creaturas, agnoſcendo in iſtis Majeſtatem Creatoris; *Canon. ad c.*16.*hic.* ut Evangelia, Crucem: *c. ſi aliqui.*22. *qu.* 1. *& qu.* 5. *c.* 2. *& ſeqq.* mares erectis primis duobus digitis, fœminæ appoſitâ ad ſiniſtrum pectus dextera; coram judice, in loco publico. *Weſ. hic. n.* 6.

Adhibetur juramentum, aut de çauſa non controverſa, aut de controverſa. *Treutl. diſp. de jurejur. th.*1. *lit.b.*

In cauſis controverſis adhibentur juramenta, aut

ſolius religionis injiciendæ cauſa, ut juramentum calumniæ, malitiæ, teſtimonii, purgationis: aut cauſæ decidendæ; ut, voluntarium, neceſſarium, judiciale, in litem. *Donel. tract. de jurejur. c. 2. in pr.*

Calumniæ juramentum, eſt credulitatis, quod litigantes præſtant de conſcientia & bonitate cauſæ, quam habere opinantur. *l. 2. C. de jurejur. propt. cal. & t. t. Ext. eod.*

Olim in ſingulis partibus judicii, *l. 1. C. eod.* hodie in initio tantum litis, exigitur. *Auth. hoc ſacramentum. C. eod. Nov. 49. c. 3.*

Præſtandum ab Actore & Reo: *l. 2. & Auth. principales. C. eod.* non Procuratore; niſi ſpeciale ad hoc habeat mandatum: (De Iure puta Canonico: *c. 1. & 2. §. 1. c. 3. c. pen. & ult. hic. in 6.* De Iure enim Civili nunquam juratur per procuratorem, ſed ipſe dominus litis jurare debet. *l. 21. §. pen. ff. de noxal. act.*) in omni cauſa, non criminali, utpote in qua calumnioſus accuſator, ad pœnæ ſimilitudinem obligatur; *l. ult. C. de calumniat.* ſed civili, tam primæ, quam ſecundæ inſtantiæ: *c. 2. de jur. cal. in 6.* ubi probatio neceſſaria. *l. 1. l. 2. C. eod.*

Præſtatur petente, & præſente, adverſâ parte, vel ejus procuratore, *l. 34. §. 4. hic. l. 2. §. 4. C. de jurejur. prop. cal.* juſſu & auctoritate judicis, *d. l. 2.* in judicio, coram judicibus: *d. l. 2. Auth. principales. C. eod.* Niſi dignitas, vel ſexus, impediat quominus honeſte venire poſſit: Tum enim domi ſuæ coram miſſis à judice & adverſa parte, aut ejus procuratore: *d. l. 2. §. 3. & 5.* ſtatim, poſt litem conteſtatam, propoſitis Sacro-ſanctis Evangeliis. *d. l. 2.* Hodie apud acta publicè. *d. Auth. principales, verſ. 1. & 4.*

Hujus juramenti capita ſunt. 1. Quod jurans credat ſe juſtè, non malitioſè agere: 2. Veritatem ſuper omnibus ſe reſponſurum: 3. Non uſurum falſa probatione: 4. Non judicem corrupturum, nec tabellionem: 5. Non calumnioſam dilationem petiturum. *Specul. de jur. calum. §. nunc dicamus. vid. Bart. & Dd. in d. Auth. princ.*

Quod, ſi non præſtitum, vitiat proceſſum: *Gail. 1. obſ. 8.*

Digitized by Google

obſ. 8. *Marant. de jur. cal. n.* 2. & Actor recuſans illud præſtare, cauſa cadit; Reus pro confeſſo habetur: *Nov.* 134. *c.* 1. *in fin.* accedente puta judicis ſententia declaratoria. *d. l.* 2. §. *quod ſi actor. ubi Bart. n.* 5. *Gail.* 1. *obſ.* 86. *n.* 5. *d. Auth. principales. verſ.* 5. In criminalibus, ſi recuſetur, indicium ad torturam facit, ſecundum Aretin. *in tract. de malef. verb. juramentum.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſum. qu.* 89. *n.* 138. Cum revera in his de calumnia non juretur. *arg. d. l. ult. C. de calumniat.*

Tacite omitti, non expreſsè remitti, poteſt. *Gail.* 1. *obſ.* 84. *n.* 23. Puta de jure Canonico: *c.* 1. §. 1. *de jurejur. propt. calum. in* 6. De Iure Civili nullo modo prætermitti, *d. l.* 2. §. 4. aut à partibus remitti poteſt. *d. l.* 2. §. 4.

Iuramentum Malitiæ, quando aliquid malitiosè propoſitum præſumitur, præſtatur tam ante, quam poſt litem conteſtatam, in quacunque parte judicii, ex officio judicis delatum. *c. cum dilectus.* §. *nos vero. Ext. de elect.*

Illud non præſtans, habetur, reſpectu illius articuli ſuper quem pars de malitia petit jurari, pro confeſſo. *Gail.* 1. *obſ.* 87. *n.* 2.

Iuramentum teſtimonii, eſt quod teſtibus injungitur priuſquam ad dicendum teſtimonium admittantur. *l.* 9. *C. de teſtib. c. teſtimonium. Ext. eodem.*

Teſti enim injurato, in præjudicium alterius, præſertim in criminalibus, non creditur. *d. l.* 9. *c. quoties. c. licet. c. nuper. eod. Felin. in c. tuis. eod.*

Iurare debent omnes, *l.* 9. *C. de teſt.* ante depoſitionem, *d. l.* 9. non poſt, niſi in continenti; *l.* 7. §. 5. *ubi Gl. & Dd. de pact.* citati, *Gail.* 1. *obſ.* 100. *n.* 9. 10. parte utraque; niſi unus vocatus contumaciter abſit, *l.* 19. *C. de teſtib. c. in nomine domini. eod.* præſente; congruo loco & tempore. *Lanfr. pract. tit. de teſt. depoſ. n.* 7. & 9. *Specul. tit. de fer.* §. 2.

Iurant, ſe veritatem, ejus rei ſuper qua interrogantur, dicturos: nihil falſi intermiſſuros: pro utraque parte, & tam ad interrogatoria, quam articulos productos, veritatem quam noverint, dicturos:

non prece, pretio, timore, odio, commodi proprii cauſa, quid, quod ad veritatis teſtimonium ſpectet, intermiſſuros. *Roſb. in prax. civ. de juram. teſt. per Dd. allegg. n.* 15.

Iuramentum purgationis, eſt quo Reus, alioqui ab Actore non convictus, purgandi ſui cauſa jurat, rem ita ſe habere ut dicit. *Novell.* 72. *c.* 3. *Novell.* 124. *c.* 2. *Auth. novo jure. C. de pœn. jud. mal. jud.*

Defertur in cauſis arduis, ut criminalibus, matrimonialibus; & civilibus, quando contra reum ſunt aliqua indicia vel ſemiplena probatio. *Marant. eod. n.* 28. *& Dd. com. per l.* 3. *C. de reb. cred.*

Iuramentum voluntarium eſt, quod parti à parte, *in l.* 13. *l.* 17. *l.* 25. *l.* 26. *l.* 28. *§. ult. l.* 34. *§.* 6. *hic. l.* 1. *C. de reb. cred. l.* 34. *ff. eod.* vel extra judicium, ex conventione, defertur, & ſponte ſuſcipitur. *l.* 17. *l.* 28. *§.* 10. *ff. hic.*

Illud deferre poſſunt, & qui rerum ſuarum, & qui litis, ſunt domini; puta, procurator univerſorum bonorum, in rem ſuam datus, & cum ſpeciali mandato; *l.* 17. *§. fin. l.* 18. *hic.* tutor & curator aliis probationibus deſtituti; *d. l.* 17. *in pr. §.* 1. *&* 2. ſervus & filiusfamilias, liberam peculii adminiſtrationem ſi habeant; *l.* 20. 21. 22. 23. *eod.* in re peculiari, ſine; in re patris, vel domini, non, niſi cum ſpeciali mandato. *d. l.* 20. *& ſeqq. l.* 7. *C. eod.*

Deferri poteſt, exceptis Clericis, *l.* 25. *§.* 1. *& Auth. ſed judex. C. de Epiſc. & Cler.* & Epiſcopis, *l.* 7. *Auth. ibi juxta. C. eod.* omnibus, qui convenire, & conveniri poſſunt. *l. tutor. §.* 1. 2. *ff. hic.*

In omnibus cauſis & controverſiis civilibus: *l.* 3. *§.* 1. *eod.* non in criminalibus: *l. ult. C. de probat. Duar. cap.* 10. *ad tit. de jurejur.* nec, de Iure Canonico, matrimonialibus, contra matrimonium, *c. lator. de re jud. c. fraternitatis. de frigid. & malef.* omninò prò eo. *Duar. tit. de jurejur. capit.* 9.

Delatum liberè quidem ſuſcipitur, ſed ſuſceptum, omninò præſtandum: *l.* 5. *§. ult. l.* 17. *l.* 18. *hic.* nec perjurio poſtea detecto retractatur. *l.* 31. *in fin. ff. l.* 1. *C. eod.*

A de-

Digitized by Google

A deferente, ſi nondum ſuſceptum, revocari poteſt: *l.* 5. *ff. l.* 11. *C. eod.* Si ſuſceptum revocetur, pro remiſſo, & ac ſi juratum eſſet, habetur. *d. l.* 5. §. *ult. Jaſ. in* §. 11. *Inſt. de action. n.* 31.

Præſtitum ab Actore, parit actionem in factum; per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, ſed an juraverit. §. 11. *Inſt. de action.* A Reo præſtitum, actionem Actori aufert; puta cum conſtat recte juratum; ſin dubitetur an recte juratum ſit, exceptionem reo parit: *l.* 7. *l.* 9. *pr. &* §. 1. *ff. hic.* etiam ſucceſſoribus, tam in rem, quam in perſonam: *l.* 8. *d. l.* 7. *eod.* id eſt ſucceſſoribus non tantum univerſalibus, ſed & particularibus.

Iudiciale juramentum, eſt quod Iudex in cauſis dubiis defert. *l.* 31. *hic. l.* 3. *C. de reb. cred. Cujac. in par. hic.*

Hoc delatum, niſi juſta recuſandi cauſa ſit, *l. ult. hic.* eſt præſtandum, *l.* 34. §. 6. 7. *l.* 38. *l.* 8. *eod.* & quidem ita prout delatum eſt, *l.* 3. §. *ult. l.* 33. *eod.* licet nihil probatum ſit: *Cujac.* 22. *obſ.* 28. *Duar. hic. c.* 6. aut referendum; *l.* 9. *C. de reb. cred. l.* 34. §. 7. *l.* 35. *in princ. l.* 38. *hic. l. ult. C. de fideicom. l.* 12. *princ. C. de reb. cred.* Nec is cui juramentum defertur conqueri poteſt. Quia Iudex conſtituitur in propria cauſa. *l. ult. C. de jur. delib.*

Iuſtæ recuſandi cauſæ ſunt; ſi deferens non juravit de calumnia: *l.* 34. §. 4. *hic.* ſi ob deſperatas probationes ſemel revocatum rurſus defertur: *l.* 11. *C. eod.* ſi is cui defertur, illud referat: *d. l.* 34. §. 7. *l.* 38. *eod. l.* 9. *C. eod.* ſi aliundè intentionem probare velit: *Jaſ. eod. n.* 86. ſi ex jurejurando aliquod damnum, ſive exiſtimationis, ſive rei familiaris, incidere poterit. *Bart. in d. l.* 38. *n.* 4. *Don. tr. de jurejur. c.* 13. *n.* 1. 7. 8.

Præſtandum, vel coram judice coram quo cauſa ventilatur, ſeu ejus in præſentia: *l.* 3. §. *ult. hic.* vel, ſi juraturus ſit abſens, valetudinarius, *l.* 15. *ubi Dd. eod.* ſenex, *Accurſ. ibid.* perſona egregia, *d. l.* 15. mulier, *Obrecht. de jur. cal. c.* 9. *n.* 23. coram ejus Commiſſario. *arg. Aut. ſed judex. C. de Epiſc. & Cler, & Dd. comm.*

Digitized by Google

Effectus hujus juramenti præſtiti, eſt quod exceptio & actio Actori & Reo acquiratur: *l. 9. pr. &* *§. 1. hic. Weſ. hic. n. 9. Dd. com.* habeat ſpeciem tranſactionis: auctoritatem rei judicatæ: *l. 2. eod.* vim novationis, delegationis, & ſolutionis. *l. 26. §. fin. l. 28. §. 1. l. 40. eod.*

Appellare, puta à cauſa jurejurando deciſa, nec juramentum deferens, *l. 12. §. 3. C. hic.* nec delatum referens, *Fachin. 1. cont. 23.* nec is cui refertur, ſi illo jurare nolente referens victoriam reportet, *d. l. 12. §. 1.* poteſt. Sed omninò is, qui, ſive delatum, ſive relatum juramentum, præſtare juſtè recuſans, quaſi contumaciter recuſaſſet, condemnatur. *d. l. 12. §. 2. Dd. com.*

Neceſſarium juramentum, eſt quod inopia probationum à judice cauſâ cognitâ litigatori imponitur. *l. 31. ff. l. 3. C. hic.*

Sic dictum, quia inopia probationum, & à parte cui delatum neceſſariò præſtandum, *l. pen. §. fin autem. C. eod.* & à judice, ſi petitum, neceſſariò deferendum.

Defertur à judice ſolò, *l. 31. ff. l. 12. §. 2. C. eod.* ad inſtantiam partis, vel ex officio ſuo: *Gail. 1. obſ. 108. n. 5.*

Actori, qui ſemiplenè probavit; *d. l. 31. §. 3.* niſi veritatem ignoret, aut Rei perſona legalior ſit: *Bart. in d. l. 31.*

In omnibus cauſis, *l. 31. l. 3. §. quicunque. ff. l. in bonæfidei. C. eod.* in defectum legitimæ probationis: *d. l. 3.* Niſi ſint graves, *Gail. 2. obſ. 94. n. 8.* aut criminales, *Gl. in d. l. 3. verb. agitur.* in quibus non niſi plus quam ſemiplenè probatum ſit, deferri poteſt.

Facienda hæc delatio, parte petente, *Bald. in l. 1. ff. l. 3. C. hic.* & alterâ præſente, vel citatâ, *Gail. 1. obſ. 108. n. 8.* ante concluſionem. *Mynſ. obſ. 68. n. 1.*

Iudex tamen illud ex officio, tam ante, quam poſt concluſionem, deferre poteſt. *Gail. d. obſ. 108. n. 4. Diff. Dd.*

Deferri ut poſſit, requiritur: Vt ſit ſemiplenè probatum:

batum: ut perſona delationem petens, ſit bonæ & honeſtæ famæ, & vitæ: *Mynſ. cent. 1. obſ. 68.* ſciat veritatem per ſenſum corporeum: *Marant. tit. de jurej. n. 5.* cauſa ſit civilis, parva, & modica. *Gail. d. obſ. 108. n. 12. Mynſ. eod. n. 4.*

In pari utriuſque Actoris & Rei conditione, paribuſque probationibus, Reo potius deferendum. *Menoch. de arbit. caſ. 190. n. 19.* Vtpote cujus cauſa favorabilior. *c. ult. & ibi Gl. hic.*

Vnâ parte jurante, altera condemnatur. *l. 74. de judic. l. 1. de re jud.*

Vndè actio & exceptio rei judicatæ ex eo competit. *t. t. de re jud. & de except. rei jud.*

Repertis tamen novis inſtrumentis, cauſa hoc juramento deciſa, retractari poteſt. *l. 31. ff. l. 12. §. ſed juramento. C. hic.* Quia cauſa, non ex veris, ſed fictis probationibus ex juramento, quod citra voluntatem & conſenſum partis intervenit deciſa.

Et tum inſtauratur cauſa, non ipſo jure, *ut vult Jaſ. in l. admonendi. 31. hic.* ſed reſtitutione in integrum præcedente. *l. 53. ff. de re jud.*

De in litem jurando.

TIT. LII.

IVramentum in litem, eſt quo actor jurat quanti litem, id eſt, rem de quâ litigatur, æſtimet. *t. t. ff. & C. hic.*

Eſt duplex, Affectionis (quod in ſpecie juramentum in litem vocatur, *Roſb. in prax. civ. de jurej. in lit. n. 4.*) & Veritatis. *l. 2. §. 1. l. 5. §. ult. hic.*

Affectionis eſt, quo permittitur Actori rem æſtimare pro arbitrio. *l. 1. 2. 9. l. 5. §. 2. ff. hic.*

Defertur à ſolo judice, non parte: *l. 4. §. 3. ubi Jaſ. n. 1. & 2. l. 8. hic.* Nè voluntas unius ex litigatoribus auctoritati Iudicis antepoſita videatur, ſi quod ſoli Iudici ex officio facere incumbit, puta ut litem æſtimet & ad eam æſtimationem invitum quoque reum condemnet, *l. ult. hic.* adverſario facere concedatur. *arg. l. 1. §. inde quæritur. ff. de oper. novi nunc.*

Digitized by Google

illi qui litis dominus, & eam ſuo nomine eſt conteſtatus. *l.* 4. *in pr. l. vulgo. eod.*

Adverſus eum, qui ob dolum, & quidem ſolum, *l.* 3. *hic.* non culpam, *l.* 5. §. 4. *hic.* rem reſtituere, exhibere, vel non vult, vel non poteſt: *l.* 1. 2. §. 1. *l.* 4. *l.* 5. §. 3. *hic. l.* 68. *de rei vind.* non contra heredem, qua talem. *l.* 2. *l.* 4. *l. ult. C. eod.*

Locum habet potiſſimum in actionibus bonæ fidei, *l.* 2. *l.* 5. *hic.* tum ſcilicet, cum res à nobis profecta, quæ noſtra manſit, repetitur: *Azo. Fulgoſ. Duar. ad h. t. num.* 21. *Coraſ. ad d. l.* 5. *num.* 18. *& ſeq. Ant. Fab.* 6. *conject.* 17. ut in commodato, *l.* 32. *ff. commod.* depoſito, *l.* 1. §. 26. *ff. depoſ.* locatione, *l.* 48. §. 1. *ff. locati,* rei uxoriæ actione, *l.* 25. §. 1. *ff. ſolut. matr.* tutelæ, cum res ſuas pupillus repetit: *l.* 8. *hic.* non ſi de re aliena, nunc primum nobis præſtanda agatur, ut in actione empti, etſi procacia ſit non tradentis. *l.* 4. *C. de act. empt.* Quia hic nec dominus eſt actor, nec rem ſui juris perſequitur. Item locum habet in actionibus arbitrariis; *l.* 68. *ff. de rei vind. l.* 18. *ff. de dolo.* §. 31. *Inſt. de action.* quibus ad reſtituendum vel exhibendum agitur: *d. l.* 2. *& l.* 3. *l.* 5. §. 2. *ff. ad exhib.* Idque hoc caſu non tantum, *ut quidem volunt Duar. h. t. c.* 10. *&* 11. *Coraſ. ad l.* 5. *hic. Ant. Fab.* 16. *conject.* 15. cum actor ſe dicit dominum, ſed ſemper qualicunque actione uſuris per hanc aditum ſibi parit. *l.* 3. §. 1. *junct.* §§. *ſeqq. ff. ad exhib.* Idque in rebus æſtimationem non habentibus. *l.* 1. *l.* 3. *hic.* Non in actionibus ſtrictis. *l.* 5. §. *ult. cum ll. ſeqq. eod.* Cum, quia his actionibus ad reſtitutionem non agitur, ſed petitur dari aut fieri; tum quod ſtricta eſt & anguſta in his Judicis poteſtas.

Iurat Actor, quanti rem æſtimet: *l.* 18. *pr. de dolo. l.* 68. *ubi Gl. de R. V.* Non enim certa quantitas ad quam uſque in ſingulis cauſis juret, in jure expreſſa.

Vt tamen intra certam quantitatem juret, judex ſtatuere, *d. l.* 18. *d. l.* 4. §. 2. *hic.* imò etiam præſtito juramento, æſtimationem jurantis emendare poteſt, & minoris Reum condemnare.

Dd.

Dd. comm. per d. l. 4. §. 2. *ubi Gl.* §. 3. *l.* 5. §. 2. *hic. Nov.* 82. *c.* 10.

Ergò judex, niſi ex juſta cauſa recedat à juramento, tanti reum condemnabit, quanti Actor in litem juraverit. *d. l.* 68.

Iuramentum veritatis eſt, quo juratur quanti res revera eſt, ſeu quanti intereſt. *l.* 5. *l.* 8. *l.* 2. *l.* 9. *hic.*

Defertur à ſolo judice, *d. l.* 4. §. 1. *& ibi Bart. l.* 8. *hic.* (à Reo tamen, ſed præſente Iudice, offerri poteſt. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 8. *eod.*) in omnibus, etiam ſtricti juris actionibus, in quibus non ex arbitrio actoris in litem juratur; Idque ſive dolo, ſive culpa etiam levi; quia ob moram, quæ ejus ſpecies, præſtatur; *l.* 5. §. *ult. hic.* res in judicium deducta, non extet, vel deteriorata ſit. *l.* 2. §. 1. *l.* 4. §. *ult. d. l.* 5. §. *fin. cum ll. ſeqq. eod.*

Ad hoc, ut rem juratus æſtimet quanti verè ſit, ſive amiſſa, ſive deteriorata; modò ipſa æſtimatio aliunde non conſtet. *d. l.* 5. §. *ult. d. l.* 3.

Venit hic in æſtimationem, non tantum res, verum & id quod revera intereſt. *l.* 3. *hic. l.* 2. §. *ult. de eo quod cert. loc. l. ult. de per. & com. rei vend.*

Debet judex æſtimationem jurantis ſequi, nec Reum minoris condemnare poteſt. *Auth. poſt jusjurandum. C. de jud. Nov.* 82. *c.* 10.

De condictione cauſâ datâ, cauſâ non ſecutâ.

TIT. IV.

CONdictionem Certi ex mutuo ſequuntur quæ ex quaſi mutuo oriuntur: videlicet cum aliquid datum eſt, aut ob rem, vel honeſtam, vel turpem; aut ob cauſam, puta finalem; aut ſine cauſa.

Nam, ſi ob rem honeſtam data ſit pecunia, vel alia res fungibilis, cauſâ quidem ſecutâ, repetitio ceſſat, perfecto nimirum & abſoluto contractu. *l.* 1. *hic.*

Sin ſecuta non eſt cauſa, propter quam dedi;

æquiſſimum eſt, condictionem ad repetendum id quod datum eſt, mihi dari. Nè te meâ injuſtè, contra voluntatem meam locupletere. *l. 1. 2. 3. 4. 5. & 7. hoc tit.*

Si in nulla noxa exiſtas, inhibenda erit repetitio, donec conſtet te ſatisfacere aut nolle, aut non poſſe. *l. 8. in pr. eod.*

Non agitur hic ad implementum Contractus; quia hi contractus innominati, nullam in ſe continent implendi neceſſitatem, cum non ex conventione, ſed ſola rei contrectatione, accipiens obligetur: quam ſi reſtituat, deficit contractus æquitas, & obligationis ſubſtantia.

Poſſum etiam, ſi tibi dedero ut quid facias, pœnitere & repetere quod dedi; *l. 3. §. 2. l. 5. in pr. & §. 1. hic.* cum nihil à te mihi ſit præſtitum, quo æquum ſit me tibi obligari.

Quod ſi tu aliquid præſtiteris, non modo facto impleto, ſed & affecto, aut inchoato, quia res non eſt integra, neque ſine tuo damno pœnitere poſſum; inhibenda erit repetitio: niſi indemnitas tibi præſtetur ejus quod impendiſti. *d. l. 5. in pr. & §. 1. 2.*

De condictione ob turpem vel injuſtam cauſam.

TIT. V.

DAtum ob turpem cauſam, id eſt, bonis moribus adverſam; ſi ſolius dantis turpitudo ſit, non repetitur: Quia propriam qui allegat turpitudinem, non eſt audiendus: *l. 5. C. hic.* ut ſi meretrici quid detur. Etſi enim illa turpiter faciat quod ſit meretrix: non tamen turpiter accipit, cum ſit meretrix. *l. 4. §. 3. hic.*

Quod adeò verum, ut pecunia ſtipulatione promiſſa, à Meretrice exigi poſſit. Cum non turpiter ſtipuletur meretrix, ſed turpiter ei promittatur; Non enim turpis videri poteſt ſtipulatio ejus pecuniæ, quæ non turpiter accipi poteſt. Nec etiam adſe-

adfectionis gratia donatio, ſive honeſta, ſive inhoneſta, eſt prohibita; puta circa meretricem: *l.* 5. *ff. de donat.* Donatio autem non minus per ſtipulationem, quam per traditionem, fieri poteſt. *l.* 23. *l.* 33. *ff. de donat. int. vir. & ux.*

Quod ſi turpis cauſa accipientis fuerit, etiamſi res ſecuta ſit propter quam datum eſt, repeti poteſt. *l.* 1. §. 2. *& l.* 2. *eod.* Nè ex ſua turpitudine lucretur.

Qui in bona cauſa aliquid judici dedit, etſi turpiter dare non videatur: tamen nè venum proſtent ſententiæ, & ad corruptelam judicum animi, malo munerum exemplo, aſſuefiant, atque adeò quia is qui dat, quantum in ſe eſt, judicem corrumpit, ex Imperatoris Antonini Conſtitutione litem perdit: *l.* 1. *cum Auth. ſeq. C. de pæn. jud. mal. jud.* Nec data, *ut volunt Martin. Duar. ad h. t. cap.* 10. condicere poteſt. Quia & crimen contrahit qui in bona cauſa dat. *l.* 2. §. *fin. ubi Gloſſ. l.* 3. *hic. l.* 1. *C. de pæn. jud. male judic.*

Vbi & dantis, & accipientis turpitudo verſatur, non poteſt repeti: *l.* 3. *hic. l.* 2. *l.* 4. *C. eod.* & apud accipientem res data manet. Quia ejus, utpote poſſeſſoris, in pari cauſa potior eſt conditio. *l.* 2. *C. l.* 3. *l.* 4. *in princ. &* §. 1. *ff. hic.* etiamſi cauſa non ſit ſecuta; *l.* 8. *C. de cond. ob cauſ.* Quia laudandus qui à maleficio, turpiter licet à ſe promiſſo, ſibi temperavit. *l.* 5. *C. de inſt. & ſubſt.*

Res autem an turpis ſit ſecundum naturam, ut adulterium; *l.* 5. *C. hic.* an juris diſpoſitione, *l.* 3. *C. eod.* nihil refert.

Quod de turpi cauſa dictum, idem etiam in omni injuſta cauſa obtinet. *Gl. in l. perpetuo.* 6. *hic.*

De condictione Indebiti.

TIT. VI.

QVia is qui indebitum ſolvit, hoc ipſo aliquid contrahit, *l.* 2. *l.* 3. *hic.* (Tacitè enim videtur conventum, ut ſi debitum non ſit, illud reddatur. *l.* 13. §. *ult. ff. commod.*) ideò quaſi ex mutuo is qui

Digitized by Google

accipit, ad reddendum, aut id quod datum eſt, aut ſimile, obligatur, & (ſi ita quidem indebitum, ignoranter ſolutum) Condictione indebiti tenetur. *l. 1. §. 1. hic. §. ſi cui. Inſt. de obl. quæ quaſi ex contr.*

Indebitum eſt, quod omninò non debetur: *l. 65. §. fin. hic.* aut, quod nullo jure, vel ſaltem non jure naturæ, vel gentium, debetur: *l. 47. hic.* vel ſub conditione, aut incerta omninò die debetur: *l. 16. eod.* (quæ an extitura ſit, dubium adhuc eſt,) vel quod ſupra debitum eſt ſolutum: *l. 45. eod.* vel quod alii debetur, alii ſolvitur: vel ſi quod alius debebat, alius quaſi ipſe debeat, ſuo nomine ſolvat. *d. l. 65. §. fin. l. ſi pœna. §. 1. hic.*

Indebitum illud quoque accipimus, quod, propter aliquam perpetuam exceptionem, peti non poteſt. Nam & hoc condictionem parit. *l. ſi non. 26. §. 3. & §. 7. eod.* Quando tamen in odium ejus cui debetur, exceptio datur, (ut in Senatusconſulto Macedoniano) perperam ſolutum non repetitur. *l. 40. eod.*

Quod naturali æquitate quidem, ſed non jure civili debitum, ſi ſolvatur, repeti non poteſt. *l. 26. §. 16. l. 28. l. 60. l. 26. in pr. hic.*

Sed & quod pro dote datur, ad quam qui dat obligatum ſe credit, non repetitur; propter pietatis cauſam, quâ dotibus mulierum favetur. *l. 32. §. pen. hic.*

Etiam quæ per inficiationem in lite creſcunt, ſi per errorem indebitè ſolvantur, repeti non poſſunt. *l. ea quæ. C. eod.* Quia tranſactionis cauſâ ſolvi videntur.

Quod autem ob tranſactionem datur, repeti non poteſt: *l. 65. §. 1. hic. l. 2. C. eod.* ut nec illud quod ex cauſa judicati præſtatur; idque propter rerum judicatarum authoritatem. *l. 1. C. eod.*

Sed & quod in diem debetur, cum verè debeatur, quamvis nondum venerit dies, *l. 213. de V. S.* ante diem ſolutum repeti non poteſt; *l. 10. hic.* etiamſi incerta ſit dies, *l. 17. eod.* non quidem an, ſed quando ſit extitura: ut, ſi cum moriar dare promiſero:

Digitized by Google

ſero: certum enim eſt me moriturum, ſed quando incertum. *l. 1. de cond. & dem.*

Interdum & perſona locum facit repetitioni; puta, ſi pupillus, vel furioſus, vel is cui bonis interdictum eſt, ſolverit.

Et ſi quidem extant nummi, vindicabuntur: pro conſumptis verò condictio locum habebit: *l. 29. hic.* ſi videlicet utilius ſit pupillo, aut aliis ejuſmodi perſonis, condici pecuniam, quam ſolutionem ratificari: ut cum ſolutum eſt naturale debitum.

Quod ſi omni jure debitum fuit, quod ſolutum eſt, (cum fruſtra ſit exacturus quod ſtatim reſtituere debeat) ratificatâ ſolutione, pupillus liberabitur. *l. 14. §. fin. de ſolut. l. 19. §. 1. ſi cert. pet.*

Qui ſciens ſe non debere ſolverit, non repetit; *l. 1. in fin. hic.* quia donare videtur: *l. 53. de R. I.* Si ſcilicet & accipiens non deberi ſciat. Quod ſi is ignoret, donatio non eſt; quæ non fit niſi ſcienti. *l. 18. ff. de reb. cred. Tiraquell. in l. 8. C. de revocand. donat. v. donatione largitus. num. 342. Menoch. 3. præſumpt. 31.* Nec tamen huic condictioni locus, cum poſſit actori imputari cur ſolverit. *l. 7. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.*

Quod ſi quis errore ſolvit, quia error nullum habet conſenſum, *l. 15. de juriſd.* perinde eſt ac ſi ignorans ſolviſſet; & repetet; *l. 25. l. 22. hic.* niſi in jure erretur: Quia condictio hac conditione non datur. *l. 6. & ſeq. C. hic.* Quia juris error diſerte negatur. *l. 10. C. l. 9. §. ult. ff. de jur. & facti ign. l. 9. C. ad l. Falcid.*

Non datur de indebitè ſoluto rei vindicatio. Quia, cum, concurrente utriuſque affectu, translatum ſit dominium; *l. in omnibus. 55. de O. & A.* non poteſt vindicari quod eſt alienatum: ſed tantum actione perſonali condici. *§. appellamus. Inſt. de action.*

Eſt enim Condictio indebiti actio perſonalis, civilis, ſtricti juris, quâ actor intendit, ſibi ex æquitate reddi à reo oportere, quod indebitè eſt ſolutum. *l. 53. hic. d. §. appellamus.*

Digitized by Google

Solis illis pecunia condicitur, quibus quoquo modo ſoluta eſt, non quibus proficit. *l. 49. hic.*

Veniunt in condictionem, (quia naturalis eſt,) & rei ſolutæ acceſſiones, fructus, *l. 15. hic.* deductâ tamen impensâ. *l. 56. §. ei qui. hic.*

De condictione ſine cauſa.

TIT. VII.

Si res noſtra apud alium ſine cauſa ſit, ad eam repetendam, datur condictio ſine cauſa.

Res noſtra apud alium eſt. 1. Si ab initio nulla ſit cauſa: veluti ſi promiſſum ſit nomine dotis, cum matrimonium jure non conſiſtat. 2. Si cauſa non ſit ſecuta: veluti, ſi quis promiſerit ſpe accipiendæ mutuò pecuniæ, quam poſtea non accepit. 3. Si cauſa ſit finita, veluti, ſi is qui chirographum creditori dedit, pecuniam, cujus obligatio eo Chirographo continebatur, creditori ſolverit. *l. 1. §. pen. l. 4. l. ult. hic. l. 2. & l. ult. C. de cond. ex lege.*

Eſt hæc condictio, cum eâ, tam ſolutum, quam promiſſum, repeti poſſit, modò certi, modò incerti. *l. 1. l. 3. hic.* ut & ſuperiores. *l. 3. hic. l. 3. C. de cond. ind. l. 2. §. item ſi. de donat. l. 7. §. 1. de doli except. l. 10. de cond. cauſ. dat.*

Et eſt generalis, quæ cæteras complectatur: & dari ſolet, ubi nulla ex ſpecialibus competit, vel quænam danda ſit dubitari probabiliter poſſit. *ut in l. 1. & t. t. de æſtim. act. & de præſcr. verb. vid. l. 2. l. ult. hic.*

DIGESTORUM LIBER XIII.

De condictione furtiva.

TIT. I.

Condictio furtiva (quæ, præter rei vindicationem, actionem ad exhibendum, actionem furti, *l.* 7. §. 3. *hic*. §. *ult. Inſt. de obl. quæ ex del.* & cognitionem extraordinariam, *l. ult. de furt.* ex furto naſcitur) eſt actio perſonalis, rei ſurreptæ, & fructuum perſecutoria, ei competens, qui furtum paſſus eſt, adverſus furem, & ejus heredem, pro qua parte heres eſt. *d. l.* 7. §. 1. & 2. *l.* 8. §. *ult.* & *ll. ſeqq. hic. Diſſ. Cujac.* 7. *obſ.* 37. & 13. *obſ.* 37. *ſed male, ut oſtendit Ant. Fab.* 1. *conject.* 11. & 4. *conject.* 1.

Eſt partim certi condictio, quæ datur ſoli domino, rem ſuam condicenti: *l.* 1. *hic. l.* 14. §. *qualis. de furt.* partim incerti; quæ datur non domino, condicenti poſſeſſionem; ut creditori, cui pignus ſurreptum fuit. *l.* 12. §. *ult. hic.*

Tollitur hæc actio, ſi res domini facto ad alium transferatur, *l.* 10. §. *tamdiu. eod.* aut domino offeratur, vel obligatio novetur: *l.* 17. *eod.* non morte furis, *d. l.* 7. §. 1. *l.* 9. *eod.* nec rei interitu, *d. l.* 1. *in pr. l. ult. hic.* nec tranſactione de furto. *d. l.* 7. *in pr.*

Non tollitur rei interitu, quia fur rei loco æſtimationem tenetur præſtare; *l.* 3. *hic.* quia ſemper eſt in mora, *l. ult. eod.* & quia debitores ſpecierum interitu non liberantur, niſi ante moram perierint. *l.* 23. *De V. O.*

Competit in re furtiva condictio ipſorum corporum, *d. l.* 8. *in pr.* etiamſi in aliam ſpeciem ſint mutata; *l.* 13. *hic.* &, ſi deſierint in rebus eſſe humanis, & fur ea non obtulit, æſtimationis con-

Digitized by Google

condictio nihilominus durat. *d. l. 8. l. fin. ff. l. fin. C. eod.*

Et venit in condictionem, non modò quanti plurimi, ſcilicet à tempore furti commiſſi; *l. 8. §. 1. hic.* ſed omne id quod intereſt agentis, rem ſurreptam non fuiſſe, & fructus partuſque, ac quidquid ex re quæſtus haberi potuit. *l. 3. l. 9. §. fin. hic.*

De condictione ex lege.

Tit. II.

SI nova lex (id eſt, legibus XII Tabularum poſterior. *l. 7. de cap. min.*) obligationem inducat, neque caveat, quo genere actionis experiri oporteat, condictione ex lege agendum. *l. un. hic.*

Quæ, certi eſt condictio, rem ſi certam; incerti, ſi rem incertam, perſequatur.

Legem oportet eſſe civilem; nam ex Iure prætorio actio in factum, non condictio, oritur. *l. 11. de præſcr. verb.*

Condictionis ex lege plurimus hodie eſt uſus, cum ex novis Principum conſtitutionibus, & mandatis agitur. *§. 25. §. 26. Inſt. de action.*

De condictione triticiaria.

Tit. III.

COndictione triticiaria, (à Tritico Prætore ſic dicta. *Bart. & Dd. in l. 1. hic. ubi & Duar. Donel.*) præter pecuniam, aliæ res omnes, ſive pondere, ſive menſurâ conſtent, ſive mobiles, ſive ſoli, ſive incorporales, *l. 1. hic.* ſive certæ ſive incertæ ſint, *d. l. 1. pr.* petuntur.

Datur ad res arbitrio judicis, pro ratione locorum, ac temporum, æſtimandas. *l. pen. l. ult. eod.*

Nec tamen propterea dicenda eſt arbitraria: *ut vult Cujac. in par. hic.* Quia ſola rei æſtimatio actionem arbitrariam non facit. *§. 31. Inſt. de action.* Sed eſt ſtricti juris; quia in æſtimanda re tempus accepti judicii ſpectatur: *Weſemb. hic. Donell. ad l. 3. hic. num. 18. Robert. 2 animadverſ. 4. & 5.* Alii exiſti-

Digitized by Google

exiſtimant, modò bonæ fidei, modò ſtricti juris eſſe, prout cauſa ex qua datur vel bonæ fidei, vel ſtricti juris fuerit.

Non datur domino, niſi ob rem furto ſurreptam, aut vi raptam, aut quam quis vi invaſit. *l. 1. in fin. l. 2. eod.*

Quod odio furis introductum. *l. ult. ff. uſufr. quem. cav.* Cum aliàs nulla condictio ſit per quam actor intendat ſibi dari oportere. §. 17. *Inſt. de action.* Nam cum dare nihil aliud ſit quam dominium transferre; *l. 75. §. ult. ff. de verb. oblig.* apparet id quod actoris eſt, dari ipſi amplius non poſſe; quia nec magis ipſius fieri poteſt. *d. §. 14. l. 91. ff. de reg. jur. l. 12. §. ſi quis ſervum. ff. de capt. & poſtlim. rev.*

De eo quod certo loco dari oportet.

TIT. IV.

Eſt hæc actio de eo quod certo loco, Vtilis, arbitraria, quâ id quod certo loco ex ſtricta actione dari debuit, alio loco, idoneo puta; §. *loci. Inſt. de action. ubi Donel.* peti poteſt, facta commemoratione ejus loci quo dari debuit. *l. un. C. ubi conv. qui cert. loc. l. 1. 2. hic.*

Non refert quoquo modo ſe ſoluturum obligarit reus, ſive cautione, *l. 1. l. 2. §. 1. 2. hic.* ſive credito, *l. 6. eod.* ſive conſtituto, *l. 16. §. 1. tit. ſeq.* ſive aliis conventionibus, *l. 5. hic.* modò ſint ſtrictæ. *l. 7. ubi Bart. hic. Don. in l. 2. eod.*

Ex æquitate eſt introducta hæc actio, *l. 1. hic.* nè Actor, ſecundum ſubtilitatem ſtricti juris, alio loco quam erat promiſſum, petens, videretur plus loco petere, & ſic cauſa caderet. §. *ſi quis agens. Inſt. de action.*

Proponitur datâ judici facultate æſtimandi quanti Actoris vel Rei interſit, ſuo potius loco ſolvi, quam ubi petitum eſt. *d. l. 2. in pr. d. l. un. §. plus autem. Inſt. de act.*

Rei autem quod intereſt ſemper habenda eſt ratio: non ſemper quod actoris. *Weſ. hic. n. 6. Trentl. th. 4. diſp. 23.*

Reus,

Digitized by Google

Reus, ſi loco convento pecuniam obtulit, aut depoſuit, aut alioqui difficultate juſtâ (quæ à mora excuſat. *l.* 21. *cum ll. ſeqq. de uſur.*) impeditus fuit, quominus accederet, abſolvendus: *l.* 4. §. 1. *hic.* aut in ſolam contractus quantitatem condemnandus.

Tum ſolum ratio ejus quod Actoris intereſt inibitur, cum culpâ, aut morâ, debitoris, factum eſt, quominus loco convento ſolutio explicaretur. *d. l.* 2. §. *fin. hic.*

Nec fidejuſſoris obligatio augetur, ſi non per eum, ſed per debitorem principalem, ſtetit, quo minus ſuo loco ſolveretur: *l.* 8. *hic.* niſi in omnem contractus bonæ fidei cauſam ſe obligarit. *l.* 54. *in pr. locati.*

Bonæ fidei judicia, cum ipſis clauſula illa, *ut ex bono & æquo arbitretur*, à natura inſit, ſine ulla naturæ propriæ mutatione, aliave externâ clauſulâ, rectè etiam alio loco proponi poſſunt; nec propterea nomen arbitrariarum actionum induunt. *l.* 7. *hic.*

De pecunia conſtituta.

TIT. V.

JVre Prætorio introducta eſt actio, quæ vocatur de conſtituta pecunia, *l.* 5. §. 1. *hic.* aut Conſtitutoria; *l.* 2. *hic.* quam Prætor dat adverſus eos qui pecuniam ex priori aliqua obligatione, ſive valida jure civili, ſive invalida, ſoluturos ſe, ſine ſtipulatione, *l.* 1. *hic.* conſtituerunt.

Eſt enim conſtitutum, conventio, id eſt, nudum pactum, *d. l.* 1. *in pr.* de re debita, vel alia ejus loco, ſolvenda, *d. l.* 1. §. *an poteſt.* intra aliquod tempus: quod ſi in conventione non expreſſum, modicum, hoc eſt, decem dierum, ſubauditur. *l.* 21. §. 1. *hic.*

Suſtinetur Iure Prætorio; & ex eo datur actio, non ob geminationem pacti; *ut volunt communiter Doctores & Sichard. ad rubr. C. hic. Coſtal. ad l.* 1. *ff. eod. Weſemb. num.* 2. 3. *hic.* (cum pactum nudum, etiam

etiam centies repetitum, actionem non producat. *l.* 7. §. 4. *ff. de pact.*) ſed quod non ſimpliciter qui conſtituit ſe daturum promittat, (ut alias pacto nudo fieri ſolet) ſed deliberatè; id quod ante debebatur ſe ſoluturum conſtituat, & ideò non tam novum debitum contrahat, quam contractum agnoſcat, atque ita orta ex conſtituto obligatio, priori accedat.

Conſtituitur pecunia. Quo verbo olim res, quæ pondere, numero, & menſura conſtant: hodie, ex Iuſtiniani conſtitutione omnes omninò res, comprehenduntur. *l.* 2. *C. hic.*

Conſtitutum ut valeat, debet id, quod conſtituitur, debitum eſſe, vel naturaliter, *d. l.* 1. §. *pen.* vel jure prætorio, *d. l.* 1. §. *ult.* vel civiliter, ita ut ei non obſtet exceptio. *l.* 3. §. 1. *hic.*

Civile debitum cui obſtat exceptio prætoria, id eſt, naturalem æquitatem habens; ut pacti, jurisjurandi, non numeratæ pecuniæ, doli, *l.* 95. §. *naturalis. ff. de ſolution. l. ult. ff. de jurejur. l.* 14. *C. de non num. pec. l.* 2. §. *circa. ff. de doli mali except.* conſtitui nequit. *l.* 3. §. 1. *hic.* Quia revera non eſt debitum. Nihil enim refert an quid ipſo jure non debeatur, an verò debeatur quidem ipſo jure, ſed per exceptionem aliquam ſummoveri actor poſſit. *l.* 102. *ff. de reg. jur. l.* 10. *l.* 108. *ff. de verb. ſignif.*

Perindè eſt, ſive purè, ſive ſub conditione, ſive in diem, debeatur. *d. l.* 3. §. 1. 2. *& l. ſeq.*

Quod tamen ſub conditione debetur, ſive purè, ſive certo die conſtituatur, eandem nihilominus habet conditionem: alioqui non debitum videretur conſtitutum. *l.* 19. *hic.*

Nihil refert, utrum is, qui debet, conſtituat, an alius: nec utrum ei cui debetur, an alii conſtituatur. *l.* 5. §. 2. *eod.*

Actione, quæ ex eo oritur, (cum rei perſecutionem contineat: *d. l.* 18. §. *pen.*) agitur in hoc, ut quod conſtitutum eſt fiat, *l.* 14. §. 1. *l.* 21. §. *fin. eod.* aut in id quod intereſt, promiſſor condemnetur. *d. l.* 14. §. 2.

Quod judicium non conſumit actionem civilem,

Digitized by Google

ſi qua ex priore obligatione, cui ſubjectum eſt conſtitutum, competebat, nec è contrario.

Solutione enim magis utraque actio tollitur, quam litis conteſtatione; cum ex diverſis cauſis & obligationibus oriatur. *d. l. 18. fin. l. 28. hic.*

Commodati, vel contra.

Tit. VI.

Dictum hactenus de condictionibus, ſtrictis, vel arbitrariis, quæque, vel ex contractibus, vel ex bono & æquo, vel odio reorum, dantur: tranſeamus nunc ad alias, maximè bonæ fidei, & ex contractibus deſcendentes: & primum ad eas quæ ex commodato naſcuntur.

Commodatum, eſt contractus, quo res gratis traditur, certi uſus gratiâ, ut, eo finito, eadem ſpecies reſtituatur.

Commodari poſſunt, res omnes tam mobiles quam ſoli, *l. 1. §. 1. hic.* etiam alienæ, *l. 15. hic.* non quæ uſu conſumuntur: niſi ad oſtentationem, vel dicis gratia. *l. 3. §. fin. l. 4. eod.*

Dicis gratia fit, quod fit, ut non ſeriò, ſed perfunctoriè, *arg. l. 1. ff. ad SC. Sill. Duar. 1. diſp. 47. Cujac. 5. obſ. 33.* factum eſſe dicatur.

Commodari res debent gratuitò. Nam accedente mercede, non eſt commodatum, ſed locatio & conductio. *§. item is cui. Inſt. quib. mod. re cont. obl.*

Datur commodatum ad certum præſcriptumque uſum, *l. 17. §. 3. hic.* extra quem qui aliter utitur, furtum committit. *l. 5. §. 8. eod. §. placuit. Inſt. de obl. quæ ex del.*

Nec ante uſum finitum, commodatarius rem reſtituere cogitur. *d. l. 17. §. ſicut.*

Vim majorem, interitum, aut damnum rei, caſu fortuito accidens, non præſtat: *l. 5. §. 2. & §. 4. l. 10. l. 18. l. 20. l. fin. hic.* dummodò non ipſius culpa caſus interveniat.

Nam dolum & culpam, diligentiam & cuſtodiam, qualem à vigilantiſſimo patrefamilias requiri-

quirimus, (quæ leviſſimæ culpæ opponitur) commodatarius præſtat, *d. l.* 5. §. 2. §. 9. §. *pen. l.* 18. *hic*: cum ipſius gratia contractus initur: *d. l.* 5. §. 2. *d. l.* 18. Si commodantis causâ, dolum tantum præſtabit: *d. l.* 5. §. 10. *l.* 10. *in pr. hic*. Si utriuſque, dolum & culpam, non cuſtodiam. *d. l.* 18. *in fin. pr.*

Oritur ex hoc contractu, actio commodati, tam Directa, quam Contraria.

Directa commodanti datur, adverſus commodatarium, & ejus heredem: *l.* 17. §. 2. *hic*. quâ uſu in quem res data eſt, finito, commodans agit, ut ſibi ea ſalva & integra reſtituatur: *l.* 3. §. 1. *eod.* nec ſolum petitur res, ſed etiam acceſſoria, & quicquid ex re fructus, quocunque tempore, utilitatiſque, obvenit. *d. l.* 5. §. *uſque adeo*.

Contraria datur commodatario, adverſus commodantem, ad petendum quod ſua intereſt, ſi res commodata, ante uſum expletum, auferatur, *d. l.* 17. §. 3. *in fin. l.* 21. *in pr. eod.* aut vitio rei, quod vitium ſciens celarit commodator, damnum fecerit: *d. l.* 18. §. 3. item ad petendos ſumptus in rem commodatam factos, extra cibaria & modica impendia, quæ naturali ratione ad eum qui re utitur pertinent. *d. l.* 18. §. 2.

De pignoratitia actione, vel contra.

TIT. VII.

Actio quâ pignus repetitur, Pignoratitia dicitur: non Hypothecaria. Quia non ad hypothecam, quæ manet penes debitorem; ſed ad pignus, quod creditori traditur, repetendum competit. *vid. l.* 9. §. 1. *hic. l.* 238. §. *pignus. de V. S.*

Aliæ actiones dantur durante pignoris contractu: aliæ eo ſoluto.

Durante contractu pignoris, datur actio Serviana & quaſi Serviana, id eſt, Hypothecaria, qua creditor pignus ſuum perſequitur: Soluto, Actio Pignoratitia, debitori directa, creditori contraria. De his duabus agitur hoc in titulo.

Directa, eſt actio perſonalis, *l. ult. C. de diſtr. pign.* civilis,

civilis, quâ debitor, qui rem (etiam alienam; *l. 9. §. pen. hic.* pignori oppoſuit, ſoluta pecunia, vel ſi alia quacunque ratione creditori, *l. 9. §. omnibus. hic.* ipſi aut voluntate ejus alii, *l. 11. §. 5. eod.* ſit ſatisfactum, agit, adverſus creditorem, ut rem reddat, & damnum in ea dolo culpave ejus datum, reſarciat. *d. l. 9. §. 3. l. 40. §. ult. ff. l. pen. l. 7. C. hic.*

Qui ante ſolutionem agit Pignoratitiâ, licet non rectè agat, tamen ſi offerat in judicio pecuniam; non ſi aliam ſatisfactionem, *l. 10. hic.* debet & rem pignoratam, & quod ſua intereſt, conſequi. *d. l. 9. §. fin.*

Sed & ſi fortè re abutatur creditor, & dolo debitorem impediat, quominus jure ſuo uti queat, in id quod intereſt agetur. *l. fin. in pr. verſ. operam. hic.*

Agitur adverſus creditorem, quicum eſt contractum, & qui pignus poſſidet, *l. 32. verſ. creditor. de neg. geſt.* aut ejus heredem; Non adverſus alium rei poſſeſſorem, *l. 27. hic. l. fin. C. de diſtr. pign.* de jure civili: de Iure Pontificio etiam in tertium poſſeſſorem. *c. cum contra. 6. de pign. ubi Inn.*

In hoc agitur, ut res reſtituatur, *l. 40. §. fin. hic.* una cum fructibus, tam naturalibus, quam civilibus, *l. 2. l. 3. in princ. C. hic.* quos percepit, vel percipere debuit: *d. l. 3.* exceptis iis quos creditor vel cum uſuris pecuniæ compenſat, vel in ſortem debitam imputat: *l. 1. l. 2. l. ult. C. l. 1. C. de diſtr. pign. l. 9. C. de pignor. l. 22. §. 2. hic.* & ut præſtetur damnum quod creditor in re pignorata dolo vel culpa dedit. *l. 9. §. ult. l. 25. hic. l. 11. C. eod.*

Dolum enim & culpam, & vigilantiſſimi patrisfamilias diligentiam, præſtare creditor debet. Quia ejus potiſſimum gratiâ pignus conſtituitur. *l. 13. §. fin. cum ll. ſeqq. l. 22. §. fin. l. 25. hic.*

Vim majorem & caſum non præſtat. Cuſtodia enim adverſus vim parum proficit. *l. 31. de act. emt.*

Itaque ad dominum rei periculum pertinebit: *l. 30. l. fin. § fin. ff. l. 9. C. hic.* Niſi debitor culpa creditoris eam

Digitized by Google

eam periiſſe probare poſſit: *vid. Gl. & Dd. in l. 4. C. eod. Bart. in l. 6. §. an verò. de edendo. in fin.* Niſi ut amiſſio rei pignoratæ debitorem liberet inter contrahentes placuerit. *l. 5. l. 6. C. hic.*

Quod ſi venditum ſit pignus, (ut vendi ceſſante in ſolutione debitore poteſt, *l. 4. hic.*) agitur ut reſiduum pretii cum uſuris creditor reſtituat. *l. 24. §. 2. in fin. l. 42. hic.*

Contraria pignoratitia datur creditori, adverſus debitorem, *l. 16. §. 1. hic.* ut ab eo indemnis ſervetur, ſi fortè per id quod pignori accepit, damnum paſſus ſit, *l. 31. eod.* aut ſi deceptus ſit, accipiens (verbi gratiâ) æs pro auro: *l. 1. §. ult. l. 9. in pr. l. 16. §. 1. l. 36. eod.* aut ſi in rem pignoratam impenſas fecit neceſſarias, *l. 8. hic.* utileſve: *d. l. 31.* aut ſi falsâ ſolutionis ſpe oſtensâ, debitor pignus recuperavit; *l. 3. hic.* ac in ſimilibus caſibus, *l. 22. §. pen. cum ll. ſeqq. hic.* in quibus æquitas ſuadet, indemnem creditorem præſtari. *l. ſi ſervus. 31. eod.*

Vtilis actio pignoratitia contraria datur creditori adverſus heredem, ut rem ejus, à defuncto ſibi obligatam, nexu teneri patiatur; cum factum defuncti præſtare & approbare debeat. *l. cum à matre. 14. C. de rei vind. l. ſi Titio. 22. ff. de pignor.*

DIGESTORUM

LIBER XIV.

De exercitoria actione.

TIT. I.

POſſumus non ſolum per noſtras, ſed & per alias perſonas obligari, tam ex negotiatione terreſtri, quam maritima.

Ex negotiatione maritima oritur actio Exercitoria, ab exercitore ſic dicta.

Exercitor eſt, ad quem omnes obventiones & reditus ex navi perveniunt; ſive ſit dominus navis, ſive

ſive à domino per averſionem (id eſt, non ad numerum certarum amphorarum; ſed integram navem in univerſum, averſo in ſe à locatore omni periculo, lucro & damno), *l. fin. §. fin. tit. ſeq. l. 36. locati. l. 4. §. ſi averſione. de peric. & com. rei vend.* vel ad tempus, vel in perpetuum, conduxit. *l. 1. §. 15. hic.*

Magiſter navis eſt, cui totius navis anchora & gubernatio mandata eſt, vel ab ipſo exercitore, vel à primo navis magiſtro. *d. l. 1. §. 1. & 5.*

In illum exercitorem datur actio, ſi quid cum magiſtro navis contractum ſit; in eam tamen rem, cui præpoſitus eſt, *d. l. 1. §. 7. l. fin. hic.* (præpoſitio enim legem dat contrahentibus, extra quam ſi contrahunt, æquum eſt exercitorem non teneri. *d. l. 1. §. 12.*) idque propter utilitatem navigantium, ne facile decipiantur. *d. l. 1. §. 5. cum. §§. ſeqq.*

Quæ actio eſt Prætoria, *d. l. 1. in pr. & §. pen. l. 5. §. 1. eod.* in perſonam, rei perſecutoria, in ſolidum, *d. l. 1. §. ult. l. 6. §. 1. hic.* perpetua, & ad heredes tranſitoria. *l. 4. §. ult. eod.*

Cum eâ concurrit actio directa, contra magiſtrum qui contraxit, *d. l. 1. §. 17. & §. pen.* & contra ipſum exercitorem, quaſi ipſe contraxerit, dum contrahi cum magiſtro permiſit. *§. ult. Inſt. quod cum eo.*

Si tamen ab altero exactum ſit, cum altero agi non poterit. *d. l. 1. §. pen.*

Et hæc quidem ita ſe habent, ſi quando cum magiſtro navis contractum eſt. Quod ſi cum nautarum aliquo contrahatur, non competit actio in exercitorem.

Nam qui nautas quaſi inſtrumenta navis adhibet, non contrahendi cum eis poteſtatem facere videtur; culpâ tamen & dolo carere eos curare debet: *d. l. 1. §. 2.* culpæ ſuæ imputaturus, ſi minus idoneos, quaſi vitioſa inſtrumenta, adhibuerit. *l. fin. §. 4. naut. caup. ſtab.*

Ex delicto tamen eorum non convenitur ſi extra navem illud ſit commiſſum; ſi, ut quiſque vectorum res ſuas ſervet, neque ſe damnum velle præſtare,

præ-

prædixerit, & prædictioni vectores conſenſerint. *l. fin. ubi Bart. ff. naut. caup. ſtab.*

De Lege Rhodia de jactu.

T I T. II.

LEge Rhodia cavetur, ut ſi levandæ navis gratiâ jactus mercium factus ſit, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum jactumque eſt. *l. 1. hic.*

Æquiſſimum enim eſt, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amiſſas aliorum res, conſecuti ſunt, ut merces ſuas haberent ſalvas. *l. 2. in pr. verſ. æquiſſimum. eod.*

Dominus igitur amiſſarum mercium, (qui contra alios, qui unà vehuntur, nullam habet actionem, quia cum eis non contraxit,) cum magiſtro aget ex locato vel conducto (prout merces vehendas locavit, aut locum in navi conduxit,) ut merces aliorum retineat, donec portionem damni præſtent. *l. 2. in pr. hic.*

Quæ portio pro æſtimatione ac pretio rerum quæ ſalvæ, quæque amiſſæ ſunt, præſtari ſolet. *d. l. 2. §. 4.*

Sed in rebus, quarum nomine conferendum eſt, æſtimatio haberi debet, non quanti emptæ ſint, ſed quanti venire poſſint, *d. §. 4. verſ. ſed in his.* ac pretio rerum præſente. *l. 4. §. fin. eod.*

Sed hæc tum demum locum habent, cum ſervandæ navis cauſâ jactum eſt: id eſt, ubi jactus, nave ſalvâ, in tributum venit. *l. 4. in pr. & §. 1. hic.*

Quod ſi ante jactum, vel in ipſo jactu naufragium fiat, quod quiſque ex eo ſervare poteſt, ſibi ſervat, tanquam ex incendio: nec amiſſæ navis, merciumve damnum collationis conſortio ſarcitur. *l. 5. l. 7. l. 4. hic.*

Quocirca etiamſi navis, jactu levata, poſtea tempeſtate pereat, nihil contribuendum eſt, niſi merces perditæ extrahantur. *d. l. 4. §. 1.*

Si antennæ armamentave navis deiiſta aut corrupta

Digitized by Google

rupta ſint, aliaque parare magiſter navis cogatur; nihil contribui debet: ut nec fabro, cui locatum opus eſt, ſi malleum fregerit: neque aurigæ, cujus currus conductus eſt, ſi equum currumve ruperit, quippiam eo nomine debetur. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 6. *hic.*

Res jactæ domini manent, nec fiunt apprehendentis, quia pro derelicto non habentur. *l.* 2. §. *fin. l.* 8. *hic.*

De inſtitoria actione.

TIT. III.

UT ex negotiatione maritima naſcitur actio Exercitoria, ſic ex terreſtri oritur Inſtitoria: ab inſtitore ſic dicta.

Inſtitor, (appellatus ex eo, quod negotio gerendo inſtet, (*l.* 3. *hic.*) eſt is, qui tabernæ locove, ad emendum vendendumve, quive ſine loco ad eundem actum, præponitur. *l.* 18. *hic.*

Ex hujus contractibus dantur actiones, quæ vocantur inſtitoriæ, quod ex Inſtitoris contractu non directo, & Iure civili, ſed ex Edicto Prætoris, in præponentem, quicum non eſt contractum, competant: *l.* 17. *in pr. hic.* & quidem in ſolidum, *l.* 2. *C. eod.* etiamſi plures ſint qui præpoſuerint: *l.* 13. §. *fin. cum l. ſeq. eod.* & quamvis in rem verſum eſſe eorum nihil probetur. *l. ult. de exerc. act. Dd. in l.* 27. *ſi cert. pet.*

Nec enim contrahentes decipi debent, *l.* 11. §. 5. *verſ. item ſi. hic.* qui fidem præponentis ſequi videntur. *l. fin. pro ſocio. l. ſi inſtitorem. ſi cert. pet.*

Id quod cum Inſtitore geſtum eſt, tum demum præponentem obligat, ſi ejus rei gratia cui præpoſitus fuerat, aut de eo quod ad eam rem aliquo modo pertinet, *d. l.* 5. §. 3. *cum* §§. *ſeqq. l. pen.* §. *fin. hic.* (quod actori probandum. *l.* 1. *l.* 5. *C. hic.*) contractum eſt. *l.* 5. §. 11. *l. pen.* §. 2. *ff. l.* 3. *C. hic.*

Conditio enim præpoſitionis diligenter eſt ſervanda: *l.* 11. §. 5. *hic.* & videndum qua lege, qua forma & conditione inſtitor ſit præpoſitus, ut ſi fines

nes mandati exceſſerit, præponens non teneatur. *d. l.* 11. §. 5. *cum* §. *ſeq.*

Tamdiu tenetur dominus, quoad præpoſitio durat, quæ morte domini non finitur, ut cætera mandata: §. *item. Inſt. de mand. l.* 26. *mand.* ſed durat in heredem, donec inſtitorum mandatum expreſsè revocetur. *l.* 17. §. 2. *l. pen.* §. 1. *hic.*

Non ſufficit inſtitorem prohiberi ne contrahat, ſed & prohibendi ſunt omnes, qui cum eo aliquando contrahere vellent, ne in poſterum contrahant. Qui autem illi ſint cum ignoretur, utile eſt palam, ne quis contrahat cum præpoſito, proſcribere. *d. l.* 11. §. 2.

Datur, ad ſimilitudinem inſtitoriæ, utilis interdum actio, *l.* 12. *l.* 13. *l.* 19. *ff. l. pen. C. eod.* & quaſi actio Inſtitoria, cum ex contractu delictove quaſi Inſtitoris agitur. *l.* 5. §. *item. eod. Bald. in l. mandatum.* 15. *n.* 3. *C. mand.*

Quaſi inſtitor dici poteſt, qui non ad negociandum, ſed uni alicui negocio, aut certo facto præpoſitus eſt. *d. l.* 19. *ubi not. d. l.* 5. §. *item. Bald. in d. l. mandatum. n.* 3. & 4. *Bart. Jaſ. in d. l. ſi inſtitorem.*

Poteſt Inſtitor, ex contractu tempore præpoſitionis habito, non tantum durante præpoſitione conveniri; *l. fin. ubi not. hic. Dd. in l.* 1. §. 7. *ubi Caſtr. de exerc. act. Jaſ. in d. l. ſi inſtitorem.* ſed & eâ finitâ: *arg. l.* 7. §. 11. *ff. ad SC. Mac.* perinde ut Magiſter navis finito officio. *l.* 1. §. 17. *ff. de exerc. act.* Cum argumentum à Magiſtro ad Inſtitorem valeat. *arg. l.* 23. §. *ſi duo. hic. Duar. ibid. num.* 4. *Weſemb. n.* 6. *Coſtal. ad l. ult. C. eod. quem vide.*

Domino, adverſus contrahentes cum Inſtitore, nulla datur actio extraordinaria, *l.* 1. *hic.* quia legitimis remediis ſecurus eſt. *d. l.* 1.

Si tamen aliter rem ſervare nequeat, dantur ei utiles actiones in eos qui cum Inſtitore contraxerunt. *d. l.* 1. *in fin. l.* 2. *hic. l.* 13. §. 25. *de act. empt.*

Hæ omnes actiones perpetuæ ſunt, & heredibus atque in heredes dantur. *l.* 15. *hic.*

Digitized by Google

De tributoria actione.

TIT. IV.

HÆC Actio Tributoria, dicta eſt à diſtribuendo vel dividendo. Nam ſi filiusfamilias vel ſervus, vel liber homo qui bona fide ſervit; *l. 1. in fin. l. 2. & ſeqq. hic.* ſciente nec contradicente patre vel domino, in peculio negotietur, creditores ejus, adverſus patrem vel dominum, hanc actionem habent, ut merx peculiaris inter omnes creditores, pro rata portione, dividatur, ita ut nec patris vel domini, nec occupantis, melior ſit conditio. *l. 1. in pr.* §. 3. §. 4. *l.* 5. §. *mercis. l. 6. hic.*

Si patris vel domini dolo factum ſit, quominus, merx peculiaris inter creditores geometrica proportione diſtribueretur, in eum datur hæc actio, ut quantò minus alicui tribuerit, præſtet. *l. 7.* §. *ſi cujus. hic.*

Eſt hæc actio prætoria, *d. l. 1. in pr. hic.* perſonalis, rei perſecutoria, perpetua, qua heres de eo duntaxat tenetur, quod ad eum pervenit. *l. 7.* §. *fin. l. 8. l. 9. in pr. hic.*

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicetur.

TIT. V.

FIliusfamilias ex contractu, dum in poteſtate eſt conſtitutus inito, etiam poſt emancipationem, aut alio modo ſolutam patriam poteſtatem, manet quidem obligatus & conveniri poteſt; *l. 39. de act. l. 57. de jud. l. 2. de cap. dim.* ſed per hoc Edictum non ulterius quam facere poteſt; *l. 1. 2. hic.* hoc eſt, deducto ne egeat. *l. 3. eod. l. 173. de R. I.*

Quod Edictum ex æquitate jus rigidum (quo filiusfamilias ſui juris factus, utpote capite diminutus & quodammodo alius & novus homo factus; *l. 58.* §. 8. *ff. de ſolut. l. 27. ff. de adim. leg.* non amplius tene-

tenebatur) corrigens, & creditoribus, ne propter juris ſubtilitatem debito fraudentur, conſuluit, & filiumfamilias eis teneri voluit; ſed, quia iniquum eſſet eum ex eo contractu ex quo nullum emolumentum percepit, gravari, ne ultra quam facere poteſt. *l.* 2. *l.* 3. *C. l.* 2. *ff. hic.*

Quod beneficium ipſi non competit, ſi vel patri etiam ex parte, ſed non modica, heres, aut bonorum poſſeſſor, *d. l.* 4. *pr. l.* 5. §. 1. *hic.* vel ſe patremfamilias eſſe, mentitus eſt. *d. l.* 4. §. 1.

Nec ejus heredi, ſed ipſi filio ſoli ſuccurritur. *d. l.* 4. §. *ſoli.* Quia privilegia perſonalia, quale hoc, non tranſeunt in heredem. *l.* 42. *ff. de admin. tut. l.* 12. *ff. ſoluto matrim.*

Si cum ſervo contractum eſt, actio de peculio vel in rem verſo, vel quod juſſu, in dominum competit, *l.* 1. *hic.* nulla contra ſervum; quia Iure Civili pro mortuo habetur. *l. quod attinet.* 32. *l. ſervitutem.* 209. *ff. de R. I.*

De Senatuſconſulto Macedoniano.

Tit. VI.

HVjus Senatuſconſulti introducendi cauſam præbuit fœnerator Macedo: qui filiis-familias mutuam pecuniam, puta numeratam, *l.* 7. §. 3. *hic.* ad luxum credere ſolebat: unde tandem flagitiis obruti, ad quodvis flagitium impellebantur. *l.* 1. *hic.*

Quod hoc Senatuſconſulto in tantum prohibitum, ut nec actio, nec petitio, etiam poſt mortem patris, vel poſtquam alia ex cauſa ſui juris facti ſunt; *l.* 1. *pr. l.* 7. §. 4. §. 5. *hic.* ex tali mutuo detur: *d. l.* 1. nec danti, nec ſucceſſoribus, aut ſociis ejus: dummodò creditor ſciat, aut ſcire potuerit, *l.* 19. *de R. I.* filiumfamilias eſſe cui credebat. *l. pen. hic.*

Nam ſi juſta ſimplicitate deceptus ſit, ut quia is ſe patremfamilias affirmavit, vel ſimulavit: *l.* 3. *ff. l.* 1. *C. h. t.* aut ætatis beneficio excuſetur, ut ſi minor minori mutuo det, ceſſat SCtum. *d. l.* 3. *l.* 1. 2. *C. eod.*

Digitized by Google

Et, ſi caſtrenſe peculium filiusfamilias habeat, ceſſat in eo Senatus-conſultum, uſque ad quantitatem peculii. Cum in eo patrisfamilias vice fungatur. *l.* 1. §. *fin. l.* 2. *hic.*

Habet hoc Senatusconſultum locum in filiosfamilias utriuſque ſexus, *l.* 9. §. 2. *hic.* cujuſque etiam dignitatis. *l.* 1. §. 3. *eod.* Non tamen ejus qua jure poteſtas patria ſolvitur. *Nov.* 81.

Sed in pecunia tantum mutuo data, non etiam aliis in contractibus; ſi non ſit fraus Senatusconſulto cogitata. *l.* 3. §. 3. *l.* 7. *in pr. &* §. 3. *hic.* Veluti ſi aliæ res, pro pecunia numerata, vel unde pecunia conflari poſſit, quæ in mutuum veniret, ſint datæ. *l.* 3. §. *pen. l.* 7. §. 3. *hic.* Fraus enim Senatusconſulto fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, fit. *l.* 29. *l.* 30. *ff. de legib. l.* 5. *C. eod.*

Et ſuccurritur non filiofamilias tantum, ſed & ejus fidejuſſori, *d. l.* 9. §. 3. patri, *l. pen. C. eod.* heredi. *d. l.* 7. 10.

Adeo ut actio, quæ ex mutuo competit, exceptione hujus Senatusconſulti elidatur, *d. l.* 7. *in pr. &* §. 1. *l.* 11. *eod.* & ſic creditor jus agendi non habere videatur, cum perpetuâ exceptione removeri poſſit. *l.* 13. *l.* 112. *de R. I.*

DIGESTORUM
LIBER XV.

De peculio.

TIT. I.

PEculium, (dictum quaſi puſilla pecunia, ſeu puſillum patrimonium, *l.* 5. §. *pen. hic.*) eſt univerſitas, *l.* 32. *in fin. pr. hic.* eorum, quæ filiusfamilias aut ſervus, *l.* 47. §. *ult. hic. l.* 8. §. *ult. de pecul. leg.* patre vel domino permittente, *d. l.* 5. §. *ult. l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 49. *hic.* habet à paternis vel dominicis rationibus ſeparata. *l.* 4. *pr. &* §. *ex his. l.* 5. *hic.*

Ex

Digitized by Google

Ex contractu ſervi in merce peculiari negotiantis, *l.* 2. §. 5. *l.* 47. §. 1. *hic. l.* 19. *cum l. ſeq. ff. de fidejuſſ.* & filii etiam extra mercem peculiarem, *d. l.* 2. §. 9. *&* 10. *l.* 5. *C. hic.* quibuslibet actionibus inde deſcendentibus, dominus paterve de peculio, puta dominico & profectitio, *l.* 5. §. *ult. l.* 39. *l.* 4. *ff. eod.* conveniri poteſt, ut quatenus in peculio eſt, eatenus actori ſatisfaciat: deducto tamen ſemper eo, quod ipſi qui convenitur, à filio, aut ſervo, debetur: quia prævenisſe dominus paterve creditur; *l.* 9. §. *peculium.* §. *præterea. hic.* & computato in peculium eo, quod pater vel dominus, aut ipſi filio vel ſervo naturaliter debet; *l.* 7. §. *pen. eod.* aut dolo malo fecit quominus in peculio eſſet. *l. ſumma.* 21. *in princ. eod.*

Quando de peculio actio annalis eſt.

TIT. II.

Actio de peculio, quamdiu ſervus vel filius in poteſtate ſunt, perpetua eſt: poſt mortem verò, aut emancipationem filiifamilias, manumiſſionem vel alienationem ſervi, annalis eſſe incipit. *l.* 1. *in pr. hic.* id eſt, anno utili terminatur.

De in rem verſo.

TIT. III.

Si hi qui in aliena poteſtate ſunt, nihil in peculio habent, vel habeant quidem, non in ſolidum tamen; tenentur qui eos habent in poteſtate, ſi in rem eorum quod acceptum eſt, converſum ſit.

De in rem verſo actio perpetua eſt, & locum habet, ſive peculium ademptum ſit ſine dolo malo, ſive actio de peculio anno finita ſit. *l.* 1. *pr.* §. 1. *hic.* Quia æquum eſt, patrem vel dominum cum alterius jactura non locupletari. *l.* 14. *ff. de cond. ind. l.* 206. *ff. de reg. jur.*

In rem domini verſum intelligitur, quicquid neceſſariò

ceſſariò utiliterque (non voluptatis cauſa. *l.* 3. §. 4. *hic.*) in rem ejus ſervus impenderit. *d. l.* 3. §. 1.

Et toties de in rem verſo actio eſt, quoties procurator mandati, vel qui negotium geſſit, negotiorum geſtorum habet actionem, quotieſque aliquid ita conſumpſit ſervus, ut, aut meliorem rem dominus habuerit, aut non deteriorem. *d. l.* 3. §. 3.

Cujus rei probatio agenti incumbit. §. *cæterum. Inſt. quod cum eo qui in al. pot.*

Si in probatione deficiat; dominus vel pater tenetur quatenus eſt in peculio. *l.* 7. *C. quod cum eo qui in al. pot. eſt.*

Quod juſſu.

TIT. IV.

DE eo quod juſſu aut mandatu patris dominive contractum eſt; quia quodammodo cum eo contrahitur qui jubet, *l.* 1. *pr. hic.* (cujus fidem qui contrahit ſequi videtur. §. 2. *Inſt. quod cum eo qui in al. pot.*) in ſolidum, videlicet quatenus juſſit, *l.* 3. *hic.* adverſus eum hæc actio quod juſſu datur.

Iuſſui & ratihabitio comparatur. *d. l.* 1. §. 6. *hic.* Accipitur enim hic pro quovis conſenſu. *l.* 1. §. 1. *cum* §§. *ſeqq.* §. *ratum. eod.*

DIGESTORUM
LIBER XVI.

Ad Senatus-Conſultum Velleianum.

TIT. I.

MVlieres ſuo nomine contrahentes, efficaciter obligantur; alieno vero nomine intercedentes Senatuſconſulto hoc Velleiano obligationi, ob ſexus imbecillitatem, eximuntur, actione in priſtinum debitorem reſtitutâ. *l.* 2. §. 1. §. 2. *hic.*

Et

Digitized by Google

Et non tantum illis ſi quidem deceptæ ſint, non ſi decipiant, *d. l.* 2. §. 3. *l.* 23. *eod.* (nec enim dolo earum ampliſſimus ordo opitulatur. *l.* 30. *hic.*) ſubvenit, ſed & harum fidejuſſoribus, mandatoribus, ac procuratoribus, &c. *l. 6. eod.* non modò quod regreſſum, ſi exigantur, adverſus illas habeant, ſed quia totam obligationem Senatus improbat. *l.* 16. §. *fin. eod.*

Omnis contractus Senatuſconſulto comprehenditur, & quocunque modo intercesſerunt, alienam, ſuo periculo, ſuſcipientes obligationem. *d. l.* 2. §. 4. *l.* 8. §. *ſi mulier. l.* 9. *hic.*

Non ſi creditor ſcivit eas intercedere, colorque quæſitus eſt obligationi. *l.* 12. *l.* 8. §. 14. *eod.*

Adjuvatur ita mulier, ut, ſi ex interceſſione conveniatur, excipere de Senatuſconſulto; ſin quid præſtiterit, ſolverit, delegarit, condicere, *d. l.* 8. §. 1. *&* §. 3. unà cum fructibus, *l.* 32. §. 1. *eod.* poſſit.

Cùm hæc exceptio ſit in favorem mulierum introducta. *l.* 40. *de cond. ind.*

Non adjuvatur hoc Senatuſconſulto mulier, ſi poſt biennium ab interceſſione iterum ſe obſtringat, & pignora det; quia non poteſt dici levitate quadam interceſſiſſe: *l.* 22. *C. hic.* ſi huic beneficio, tam in, quam extra judicium, renunciet, *l. fin.* §. 4. *ff. l.* 21. *C. eod. Nov.* 94. *c. Nov.* 118. *c.* 5. monita modò ſui beneficii ſit à Notario. *Accurſ. hic. l.* 5. *de tranſact.*

Reſciſsâ interceſſione, dantur ex æquitate Prætoria actiones, *l.* 1. §. *ult. hic.* contra eos, quorum negotium mulier geſſit: vel utilis, vel nova.

Vtilis, (quæ & reſciſſoria, *l.* 26. *C. hic.* vel reſtitutoria dicitur. *l.* 8. *C. l.* 8. §. 12. *cum* §. *ſeq. ff. eod.*) ſi per novationem actio creditoribus extincta eſt. *l.* 8. §. 8. *hic.*

Nova, ſi obligatio in mulieris perſona initium ſumpſit: *l.* 13. §. 1. *hic.* ut ſi mulier obligationem ſuſcepit, ne alius obligaretur. *d. l.* 8. §. *pen. l.* 1. *in fin. ff. eod.*

Digitized by Google

De compenſationibus.

Tit. II.

Compenſatio, eſt debiti & crediti inter ſe contributio. *l. 1. hic.*

Quâ, qui convenitur, creditorem ſuum, eundemque debitorem petentem, vel quoad totum debitum, ſi æquale; vel, ad quantitatem concurrentem, ſi non, *l. 4. C. hic.* ſubmovet, paratus compenſare. *l. 2. eod.*

Intereſt enim noſtra potius non ſolvere, quam ſolutum repetere: *l. 3. hic.* ne fiat per plura quod confici poteſt per pauciora. *l. 39. §. 1. C. de appell. l. 10. C. de jud.*

Compenſationi locus eſt, ſive ex contractu, (non depoſiti. *l. ult. C. hic.* puta directa; *l. pen. C. depoſ.*) ſive ex maleficio, dum tamen civiliter: *l. 10. §. 2. hic.* & ſive perſonali, ſive reali actione, agatur. *l. fin. C. eod. §. 30. Inſt. de action. Cujac. 15. obſ. 12. Donel. ad d. §. 30. num. 6. & 13.*

In publicis judiciis, ubi non privatorum jus, ſed publica vindicta, ad coërcenda maleficia, ſpectatur, non admittitur compenſatio, ſed utrumque ſontem ſuæ pœnæ manent. *l. 2. §. qui hoc. l. 13. ad L. Jul. de adult.*

Nec admittitur compenſatio, ſi ſpecies hinc inde, vel individuum, vel quantitas obligationi ineſt, vel in genere ſpecies debeatur: ut homo: *l. 22. & Gl. & Dd. in l. 1. hic. & in l. fin. C. eod.* Quia aliud pro alio invito creditori ſolvi nequit. *l. 2. §. 1. ſi cert. pet.*

Compenſatio autem nihil aliud eſt, quam ſolutio. *l. 19. de lib. cauſſ. l. amplius. rem rat. hab.*

Quantitatis ad quantitatem rectè fit compenſatio, vel ſpeciei cum ſpecie, cum idem genus debetur, ut hominis cum homine. *Paul. lib. 2. ſent. cap. 5. Accurſ. Bald. in l. 78. ff. de hered. inſt. Sichard. ad l. 14. l. 22. C. hic.*

Huic ita demum locus eſt, ſi debitum quod in compenſationem deducitur, verè ſubſiſtat, vel jure civili,

civili, & gentium, vel certè æquitate naturali, *l. 6. hic.* & ſit purum, *l. 7. hic.* liquidum: *l. fin. C. eod.* id eſt, quod certum ſit deberi, aut facile probari & oſtendi poſſit. *d. l. fin. §. 1. & ibi Dd.* Quale eſt confeſſum, præſens, quod ex judicato venit.

Si æquitatem nullam habet obligatio, & exceptione perimi poteſt, non venit in compenſationem. *l. 14. eod.* Veluti ſi debitum præſcriptione vel ſententia abſolutoria inane ſit redditum. *Goth. ad l. 14. ff. hic.*

Compenſatio hodie ipſo jure ineſt omnibus, *l. 4. & 5. l. fin. C. eod.* uti & olim bonæ fidei actionibus: *l. 11. l. ſi ambo. hic.* ſtrictis doli mali exceptione oppoſitâ. *Cujac. l. 8. obſ. cap. 16.*

Ipſo jure tamen non aliter fiunt compenſationes, quam ſi paratus ſit Reus eas facere, *l. 2. hic.* & objiciat, *d. l. fin.* atque opponat. *§. in bona fidei. Inſt. de action.* Poteſt enim judex eas reprobare. *l. 7. §. 1. hic. d. l. fin. vide Donel. in l. 4. num. 8. C. hic.*

Depoſiti, vel contra.

TIT. III.

RES, quoniam non modò ad uſum, verum etiam ad cuſtodiam credi ſolent, ideò pauca de depoſito ejuſque actione dicenda.

Depoſitum, (acceptum pro re depoſita) eſt quod cuſtodiendum alicui datum eſt. *l. 1. pr. hic.*

Pro contractu acceptum, eſt contractus, quo res gratis cuſtodienda, & quotieſcunque deponens repoſcet, in eadem ſpecie reſtituenda, traditur. *§. pen. Inſt. quib. mod. re cont. obl.*

Deponens quovis tempore poteſt rem repetere, *d. l. 1. §. 22. §. pen.* & depoſitarius ſuo officio liberari. *l. 5. §. fin. eod.* Quia ad rem cuſtodiendam, non ſervandam, tenetur.

Depoſitum, vel eſt Depoſitum in ſpecie, quo res non litigioſa ab uno, vel pluribus, deponitur: *d. l. 1. §. 22. 25. 27. 43. &c. hic.* vel Sequeſtratio; quæ eſt depoſitio rei litigioſæ, ſeu controverſæ, apud ſequeſtrum, à pluribus, in ſolidum, ea lege, ut lite pen-

Digitized by Google

dente cuſtodiatur, finitâ verò reſtituatur victori, facta. *l. 5. §. 1. & 2. l. 7. & pen. hic.*

Depoſitum in ſpecie dictum, plerumque eſt voluntarium; interdum tamen neceſſarium, puta tribus illis caſibus, incendii, ruinæ, naufragii. *l. 1. §. 1. 2. 3. hic.*

Sic & Sequeſtratio, vel fit magiſtratus autoritate, parte, ſive utrâque, ſive alterutrâ invitâ; quæ judicialis: *l. un. C. de prob. pec. ſeq.* vel partium conſenſu; quæ conventionalis dicitur. *l. 39. De ſolut. l. 39. de acq. poſſ.*

Conventionalis ſequeſtratio regulariter eſt licita, *l. 5. & 6. hic.* Iudicialis non, *d. l. un.* niſi ex juſtis & urgentibus cauſis: ut denegatæ cautionis, *l. 7. §. fin. qui ſatiſd. cog.* metus armorum, *l. 13. §. 3. de uſufr.* dilapidationis rei litigioſæ, *c. 3. de ſeq. poſſ. & fruct.* denique quotieſcunque, ex periculo in mora, ejus eſt neceſſitas. *Ferr. in form. ſequeſt. Gail. 1. obſ.* 148.

Conventionalis, poſſeſſionem in ſequeſtrum transfert, niſi convenerit, ut tantum detineat. *l. 17. §. 1. hic.* Iudicialis non, ſed quoniam eſt dubia, eam relinquit in ſuſpenſo, donec vel partes inter ſe de lite amicè convenerint, vel judicis ſententia quis poſſeſſor ſit, & eſſe debeat, declaretur, *l. 39. de acq. poſſ.*

Sequeſter tenetur ad rem commiſſam diligenter cuſtodiendam, etiam diſtrahendam; puta ſi ſervando ſervari nequeat, & ſi ejus diuturnior cuſtodia bono patrifamilias diſpliceret: *Dd. in l. 7. §. fin. qui ſatiſd. cog.* Et finitâ ſequeſtratione bonâ fide reddendam: *fac. l. 1. §. 2. l. 2. l. 5. §. 2. hic.* Denique quod pacto, vel judicis ſententia continebitur, implendum, *d. l. 5. §. 2. l. 12. §. 2. 3. eod.*

Tollitur ſequeſtrum ſolo judicis decreto, *d. l. un. Dd. ad l. 7. §. fin.* niſi ſufficienter ſatiſdetur. *Auth. generaliter. C. de SS. Eccl. l. 16. de off. præſid. d. l. 7.* Nec enim juratoria cautio ſufficit. *Mynſ. 2. obſ.* 11.

Deponere poſſunt omnes, ſive patres, ſive filiifamilias ſint, *l. 19. hic.* ſive liberi, ſive ſervi, *l. 1.*

§. 27.

Digitized by Google

§.27. l.11. eod. etiam prædones & fures, *d.l.1. §.39.* (quibus tamen dominus verus, ſuperveniens, ex æquitate, non ſtricto jure, præfertur. *l.31. §.1.hic.)* & quidem ſive unus, ſive plures, (quo caſu ſinguli pro parte tantum agent, niſi aliter convenerit. *d.l. 1. §. 44. d. l. 17. eod.)* apud quemcunque, etiam ſervum, *l.1. §.8.hic.* filiumfamilias, *d.l.1.§.42.* pupillum, *d.l.1.§.15.* Iudicem, *l.6.§.fin.ff. de offic.Præſid.* & tam unum, quam plures. Quo caſu ſinguli pro parte reſtituere tenentur, niſi aliter convenerit. *d. l. 1. §. 43. cum §. ſeq.*

Deponi poſſunt res omnes quæ ſub cuſtodiam cadunt, *d. l. 1.* tam propriæ, quam alienæ: *l. 3. §. 39. l. 31. hic.* Apud dominum tamen hæ fruſtra deponuntur; *l. 15. l. 31. eod.* Quatenus puta is ex eo non obligatur alteri rem ſuam reſtituere. *d. l. 31. §. 1. d. l. 15.*

Tenetur depoſitarius ad rem, eandem in ſpecie, reddendam.

Aliquando tamen fit ut in genere reſtituatur, ut, in quantitate non obſignatò depoſita, *arg. l. 29. pr. hic.* (quia eo caſu actum videtur ut tantundem modò reddatur.) vel ſi convenerit, ut depoſitâ pecuniâ depoſitarius utatur, & uſuras ſolvat. *l. 24. l. 25. §. 1. hic.*

Licet enim (cum in depoſito idem corpus ſit reddendum, & contractus debeat eſſe gratuitus; *l. 1. §. 9. hic.)* termini depoſiti excedantur, tamen lex contractus ſervanda. *l.27. l.26. §.1. l.28. hic.* Quoniam ex bona fide quod geſtum & conventum eſt inſpicitur; *d.l.1.§.6.* Nec locatio aut mutuum contra intentionem agentium inducitur. *d.l.1.§.34. l.7. §. fin. eod. l. 19. ff. ſi cert. pet.*

Præſtat depoſitarius dolum, *d.l.1.§.ult.* & (ut ſubaudiunt Doctores) latam culpam: *l.32. eod.* non levem, minus leviſſimam, aut caſum fortuitum. *§. pen. Inſt. quib. mod. re cont. obl.*

Quem tamen, ut & leviſſimam culpam, præſtat, ſi de eo expreſsè conventum, *d. l. 1.§.6.§. 35.* ſi fuit in mora reſtituendi, *l. 12. §. fin. eod.* ſi culpa caſum præceſſit, *c. fin. eod.* ſi obtulit ſe depoſito,

d.l.1.

Digitized by Google

d. l. 1. §. 35. ſi pro cuſtodia quid accepit. *d. l.* 1. §. 8.

Debet etiam uſuras, ex mora in reſtituendo facta, ut in omnibus bonæ fidei judiciis. *l.* 24. *l.* 25. §. 1. *ff. l.* 2. *C. eod.*

Attamen qui eas accipit, depoſiti privilegiis renunciaſſe videtur. *l.* 7. §. 2. *hic.*

Ea ſunt: Quod ei neque compenſatio, neque deducti, vel doli, aut non numeratæ pecuniæ exceptio objici poſſit: *l. pen. C. hic. l. ult. C. de compenſ. l.* 14. §. 1. *C. de non num. pec.* Quod condemnato depoſitario, non datur quadrimeſtre tempus ad ſolvendum; *l. ult. C. hic.* prout in cæteris judiciis perſonalibus damnato indulgetur: *l.* 2. *C. de uſur. rei jud.* Quod deponens in repetitione rei depoſitæ exſtantis omnibus depoſitariis anterioribus creditoribus, etiam mulieribus, præfertur: *l.* 7. §. 1. *hic. Vaud.* 1. *var. quaſt.* 21. *in fin.* Idque quia rei depoſitæ non modo proprietatem, ſed & poſſeſſionem retinuit. *l.* 17. §. 1. *hic.*

Oriuntur ex hoc depoſiti contractu duæ actiones, Directa, & Contraria.

Directa, datur deponenti: etiam furi & latroni: *d. l.* 1. §. 39. domino ex depoſitione ſervi, ſive proprii, ſive bonâ fide ſervientis: *d. l.* 1. §. 30. heredibus; bonorum poſſeſſoribus: *d. l.* 1. §. 19. ſi plures ſint, cuilibet pro parte hereditaria, ſi depoſitum commodè dividi poteſt: *d. l.* 1. §. 36. ac utiliter etiam tertio, ſi, ut res depoſita ei reddatur, conventum. *l.* 26. *hic.*

Competit adverſus depoſitarium, ejus heredem, vel habentes, vel dolo malo deſinentes habere reſtituendi facultatem; *d. l.* 1. §. 21. in heredem quidem ſi unus ſit, ex dolo defuncti in ſolidum; ſin plures, in ſingulos pro parte hereditaria; *d. l.* 7. §. 1. *hic.* ex proprio facto in eum tantum qui fecit in ſolidum: *l.* 1. *l.* 9. *C. l.* 9. *l.* 14. §. 1. *l.* 22. *ff. hic.* contra filium, vel ſervum poſt manumiſſionem, ſi rem teneat, *l.* 21. *hic.* in ſolidum; contra patrem vel dominum peculio tenus; *d. l.* 1. §. 42. contra tertium poſſeſſorem, non niſi ceſſis actionibus. *l.* 1. §. 11. *l.* 16. *hic.*

Si apud plures res ſit depoſita, adverſus unumquemque eorum actio datur, (Licet non ſint correi debendi, cujuſmodi certè non ſunt, niſi appareat eum qui depoſuit ſingulorum fidem in ſolidum ſecutum eſſe. *ut in l. 9. ff. de duob. reis.*): nec liberabitur alter ſi cum altero agatur. Non enim electione, ſed ſolutione liberantur. *d. l. 1. §. 43. hic.*

Datur ad repetendam rem depoſitam, vel ejus æſtimationem, ſi dolo, vel latâ culpâ depoſitarii perempta, aut deteriorata arguitur: & regulariter in ſimplum. *d. l. 1. §. Prætor ait.*

Niſi incendii, ruinæ, naufragii, vel tumultus causâ, res ſit depoſita; vel depoſitarius mendacii ſit convictus: utpote quibus caſibus condemnatur in duplum. *l. 1. §. 1. §. 2. l. 18. eod.*

Contraria, datur depoſitario, & ejus heredibus, contra deponentem, & ejus heredes, ad repetendos ſumtus in rem depoſitam impenſos: *l. 5. l. 23. eod.* aliquando etiam ad intereſſe. Puta ſi ſervum furem quis ſciens deponat.

Datur & actio in ſequeſtrem, ſequeſtraria dicta, *l. 12. §. 2. l. 5. §. 1. hic.* in hoc, ut res quæ apud ipſum eſt ſequeſtrata, ad voluntatem litigantium, vel ipſis invitis, ei qui ſuperior inter ipſos fuerit, reſtituatur.

DIGESTORUM
LIBER XVII.

Mandati, vel contra.

TIT. I.

DIximus de contractibus qui re perficiuntur: transgrediamur nunc ad eos qui conſenſu fieri eò dicuntur, quia nec rei traditio neceſſaria, nec verba requiruntur, nec ſcripturâ opus eſt, ut ex his obligatio ſequatur.

His vel induſtriam operamque hominum, ad uſum

uſum utilitateſque noſtras, vel res ipſas adjungimus: operam, mandato & ſocietati: res verò, emtioni venditioni, locationi conductioni: de quibus, & primò mandato, videndum.

Mandatum, eſt contractus juris gentium, nominatus, *l.* 7. *De pact. l.* 1. *hic. l.* 1. §. 2. *de rer. perm.* ſolo conſenſu conſtans, *l.* 1. *in pr. hic. l.* 2. *de O. & A.* quo dominus negotium ſuum, *l.* 2. §. *fin. hic.* bonâ fide gerendum, *l.* 10. *pr. hic.* ſine mercede, *d. l.* 1. §. *ult.* animo procuratoris ſuſcipienti alteri committit: *d. l.* 10. §. *ſi quis ea. l.* 2. *de proxen.* id eſt, rogat. *d. l.* 1. *pr. &* §. 2.

Eſt aliud voluntarium, (de quo hic.) aliud Neceſſarium, cum magiſtratui mandanti parere cogimur. *l.* 167. §. 1. *de R. I. c. quod quis. eod. in 6.*

Rurſus aliud eſt gratuitum, quod propriè eſt mandatum: *l.* 1. *l.* 36. *hic.* aliud Mercenarium, cum remunerandi gratia honor intervenit, *l.* 6. *in pr. eod.* aut ſi ſalarium extra ordinem in genere eſt promiſſum. *l.* 7. *eod.*

Nam ſi de certa mercede initiò conveniat, non mandatum, ſed locatio conductio operæ eſt.

Mandari poſſunt res omnes futuræ, *l.* 12. §. *ſi poſt. hic.* eæque honeſtæ & licitæ.

Turpis rei mandatum nullum eſt. *d. l.* 6. §. 3. *in pr.* Nam generaliter, nulla rerum turpium eſt obligatio. *l.* 26. *de V. O.* Imò Mandatarius rei turpis mandatum implens ob id eâdem cum mandatore pœnâ punitur. *Clar. lib.* 5. *ſent.* §. *fin. qu.* 89.

Vndè nec in generali mandato unquam dolus aut flagitium incluſum intelligitur. *l.* 60. §. *Lucius. hic.*

Si quis ſolum commendet, cum commendatio vim obligandi non habeat, ſed potius rogandi, *l.* 11. §. 2. *de legat.* 3. non contrahitur mandatum: *d. l.* 12. §. 12. *hic.* ſed ſi commendatio aut conſilium fraudulenter (puta lucri captandi gratia) fiant; *l.* 8. *ff. de dolo malo. l.* 47. *ff. de R. I.* naſcitur de dolo actio. *d. l.* 10. §. 7 *in fin. hic.*

Nec qui non animo procuratoris intervenit, ſed ſtudii ſolum causâ defert officium, mandati tenetur. *d. l.* 10. §. 7. *hic.*

Man-

Digitized by Google

Mandati forma diligenter tenenda; *l.* 5. *eod.* ſi puta ea ſit certa: Ne alioqui non tam aliter, quam aliud videatur feciſſe, ſi exceſſerit: ſin forma ſit incerta, aut aliud plurium ſit cauſarum; poteſt illud per æquipollens adimpleri. *l. fin.* §. *fin. ubi Gl. eod.*

Nec enim quicquam mandantis intereſt, quomodocunque id quod confectum voluit, conficiatur. *l.* 12. §. 5. *hic.*

Quin etiam ex bona fide omnia mandata intelliguntur, ſine quibus mandatum commodè explicari nequit. *l.* 2. *de juriſd. l.* 56. *l.* 62. *de procur.*

Mandare poſſum non ſolum meâ tantum gratiâ, ſed & alienâ, vel meâ & tuâ, vel meâ & alienâ. *l.* 6. §. 4. *& ſim. l.* 2. *per tot. hic.* non tua tantum gratia. *d. l.* 2. §. *fin.*

Neque enim ego ex conſilio non fraudulento obligor: *d. l.* 2. §. *fin. l.* 47. *de R. I.* & tibi liberum eſt explorare, an id expediat. *d. l.* 2. §. *fin.*

Si tamen, niſi mandaſſem facturus non eras, dabitur tibi Contraria mandati actio. *d. l.* 6. §. 5.

Suſcepto mandato, mandatarius illud, forma præſcripta, *l.* 3. 4. 5. *hic.* debet perficere; *l.* 22. §. *fin. hic.* ac quicquid inde conſecutus eſt præſtare, *l.* 8. §. *fin. l.* 10. §. *fin. hic.* Mandator autem eum indemnem ſervare, ne ex officio ſuo damno afficiatur. *l.* 14. *l.* 15. *hic.*

Diſſolvitur mandatum, ſolius mandantis voluntate: *l.* 12. §. *pen. l.* 40. §. 1. *eod.* &, re adhuc integra, §. *rectè. Inſt. eod. l.* 16. *de proc.* ejus morte. *l.* 26. *l.* 34. §. *fin. hic.*

Poteſt mandatarius mandato renunciare, dummodò integrum jus mandatori, vel per ſe, vel per alium, rem commodè explicandi, *d. l.* 22. §. *fin.* reſervetur.

Actio enim mandati, cum tantum ad intereſſe detur, *d. l.* 8. §. *mandati. hic.* ei non competit, cujus nihil referat mandatum impleri, aut qui per alium exequi poteſt.

Quod ſi mandatoris interſit, non deſeri officium; ad id tenebitur mandatarius: *l.* 27. §. 2. *eod.* Niſi juſtas habeat cauſas, quare vel implere quod ſuſcepit,

Digitized by Google

pit, vel renunciare non potuerit. *d. l.* 27. §. 2. *l.* 22. §. *fin. cum ll. ſeqq. hic.*

Morte quoque mandatarii, ſi is integro mandato deceſſerit, ſolvitur mandatum. *d. l.* 27. §. 3. Electa enim intelligitur perſonæ induſtria. *l. un.* §. *ne autem. C. de caduc. toll.*

Vnde ſi heres impleat; non mandati, *d. l.* 27. §. 3. ſed negotiorum geſtorum habet actionem. *l.* 12. §. *ſi vivo. de neg. geſt.*

Actio Mandati, quia ultrò citroque competit, *l.* 19. *hic.* vel eſt Directa, vel Contraria.

Directa, datur mandatori, & ejus heredibus, §. *item ſi adhuc. Inſt. eod.* ad id quod intereſt: *l.* 16. *C. eod.* (puta ſi mandatum non ſit impletum, *d. l.* 27. §. 2. vel perperam, aut extra fines præſcriptos geſtum, *l.* 5. §. *fin. eod.* vel ſi quid dolo, culpa, negligentia, ſit admiſſum: *l.* 8. §. *fin. ff. l.* 11. *l.* 13. *C. eod.*) &, ut præſtet quicquid ex mandato, aut ejus occaſione, ad illum pervenit: *d. l.* 8. §. *fin. l.* 10. §. 8. *eod.* unà cum fructibus & uſuris: *d. l.* 10. *in pr. &* §. 2. & actiones cedat. *d. l.* 8. §. 5. *&* §. *fin. l.* 44. *eod.*

Eſt hæc actio famoſa, ſi de fide rupta agatur. *l.* 1. *verſ. qui pro ſocio. de his qui not. inf.*

Contraria, datur mandatario, *l.* 12. §. 6. *hic.* ad repetendum quicquid ſumptus in exequendo mandato factum eſt, *d. l.* 10. §. 9. *l.* 26. §. *fin. l.* 27. §. *pen. l.* 45. §. 6. *hic.* & quicquid omninò illius intereſſe poteſt: *d. l.* 12. §. *ſi mihi. l.* 16. *l.* 22. §. 2. *hic.* etiamſi negotium implere, caſu aliquo nequiverit: *l.* 56. *hic. l.* 4. *C. eod.* & antequam exequatur ut ſumptus neceſſarii præſtentur. *d. l.* 12. §. *fin.*

Indemnis enim mandatarius ſervari debet, ne afficiatur damno, qui officium fidei, amico poſtulanti, præſtitit. *l.* 15. *eod.*

Pro ſocio.

TIT. II.

Societas, eſt contractus jurisgentium, *l.* 19. *De V. S. l.* 7. §. 1. *de pact.* qui conſenſu perficitur, *l.* 2. *de O. & A.* de re vel negotiatione, *l.* 5. *pr. ff.*

pr.

Digitized by Google

pr. Inſt. hic. honeſta, *l.* 57. *eod.* ejuſque lucro vel damno communicando. *l.* 29. *l.* 67. *ff.* §. 1. *& ſeqq. Inſt. eod.*

Alia eſt Vniverſalis, id eſt, omnium bonorum: *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *hic.* (quæ etiam intelligitur contrahi, ſi de particularibus negotiis nihil ſit actum. *l.* 7. *l.* 8. *eod.*) alia Particularis alicujus negotiationis vel rei; *l.* 5. *eod.* alia de rebus publicis, ut de vectigalibus; alia de privatis.

Contrahitur conſenſu & animo contrahendæ ſocietatis, *l.* 19. *l.* 31. *l.* 32. *l.* 37. *l.* 44. *eod.* ſive expreſſo, ſive tacito: *l.* 4. *eod.* ut ſi duo eandem rem communiter & ſimul animo ſocietatis (alias ſecus eſt, *l.* 31. *cum ſeqq. hic.*) emant, & non expreſſim inter eos conveniat, ut res inter eos communicetur: *l.* 2. 6. *hic.* ut & ſi duo ſimul habitant, quæſtus & lucra ſimul participant, damna communiter tolerant. *l.* 52. §. 6. *ff. eod.*

De rebus omnibus & operis honeſtis, *d. l.* 5. quæ in commercium cadunt. *l.* 63. §. *fin. eod.*

Turpium enim, ut monopolii, *l. un. C. de monop.* nulla eſt ſocietas. *l.* 53. *l.* 57. *eod.*

Vndè quæ delicto parta, vel ob pœnam amiſſa præſtitaque, inter ſocios non communicantur. *l.* 52. §. 17. *l.* 53. *hic.*

Contrahitur ſocietas, vel ad tempus, vel in perpetuum: hoc eſt, quoad ſocii vivunt: *d. l.* 1. *hic.* (nulla enim ſocietatis in æternum coitio eſt. *l.* 70. *eod.*) vel ſub conditione: *d. l.* 1. *l.* 3. §. 2. *eod.* partibus ſocietatis expreſſis, aut non expreſſis.

Non expreſſis partibus, æquales erunt partes, etiamſi quæ conferuntur, inæqualia exiſtant. *l.* 5. *l.* 29. *hic.*

Portius tamen putat, *in* §. 1. *Inſt. eod.* Partibus non expreſſis, partes analogia Geometrica, pro cujuſque ſorte & opera, eſſe ſtatuendas: alioqui, inquit, eſſet verè inæqualitas. *l.* 6. *eod.*

Vna parte expreſſa, puta lucri, eadem ſervabitur in altera, puta damni. §. *illud. Inſt. eod.*

Poteſt conveniri, ut alter unam, alter duas lucri damnive partes ſuſtineat, vel ut nullam damni, aliquam

aliquam lucri partem conſequatur : ſi tanti opera ſocii eſt, quanti veriſimiliter damnum eſſe queat. *d. l. 29.*

Si operæ compenſatione hæc inæqualitas non compenſetur, verius eſt ne jure quidem pacti ſocietatem valere. *d. l. 29. verb. quod ita demum valebit.*

Vſus ejuſmodi pacta ſuſtinet, ut aliquam lucri, nullam damni partem ſuſtineant. *Port. Angel. in* §. 1. *Inſt. eod.*

Inutilis eſt ſocietas, ſi convenerit, ut quis damnum, non etiam lucrum, percipiat. *d. l. 29.* §. *fin.*

Nam cum ſocietas contrahitur, tam lucri quam damni communio iniri debet. *l. 67. l. 52.* §. 4. *hic.*

Societas enim lucri & quæſtus gratia excogitata eſt. *arg. l. 7. l. 8. hic.*

Lucrum ſolum intelligitur, quod, compenſatione cum damno facta, ſupereſt. §. 3. *Inſt. l. 30. ff. eod.*

Si convenerit (ut conveniri poteſt. *l. 1. C. hic.*) ut unus pecuniam, alter nihil præter operam daret, & tamen commune inter eos eſſet lucrum, finita ſocietate pecunia non communicabitur; ſed eam qui contulit præcipuam habebit. Cum non collata ſit ut communis eſſet, ſed ut ex ea negotiaretur ad quæſtum faciendum, qui deinde communis eſſet. §. 2. *Inſt. l. 52.* §. 2. *ff. hic. Budæus in l. 29. eod. Donell. in l. 1. num. 3. C. hic. & ibid. Sichard. Gail. 2. obſ. 24. n. 6.* Nec eo injuria fit ei qui operas contulit. Quia alter caret uſu pecuniæ ſuæ, ſi lucrum factum non ſit.

Eſt Societatis proprium, ut jure quodam fraternitatis lucra & damna, periculaque, (ex cauſa puta ſocietatis accidentia) inter ſocios communicentur. *l. 7. l. 52.* §. 4. *hic.*

Non ergò hereditas communicanda; *l. 9. & ſeqq. hic.* Niſi in univerſum omnium omninò bonorum ſit inita ſocietas. *l. 3.* §. 1. *l. 52.* §. *ſocium. 16. hic.*

Damnum ſocietati per fraudem neglectionemque ſocii illatum, præſtare debet.

Sufficit tamen, talem diligentiam rebus communibus

munibus adhibere, qualem tempore contractus ſuis: *l. 72. hic.* Imputet enim ſibi ſocius, quod minus diligentem ſocium elegerit.

Solvitur Societas, morte civili, unius ex ſociis, id eſt, maxima & media capitis diminutione; *l. 4. l. 63. §. fin. hic.* non minima: *l. 58. §. 2. hic.* aut morte naturali. *d. l. 65. §. 9. d. l. 52. §. 9. hic.*

Non enim tranſit in heredes, etiam ex pacto: *l. 35. l. 59. eod.* ne quis invitus ſocius fiat ei, cui non vult. *d. l. 65. §. 9.*

In ſocietate tamen vectigalium, & poſt mortem ſocii, manet cum ejus heredibus ſocietas; *l. 59. l. 63. §. 8. eod.* idque propter negotii magnitudinem, ac ne locatio publica (quæ ſui natura tranſit in heredem, *l. 10. C. de locatione cond.* & ſocietati vectigalium ſemper ineſt) damnum faciat. *d. l. 65. §. pen.*

Rei quoque quæ interiit, vel commercio exempta eſt, ſocietas non durat: *d. l. 63. §. fin.* Vt, ſi finis ſit negotio, cujus gratia contractum erat, impoſitus: *§. 7. Inſt. eod.* ſi publicata ſint, aut à creditoribus diſtracta ſocii bona, aut facta ceſſio. *d. l. 65. in pr. & §. 9. l. 4. eod.*

Diſtrahitur & ſocietas, cum ei non fraudulenter renunciatur, vel expreſsè, *l. 14. 15. 16. eod.* vel tacitè: ut cum ſeparatim ſocii agere cœperint, & unuſquiſque ſibi negotiatur: *l. 64. eod.* Tamdiu enim durat ſocietas, quamdiu conſenſus partium integer manet. Integer autem non manet ſi mutatus ſit.

Renunciari ſocietati etiam ab uno, *l. 5. C. l. 4. §. 1. l. 63. §. fin. ff. §. 4. Inſt. hic.* etiam per alium, *d. l. 63. §. 3.* poteſt. Nemo enim hodie, extra conjugii cauſam, in ſocietate invitus manere cogitur. *l. ult. C. com. divid.*

Si tamen ſocietatis intereſt ei non renunciari, renuncians ad id tenetur: jure ſocietatis, quod ex conſenſu tantum durat, nihilominus, propter contrariam voluntatem diſſenſumque, diſſoluto. *d. l. 65. §. 5. §. manent. Inſt. eod.*

Diſtrahitur etiam ſocietas actione, aut ſtipulatione interpoſita animo novandi, qua alter alteri partem ſe daturum promittit: aut judicio, quo agitur

tur in id ut diſtrahatur: quia mutata eſt cauſa ſocietatis, & per novationem, & per mutationem voluntatis. *d. l.* 45. *pr.*

Oritur ex hoc contractu actio pro Socio ultrò citróque directa, quæ generalis, *l.* 38. *hic.* rei perſecutoria, *l.* 50. *eod.* bonæ fidei. *l.* 79. *l.* 45. *eod.*

Datur, ut plurimum, abſoluta ſocietate, *l.* 65. §. *pen. hic.* ſocio in ſocium, vel quia ſocietati damnum dedit, *l.* 39. *l.* 48. *& l. ſeq. eod.* vel quia ultra quam ad ſe pertineat, ex re communi fructus percepit. *d. l.* 38. §. 1. vel quia pecuniam communem in uſus ſuos convertit, *l.* 1. §. 1. *de uſur.* vel quia Actor in rem communem impendit, *d. l.* 38. §. 1. *l.* 52. §. 12. §. 15. dammumve ob ſocietatem, puta in itinere, à latronibus paſſus eſt, cum ad mercatum proficiſceretur. *d. l.* 52. §. 4.

Datur hæc actio ſingulis ſociis, in ſingulos, cum omnium par ſit conditio & cauſa: heredibus & in heredes; ut lucra percepta communicentur, *d. l.* 63. §. 8. *d. l.* 65. §. 9. utque heres præſtet ſi quid dolo aut culpa male geſſit. *l.* 35. *l.* 36. *hic.*

Hæres enim inchoata negotia (licet morte ſit ſoluta ſocietas) abſolvere, utilitatis cauſa, debet. *l.* 40. *eod.* Nova ſi velit inchoare non poteſt, neque tanquam ſocius, neque tanquam heres ſocii; ſed tanquam alius negotiorum geſtor: *l.* 21. §. 2. *ff. de neg. geſt.* adeóque nec ſi dolo malo aut culpa quid fecerit, actione pro ſocio teneri debet.

D I-

DIGESTORUM LIBER XVIII.

De contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & venditorem compoſitis: & quæ res venire non poſſunt.

TIT. I.

EMptio venditio, eſt contractus, *l.* 3. *hic.* juris gentium, *l.* 1. §. 2. *hic.* bonæ fidei, ſolo conſenſu initus, de re aliqua emptori tradenda, idque pro certo pretio venditori in nummis ab eo dando. *l.* 2. §. 1. *hic.* *l.* 3. *de O. & A.*

Itaque emptionem venditionem conſtituit ſolus conſenſus; ſed ita ſi verſetur circa rem & pretium: quorum neutrum ut ſit emptio venditio abeſſe poteſt. *l.* 2. §. 1. *l.*8. *in princ.* *l.* 9. *ff.* *l.* 3. *l.* 9. §. 1. *C. hic.* Vterque enim contrahentium in id conſentiat neceſſe, quod alter rem venditam, & pro ea ſibi pretium ſolvi, alter eandem emptam & præſtari à ſe pretium velit. *d. l.* 3. *d. l.* 9. §. 1. *C.* *l.* 38. *ff. eod.*

Pretium eſt numeratæ pecuniæ quantitas, *l.* 1. §. 1. *hic.* *l.* 5. §. 1. *de præſcr. verb.* *l. pen. C. de permut.* qua res æſtimatur. *l.* 16. §. *ult. de pignor.* *l.* 21. *C. de jur. dot.*

Debet hoc eſſe certum: §. 1. *Inſt.* *l.* 9. *in princ. C.* *l.* 1. *ff. hic.* ſive contrahentes id certò definierunt, ſive aliunde conſtet, quid quantumve ſit: *d.* §. 1. *Inſt.* *l.* 7. §. 1. & 2. *l.* 35. §. 1. *ff. eod.* Veluti; Tantum dabis, quanti emi; aut Tanti emo, quantum pecuniæ in arca habeo. *d. l.* 7. §. *pen.* Quippe nihil intereſt res verbis deſignetur, an aliàs ſufficienter demonſtretur. *arg. l.* 6. *ff. de reb. cred.*

Si, vel in pretio, vel in re, diſſentiant contrahentes, contractus erit imperfectus: ſcilicet ſi in to-

d. l. 1. §. 35. ſi pro cuſtodia quid accepit. *d. l.* 1. §. 8.

Debet etiam uſuras, ex mora in reſtituendo facta, ut in omnibus bonæ fidei judiciis. *l.* 24. *l.* 25. §. 1. *ff. l.* 2. *C. eod.*

Attamen qui eas accipit, depoſiti privilegiis renunciaſſe videtur. *l.* 7. §. 2. *hic.*

Ea ſunt: Quod ei neque compenſatio, neque deducti, vel doli, aut non numeratæ pecuniæ exceptio objici poſſit: *l. pen. C. hic. l. ult. C. de compenſ. l.* 14. §. 1. *C. de non num. pec.* Quod condemnato depoſitario, non datur quadrimeſtre tempus ad ſolvendum; *l. ult. C. hic.* prout in cæteris judiciis perſonalibus damnato indulgetur: *l.* 2. *C. de uſur. rei jud.* Quod deponens in repetitione rei depoſitæ exſtantis omnibus depoſitariis anterioribus creditoribus, etiam mulieribus, præfertur: *l.* 7. §. 1. *hic. Vaud.* 1. *var. quæſt.* 21. *in fin.* Idque quia rei depoſitæ non modo proprietatem, ſed & poſſeſſionem retinuit. *l.* 17. §. 1. *hic.*

Oriuntur ex hoc depoſiti contractu duæ actiones, Directa, & Contraria.

Directa, datur deponenti: etiam furi & latroni: *d. l.* 1. §. 39. domino ex depoſitione ſervi, ſive proprii, ſive bonâ fide ſervientis: *d. l.* 1. §. 30. heredibus; bonorum poſſeſſoribus: *d. l.* 1. §. 19. ſi plures ſint, cuilibet pro parte hereditaria, ſi depoſitum commodè dividi poteſt: *d. l.* 1. §. 36. ac utiliter etiam tertio, ſi, ut res depoſita ei reddatur, conventum. *l.* 26. *hic.*

Competit adverſus depoſitarium, ejus heredem, vel habentes, vel dolo malo deſinentes habere reſtituendi facultatem; *d. l.* 1. §. 21. in heredem quidem ſi unus ſit, ex dolo defuncti in ſolidum; ſin plures, in ſingulos pro parte hereditaria; *d. l.* 7. §. 1. *hic.* ex proprio facto in eum tantum qui fecit in ſolidum: *l.* 1. *l.* 9. *C. l.* 9. *l.* 14. §. 1. *l.* 22. *ff. hic.* contra filium, vel ſervum poſt manumiſſionem, ſi rem teneat, *l.* 21. *hic.* in ſolidum; contra patrem vel dominum peculio tenus; *d. l.* 1. §. 42. contra tertium poſſeſſorem, non niſi ceſſis actionibus. *l.* 1. §. 11. *l.* 16. *hic.*

Digitized by Google

Si apud plures res ſit depoſita, adverſus unumquemque eorum actio datur, (Licet non ſint correi debendi, cujuſmodi certè non ſunt, niſi appareat eum qui depoſuit ſingulorum fidem in ſolidum ſecutum eſſe. *ut in l. 9. ff. de duob. reis.*): nec liberabitur alter ſi cum altero agatur. Non enim electione, ſed ſolutione liberantur. *d. l.* 1. §. 43. *hic.*

Datur ad repetendam rem depoſitam, vel ejus æſtimationem, ſi dolo, vel latâ culpâ depoſitarii perempta, aut deteriorata arguitur: & regulariter in ſimplum. *d. l.* 1. §. *Prætor ait.*

Niſi incendii, ruinæ, naufragii, vel tumultus causâ, res ſit depoſita; vel depoſitarius mendacii ſit convictus: utpote quibus caſibus condemnatur in duplum. *l.* 1. §. 1. §. 2. *l.* 18. *eod.*

Contraria, datur depoſitario, & ejus heredibus, contra deponentem, & ejus heredes, ad repetendos ſumtus in rem depoſitam impenſos: *l.* 5. *l.* 23. *eod.* aliquando etiam ad intereſſe. Puta ſi ſervum furem quis ſciens deponat.

Datur & actio in ſequeſtrem, ſequeſtraria dicta, *l.* 12. §. 2. *l.* 5. §. 1. *hic.* in hoc, ut res quæ apud ipſum eſt ſequeſtrata, ad voluntatem litigantium, vel ipſis invitis, ei qui ſuperior inter ipſos fuerit, reſtituatur.

DIGESTORUM

LIBER XVII.

Mandati, vel contra.

TIT. I.

Diximus de contractibus qui re perficiuntur: transgrediamur nunc ad eos qui conſenſu fieri eò dicuntur, quia nec rei traditio neceſſaria, nec verba requiruntur, nec ſcripturâ opus eſt, ut ex his obligatio ſequatur.

His vel induſtriam operamque hominum, ad uſum

Digitized by Google

uſum utilitateſque noſtras, vel res ipſas adjungimus: operam, mandato & ſocietati: res verò, emtioni venditioni, locationi conductioni: de quibus, & primò mandato, videndum.

Mandatum, eſt contractus juris gentium, nominatus, *l.7. De pact. l.* 1.*hic. l.*1.§.2. *de rer. perm.* ſolo conſenſu conſtans, *l.* 1. *in pr. hic. l.* 2. *de O. & A.* quo dominus negotium ſuum, *l.* 2. §.*fin. hic.* bonâ fide gerendum, *l.* 10. *pr. hic.* ſine mercede, *d.l.* 1. §. *ult.* animo procuratoris ſuſcipienti alteri committit: *d.l.* 10. §. *ſi quis ea. l.* 2. *de proxen.* id eſt, rogat. *d. l.* 1. *pr. &* §. 2.

Eſt aliud voluntarium, (de quo hic.) aliud Neceſſarium, cum magiſtratui mandanti parere cogimur. *l.*167. §.1. *de R.I. c. quod quis. eod. in* 6.

Rurſus aliud eſt gratuitum, quod propriè eſt mandatum: *l.*1. *l.*36. *hic.* aliud Mercenarium, cum remunerandi gratia honor intervenit, *l.6. in pr. eod.* aut ſi ſalarium extra ordinem in genere eſt promiſſum. *l.* 7. *eod.*

Nam ſi de certa mercede initiò conveniat, non mandatum, ſed locatio conductio operæ eſt.

Mandari poſſunt res omnes futuræ, *l.*12. §. *ſi poſt. hic.* eæque honeſtæ & licitæ.

Turpis rei mandatum nullum eſt. *d. l.* 6. §. 3. *in pr.* Nam generaliter, nulla rerum turpium eſt obligatio. *l.* 26. *de V. O.* Imò Mandatarius rei turpis mandatum implens ob id eâdem cum mandatore pœnâ punitur. *Clar. lib.* 5. *ſent.* §. *fin. qu.* 89.

Vndè nec in generali mandato unquam dolus aut flagitium incluſum intelligitur. *l.* 60. §. *Lucius. hic.*

Si quis ſolum commendet, cum commendatio vim obligandi non habeat, ſed potius rogandi, *l.* 11. §.2. *de legat.* 3. non contrahitur mandatum: *d.l.*12. §.12. *hic.* ſed ſi commendatio aut conſilium fraudulenter (puta lucri captandi gratia) fiant; *l.* 8. *ff. de dolo malo. l.* 47. *ff. de R. I.* naſcitur de dolo actio. *d. l.* 10. §. 7 *in fin. hic.*

Nec qui non animo procuratoris intervenit, ſed ſtudii ſolum causâ defert officium, mandati tenetur. *d. l.* 10. §. 7. *hic.*

Man-

Digitized by Google

Mandati forma diligenter tenenda; *l.* 5. *eod.* ſi puta ea ſit certa: Ne alioqui non tam aliter, quam aliud videatur feciſſe, ſi exceſſerit: ſin forma ſit incerta, aut aliud plurium ſit cauſarum; poteſt illud per æquipollens adimpleri. *l. fin.* §. *fin. ubi Gl. eod.*

Nec enim quicquam mandantis intereſt, quomodocunque id quod confectum voluit, conficiatur. *l.* 12. §. 5. *hic.*

Quin etiam ex bona fide omnia mandata intelliguntur, ſine quibus mandatum commodè explicari nequit. *l.* 2. *de juriſd. l.* 56. *l.* 62. *de procur.*

Mandare poſſum non ſolum meâ tantum gratiâ, ſed & alienâ, vel meâ & tuâ, vel meâ & alienâ. *l.* 6. §. 4. *& ſim. l.* 2. *per tot. hic.* non tua tantum gratia. *d. l.* 2. §. *fin.*

Neque enim ego ex conſilio non fraudulento obligor: *d. l.* 2. §. *fin. l.* 47. *de R. I.* & tibi liberum eſt explorare, an id expediat. *d. l.* 2. §. *fin.*

Si tamen, niſi mandaſſem facturus non eras, dabitur tibi Contraria mandati actio. *d. l.* 6. §. 5.

Suſcepto mandato, mandatarius illud, forma præſcripta, *l.* 3. 4. 5. *hic.* debet perficere; *l.* 22. §. *fin. hic.* ac quicquid inde conſecutus eſt præſtare, *l.* 8. §. *fin. l.* 10. §. *fin. hic.* Mandator autem eum indemnem ſervare, ne ex officio ſuo damno afficiatur. *l.* 14. *l.* 15. *hic.*

Diſſolvitur mandatum, ſolius mandantis voluntate: *l.* 12. §. *pen. l.* 40. §. 1. *eod.* &, re adhuc integra, §. *rectè. Inſt. eod. l.* 16. *de proc.* ejus morte. *l.* 26. *l.* 34. §. *fin. hic.*

Poteſt mandatarius mandato renunciare, dummodò integrum jus mandatori, vel per ſe, vel per alium, rem commodè explicandi, *d. l.* 22. §. *fin.* reſervetur.

Actio enim mandati, cum tantum ad intereſſe detur, *d. l.* 8. §. *mandati. hic.* ei non competit, cujus nihil referat mandatum impleri, aut qui per alium exequi poteſt.

Quod ſi mandatoris interſit, non deſeri officium; ad id tenebitur mandatarius: *l.* 27. §. 2. *eod.* Niſi juſtas habeat cauſas, quare vel implere quod ſuſcepit,

Digitized by Google

pit, vel renunciare non potuerit. *d. l. 27.* §. 2. *l. 22.* §. *fin. cum ll. ſeqq. hic.*

Morte quoque mandatarii, ſi is integro mandato deceſſerit, ſolvitur mandatum. *d. l. 27.* §. 3. Electa enim intelligitur perſonæ induſtria. *l. un.* §. *ne autem. C. de caduc. toll.*

Vnde ſi heres impleat; non mandati, *d. l. 27.* §. 3. ſed negotiorum geſtorum habet actionem. *l. 12.* §. *ſi vivo. de neg. geſt.*

Actio Mandati, quia ultrò citroque competit, *l. 19. hic.* vel eſt Directa, vel Contraria.

Directa, datur mandatori, & ejus heredibus, §. *item ſi adhuc. Inſt. eod.* ad id quod intereſt: *l. 16. C. eod.* (puta ſi mandatum non ſit impletum, *d. l. 27.* §. 2. vel perperam, aut extra fines præſcriptos geſtum, *l. 5.* §. *fin. eod.* vel ſi quid dolo, culpa, negligentia, ſit admiſſum: *l. 8.* §. *fin. ff. l. 11. l. 13. C. eod.*) &, ut præſtet quicquid ex mandato, aut ejus occaſione, ad illum pervenit: *d. l. 8.* §. *fin. l. 10.* §. 8. *eod.* unà cum fructibus & uſuris: *d. l. 10. in pr. &* §. 2. & actiones cedat. *d. l. 8.* §. 5. *&* §. *fin. l. 44. eod.*

Eſt hæc actio famoſa, ſi de fide rupta agatur. *l. 1. verſ. qui pro ſocio. de his qui not. inf.*

Contraria, datur mandatario, *l. 12.* §. 6. *hic.* ad repetendum quicquid ſumptus in exequendo mandato factum eſt, *d. l. 10.* §. 9. *l. 26.* §. *fin. l. 27.* §. *pen. l. 45.* §. 6. *hic.* & quicquid omninò illius intereſſe poteſt: *d. l. 12.* §. *ſi mihi. l. 16. l. 22.* §. 2. *hic.* etiamſi negotium implere, caſu aliquo nequiverit: *l. 56. hic. l. 4. C. eod.* & antequam exequatur ut ſumptus neceſſarii præſtentur. *d. l. 12.* §. *fin.*

Indemnis enim mandatarius ſervari debet, ne afficiatur damno, qui officium fidei, amico poſtulanti, præſtitit. *l. 15. eod.*

Pro ſocio.

TIT. II.

SOcietas, eſt contractus juris gentium, *l. 19. De V. S. l. 7.* §. 1. *de pact.* qui conſenſu perficitur, *l. 2. de O. & A.* de re vel negotiatione, *l. 5. pr. ff. pr.*

Digitized by Google

pr. Inſt. hic. honeſta, *l.* 57. *eod.* ejuſque lucro vel damno communicando. *l.* 29. *l.* 67. *ff.* §. 1. *& ſeqq. Inſt. eod.*

Alia eſt Vniverſalis, id eſt, omnium bonorum: *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *hic.* (quæ etiam intelligitur contrahi, ſi de particularibus negotiis nihil ſit actum. *l.* 7. *l.* 8. *eod.*) alia Particularis alicujus negotiationis vel rei; *l.* 5. *eod.* alia de rebus publicis, ut de vectigalibus; alia de privatis.

Contrahitur conſenſu & animo contrahendæ ſocietatis, *l.* 19. *l.* 31. *l.* 32. *l.* 37. *l.* 44. *eod.* ſive expreſſo, ſive tacito: *l.* 4. *eod.* ut ſi duo eandem rem communiter & ſimul animo ſocietatis (alias ſecus eſt, *l.* 31. *cum ſeqq. hic.*) emant, & non expreſſim inter eos conveniat, ut res inter eos communicetur: *l.* 2. *C. hic.* ut & ſi duo ſimul habitant, quæſtus & lucra ſimul participant, damna communiter tolerant. *l.* 52. §. 6. *ff. eod.*

De rebus omnibus & operis honeſtis, *d. l.* 5. quæ in commercium cadunt. *l.* 63. §. *fin. eod.*

Turpium enim, ut monopolii, *l. un. C. de monop.* nulla eſt ſocietas. *l.* 53. *l.* 57. *eod.*

Vndè quæ delicto parta, vel ob pœnam amiſſa præſtitaque, inter ſocios non communicantur. *l.* 52. §. 17. *l.* 53. *hic.*

Contrahitur ſocietas, vel ad tempus, vel in perpetuum: hoc eſt, quoad ſocii vivunt: *d. l.* 1. *hic.* (nulla enim ſocietatis in æternum coitio eſt. *l.* 70. *eod.*) vel ſub conditione: *d. l.* 1. *l.* 3. §. 2. *eod.* partibus ſocietatis expreſſis, aut non expreſſis.

Non expreſſis partibus, æquales erunt partes; etiamſi quæ conferuntur, inæqualia exiſtant. *l.* 5. *l.* 29. *hic.*

Portius tamen putat, *in* §. 1. *Inſt. eod.* Partibus non expreſſis, partes analogia Geometrica, pro cujuſque ſorte & opera, eſſe ſtatuendas: alioqui, inquit, eſſet verè inæqualitas. *l.* 6. *eod.*

Vna parte expreſſa, puta lucri, eadem ſervabitur in altera, puta damni. §. *illud. Inſt. eod.*

Poteſt conveniri, ut alter unam, alter duas lucri damnive partes ſuſtineat, vel ut nullam damni, aliquam

aliquam lucri partem conſequatur: ſi tanti opera ſocii eſt, quanti veriſimiliter damnum eſſe queat. *d. l.* 29.

Si operæ compenſatione hæc inæqualitas non compenſetur, verius eſt ne jure quidem pacti ſocietatem valere. *d. l. 29. verb. quod ita demum valebit.*

Vſus ejuſmodi pacta ſuſtinet, ut aliquam lucri, nullam damni partem ſuſtineant. *Port. Angel. in* §. 1. *Inſt. eod.*

Inutilis eſt ſocietas, ſi convenerit, ut quis damnum, non etiam lucrum, percipiat. *d. l.* 29. §. *fin.*

Nam cum ſocietas contrahitur, tam lucri quam damni communio iniri debet. *l.* 67. *l.* 52. §. 4. *hic.*

Societas enim lucri & quæſtus gratia excogitata eſt. *arg. l.* 7. *l.* 8. *hic.*

Lucrum ſolum intelligitur, quod, compenſatione cum damno facta, ſupereſt. §. 3. *Inſt. l.* 30. *ff. eod.*

Si convenerit (ut conveniri poteſt. *l.* 1. *C. hic.*) ut unus pecuniam, alter nihil præter operam daret, & tamen commune inter eos eſſet lucrum, finita ſocietate pecunia non communicabitur; ſed eam qui contulit præcipuam habebit. Cum non collata ſit ut communis eſſet, ſed ut ex ea negotiaretur ad quæſtum faciendum, qui deinde communis eſſet. §. 2. *Inſt. l.* 52. §. 2. *ff. hic. Budæus in l.* 29. *eod. Donell. in l.* 1. *num.* 3. *C. hic. & ibid. Sichard. Gail.* 2. *obſ.* 24. *n.* 6. Nec eo injuria fit ei qui operas contulit. Quia alter caret uſu pecuniæ ſuæ, ſi lucrum factum non ſit.

Eſt Societatis proprium, ut jure quodam fraternitatis lucra & damna, periculaque, (ex cauſa puta ſocietatis accidentia) inter ſocios communicentur. *l.* 7. *l.* 52. §. 4. *hic.*

Non ergò hereditas communicanda; *l.* 9. & *ſeqq. hic.* Niſi in univerſum omnium omninò bonorum ſit inita ſocietas. *l.* 3. §. 1. *l.* 52. §. *ſocium.* 16. *hic.*

Damnum ſocietati per fraudem neglectionemque ſocii illatum, præſtare debet.

Sufficit tamen, talem diligentiam rebus communibus

munibus adhibere, qualem tempore contractus ſuis: *l. 72. hic.* Imputet enim ſibi ſocius, quod minus diligentem ſocium elegerit.

Solvitur Societas, morte civili, unius ex ſociis, id eſt, maxima & media capitis diminutione; *l.4. l.65.§.fin.hic.* non minima: *l.58.§.2.hic.* aut morte naturali. *d. l.65. §.9.d.l. 52. §.9. hic.*

Non enim tranſit in heredes, etiam ex pacto: *l.35. l.59. eod.* ne quis invitus ſocius fiat ei, cui non vult. *d. l.65. §.9.*

In ſocietate tamen vectigalium, & poſt mortem ſocii, manet cum ejus heredibus ſocietas; *l.59. l.63. §.8.eod.* idque propter negotii magnitudinem, ac ne locatio publica (quæ ſui natura tranſit in heredem, *l.10. C. de locatione cond.* & ſocietati vectigalium ſemper ineſt) damnum faciat. *d.l.65. §.pen.*

Rei quoque quæ interiit, vel commercio exempta eſt, ſocietas non durat: *d.l.63. §.fin.* Vt, ſi finis ſit negotio, cujus gratia contractum erat, impoſitus: *§.7. Inſt. eod.* ſi publicata ſint, aut à creditoribus diſtracta ſocii bona, aut facta ceſſio. *d.l.65. in pr. & §. 9. l. 4. eod.*

Diſtrahitur & ſocietas, cum ei non fraudulenter renunciatur, vel expreſsè, *l.14.15.16. eod.* vel tacitè: ut cum ſeparatim ſocii agere cœperint, & unuſquiſque ſibi negotiatur: *l.64. eod.* Tamdiu enim durat ſocietas, quamdiu conſenſus partium integer manet. Integer autem non manet ſi mutatus ſit.

Renunciari ſocietati etiam ab uno, *l.5.C.l.4.§.1. l.63. §.fin.ff. §.4. Inſt.hic.* etiam per alium, *d. l.63. §.3.* poteſt. Nemo enim hodie, extra conjugii cauſam, in ſocietate invitus manere cogitur. *l. ult. C. com. divid.*

Si tamen ſocietatis intereſt ei non renunciari, renuncians ad id tenetur: jure ſocietatis, quod ex conſenſu tantum durat, nihilominus, propter contrariam voluntatem diſſenſumque, diſſoluto. *d. l. 65. §. 5. §. manent. Inſt. eod.*

Diſtrahitur etiam ſocietas actione, aut ſtipulatione interpoſita animo novandi, qua alter alteri partem ſe daturum promittit: aut judicio, quo agitur

tur in id ut diſtrahatur: quia mutata eſt cauſa ſocietatis, & per novationem, & per mutationem voluntatis. *d. l.* 45. *pr.*

Oritur ex hoc contractu actio pro Socio ultrò citróque directa, quæ generalis, *l.* 38. *hic.* rei perſecutoria, *l.* 50. *eod.* bonæ fidei. *l.* 79. *l.* 45. *eod.*

Datur, ut plurimum, abſoluta ſocietate, *l.* 65. §. *pen. hic.* ſocio in ſocium, vel quia ſocietati damnum dedit, *l.* 39. *l.* 48. *& l. ſeq. eod.* vel quia ultra quam ad ſe pertineat, ex re communi fructus percepit. *d. l.* 38. §. 1. vel quia pecuniam communem in uſus ſuos convertit, *l.* 1. §. 1. *de uſur.* vel quia Actor in rem communem impendit, *d. l.* 38. §. 1. *l.* 52. §. 12. §. 15. dammumve ob ſocietatem, puta in itinere, à latronibus paſſus eſt, cum ad mercatum proficiſceretur. *d. l.* 52. §. 4.

Datur hæc actio ſingulis ſociis, in ſingulos, cum omnium par ſit conditio & cauſa: heredibus & in heredes; ut lucra percepta communicentur, *d. l.* 63. §. 8. *d. l.* 65. §. 9. utque heres præſtet ſi quid dolo aut culpa malè geſſit. *l.* 35. *l.* 36. *hic.*

Hæres enim inchoata negotia (licet morte ſit ſoluta ſocietas) abſolvere, utilitatis cauſa, debet. *l.* 40. *eod.* Nova ſi velit inchoare non poteſt, neque tanquam ſocius, neque tanquam heres ſocii; ſed tanquam alius negotiorum geſtor: *l.* 21. §. 2. *ff. de neg. geſt.* adeóque nec ſi dolo malo aut culpa quid fecerit, actione pro ſocio teneri debet.

DIGESTORUM LIBER XVIII.

De contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & venditorem compoſitis: & quæ res venire non poſſunt.

Tit. I.

EMptio venditio, eſt contractus, *l.* 3. *hic.* juris gentium, *l.* 1. §. 2. *hic.* bonæ fidei, ſolo conſenſu initus, de re aliqua emptori tradenda, idque pro certo pretio venditori in nummis ab eo dando. *l.* 2. §. 1. *hic. l.* 3. *de O. & A.*

Itaque emptionem venditionem conſtituit ſolus conſenſus; ſed ita ſi verſetur circa rem & pretium; quorum neutrum ut ſit emptio venditio abeſſe poteſt. *l.* 2. §. 1. *l.* 8. *in princ. l.* 9. *ff. l.* 3. *l.* 9. §. 1. *C. hic.* Vterque enim contrahentium in id conſentiat neceſſe, quod alter rem venditam, & pro ea ſibi pretium ſolvi, alter eandem emptam & præſtari à ſe pretium velit. *d. l.* 3. *d. l.* 9. §. 1. *C. l.* 38. *ff. eod.*

Pretium eſt numeratæ pecuniæ quantitas, *l.* 1. §. 1. *hic. l.* 5. §. 1. *de præſcr. verb. l. pen. C. de permut.* qua res æſtimatur. *l.* 16. §. *ult. de pignor. l.* 21. *C. de jur. dot.*

Debet hoc eſſe certum: §. 1. *Inſt. l.* 9. *in princ. C. l.* 1. *ff. hic.* ſive contrahentes id certò definierunt, ſive aliunde conſtet, quid quantumve ſit: *d.* §. 1. *Inſt. l.* 7. §. 1. & 2. *l.* 35. §. 1. *ff. eod.* Veluti; Tantum dabis, quanti emi; aut Tanti emo, quantum pecuniæ in arca habeo. *d. l.* 7. §. *pen.* Quippe nihil intereſt res verbis deſignetur, an aliàs ſufficienter demonſtretur. *arg. l.* 6. *ff. de reb. cred.*

Si, vel in pretio, vel in re, diſſentiant contrahentes, contractus erit imperfectus: ſcilicet ſi in to-

tum in materia erretur; *l. 41. §. fin. eod.* non ſi pro parte. *l. 14. eod.*

In pretio diſſentiunt contrahentes ſi in ejus quantitate non conveniant: *d. l. 9. C. hic.* Quod ſi minus emptor, majus venditor putavit, impeditur contractus; non, ſi contra. *Accurſ. in l. 9. verb. in pretio. ff. eod.* Quia in majori ſumma minor continetur; non contra.

In re diſſentiunt, ſi diſſenſus aut error ſit, vel in ipſo rei corpore; cum aliud corpus emptum, aliud venditum putatur: *d. l. 9. §. 1.* vel in unius corporis ſubſtantia ſeu qualitate ſubſtantiali, ſeu materia rei; puta ſi æs pro auro, plumbum pro argento veneat. *d. l. 9. §. 2. l. 14. ff. eod.*

Emere vendere regulariter poſſunt hi, qui conſentire; quoniam hic contractus, cum ſit juris gentium, ſolo conſenſu perficitur; proinde & inter abſentes contrahi poteſt, & per nuncium, vel per epiſtolam. *d. l. 1. §. ult.*

Neque tamen conditionalis venditio ante conditionem exiſtentem. *l. 7. in pr. hic.*

. Neque venditio ad pondus, numerum, vel menſuram facta, antequam res appendatur, vel numeretur, vel menſuretur. *l. 35. §. in his. cum 21 §§. ſeqq.*

Neque ſi de contractu in ſcriptis redigendo convenerit, ante perfectam ſcripturam emptio venditio perfectè contracta dici poteſt. *l. 17. C. de fid. inſtr. in pr. Inſt. de empt. vend.*

Dies (qui adjici poteſt, *l. 41. l. 80. §. ſylva. l. fin. hic.*) non ſuſpendit obligationem, ſed traditionem & implementum contractus. *§. 3. Inſt. de V. O. l. 213. de V. S.*

Sic & traditio rei & ſolutio pretii, non perficiunt, ſed implent contractum. *l. 46. de act. empt. l. 4. C. eod.*

Traditio arrharum, neque contractum perficit, *in pr. de empt. vend.* neque implet: *l. 2. C. de reſc. vend.* Sed fit tantum in argumentum contractus. *l. 35. in pr. hic.* Puta regulariter. Nonnunquam enim dantur antequam de pretio convenerit; eo fine, nequis

cum

eum qui de re emenda tractare cœpit, prævertat. *l. 17. in fin. C. de fid. inſtr.*

Qui arrhas remittere, aut duplicatas, quas accepit, reddere vult, impunè à contractu nondum perfecto recedere poteſt. *d. l. 17. l. 2. C. quand. lic. ab empt. rec.*

At contractu, per conſenſum, ab omnibus partibus abſoluto, pœnitere non eſt integrum: *pr. Inſt. eod. l. ſicut. C. de actio.* & arrhæ nomine datum in partem pretii imputabitur. *l. ult. de leg. commiſſ.*

Emi vendi poſſunt res omnes, ſive corporales, ſive incorporales: *l. 80. §. 1. hic.* quas quidem habere vel poſſidere poſſumus. *l. 34. §. omnium. 1. hic.*

Quæ extra commercium ſunt, earum nulla venditio, *l. 6. l. 62. l. 70. hic.* niſi ab ignorante emantur: quo caſu is habet actionem. *l. 4. & 5. l. 70. l. 21. hic.* Puta eatenus ut venditorem ad id quod intereſt ipſius, convenire poſſit. Non etiam ut dominium in ipſum transferatur. Hoc enim reſpectu ſemper verum eſt, rei quæ extra commercium eſt, contractum non valere. *l. 62. §. 1. ff. hic.*

Rerum quæ extinctæ ſunt, nec præſtari poſſunt, ut ſunt domus exuſta, equus mortuus, non valet emptio, quia ſine re fieri nequit. *l. 8. l. 57. eod.*

Quæ futura ſperantur, ut fructus futuri, (& tum tenet emptio, ſi quid, licet exiguum, natum ſit: *l. 8. ff. hic. fac. l. 1. in fin. ff. de cond. & demonſt.*) captura piſcationis, ſeu jactus retis; (& tum tenet emptio, & pretium eſt ſolvendum etſi nihil fuerit captum; *d. l. 8. l. 12. ff. de act. empt.*) & ſimilia, rectè emuntur. *d. l. 8. d. l. 12. de act. empt.*

Res etiam aliena recte venditur, quia ſufficit, venditorem pro evictione teneri: *l. 28. hic.* quâ tamen nihil juris invito domino aufertur. *d. l. 6. 28. C. de reb. alien. l. 9. C. de Rei vind.* Quia venditor rem emptoris non facit, ſi ipſe dominus non ſit. *l. 25. §. 1. ff. hic.* Hactenus enim tantum tenetur facere, ut emptori rem habere liceat. *l. 30. §. 1. ff. de act. empt.*

Non poſſunt vendi domus, ut deſtruantur; *l. 52. hic.*

Digitized by Google

hic. Reipublicæ enim utilitas (quæ privatæ præferenda. *l.* 51. §. *ult. ff. ad l. Aquil.*) exigit, ne ædificia deſtruantur, & ſic ruinis civitas deformetur. *l.* 2. §. *ſi quis. l. ult. ff. ne quid in loc. publ. l.* 20. §. *hoc interdictum. ff. de nov. oper. nunc.* venena; (niſi adjectione alterius materiæ fieri poſſunt ſalutaria: *l.* 35. §. *veneni. eod.*) res litigioſæ, *l. fin. C. de litig.* nec lites, niſi juxta præſcriptam formam. *l. per diverſas. cum ll. ſeqq. C. mand.*

Rei venditæ quicquid cohæret, etiam venditum intelligitur. *l.* 73. *hic.* quod quidem tempore contractus fuerit. *l.* 69. *l.* 77. *eod.*

Vndè fundo vendito, fructus & inſtrumenta adhærentia, quaſi pars fundi, vendita intelliguntur: *l.* 40. §. 2. *&* §. *fin. l.* 47. *cum ll. ſeqq. hic.* & domum diſtractam ſequuntur quæ terrâ quæque opere ſtructili tectoriove continentur; & conſequenter etiam cenſus, ac penſitationes, ſine quibus, quamvis præteritis & jam ceſſis, *l.* 2. *ubi Salic. C. ſine cenſ. vel rel.* fundi ac prædia comparari non poſſunt. *d. t. C. ſine cenſ. vel rel.*

Ruta & cæſa, id eſt, eruta & cæſa à terra, non veneunt. *l.* 66. §. *fin. hic. l.* 17. §. *ſi ruta. de act. empt.*

A contractu (ut dictum) perfecto recedere non licet; *l.* 2. *C. quand. lic. l. ratas. C. de reſc. vend.* ſed emptor pretium dare cogitur venditori: *l.* 1. *de rer. per. l.* 7. *C. de act. empt.* hic contra rem tradere emptori: non tamen præcisè rem emptoris (ut ille pretium. *d. l.* 7. *d. l.* 1.) facere tenetur. *l.* 25. §. *fin. hic.* quia, per evictionis præſtationem, emptor indemnis ſervatur. *l.* 66. *hic. l.* 2. *l.* 11. *de act. empt.*

Traditio rei venditæ, non aliter transfert dominium, quam ſi vacua poſſeſſio, ut fieri debet; *l.* 2. *l.* 3. *l.* 8. *C. de act. empt.* tradatur; *Cont. diſp. lib.* 1. *cap.* 8. & pretium contra ſolutum ſit, aut fides de eo habita. *l.* 19. *l.* 53. *hic.*

Si venditor, non ſpe præſentis numerationis, quæ ſecuta non eſt; *l.* 3. *ff. de pignor. act.* ſed ſimpliciter tradit, videtur eo ipſo traditionis facto fidem de pretio habere; Niſi aliud ex circumſtantiis appareat. *l.* 5. *pen. ubi Gl. & Dd. de tribut. act.*

Dolus

Digitized by Google

Dolus vitiat contractum emptionis venditionis, ſi ab utraque parte interveniat, *l.* 34. §. 3. *l.* 57. *hic.* ſin ab alterutra, & dolus cauſam contractui dederit, annihilatur, eo volente, qui deceptus eſt. *Gl. & Dd. in l. ſi dolo. C. de reſc. vend.*

Incidens dolus, per actionem contractus, purgatur. *d. l. ſi dolo. l. dolus. cum l. ſeq. de reſc. vend.*

Dolus hic, non ex quantitate pretii, ſed qualitate facti probatur; *l.* 4. *l.* 10. *C. de reſcind. vend.* id eſt, ex calliditate & inſidiis emptoris vel venditoris. *l.* 8. *C. eod.*

Ad emptionis venditionis contrahendæ modum pertinent etiam pacta, quæ à contrahentibus adjici ſolent, quia pacta conventa informant & reformant contractus, quibus apponuntur, & actiones ex iis contractibus deſcendentes. *l.* 7. §. 5. & §. 6. *De pact.*

Ex iis frequentiſſima ſunt addictio in diem, & Lex commiſſoria.

De in diem addictione.

T I T. II.

Addictio in diem ita fit: *Ille fundus eſto tibi centum emptus, niſi quis intra Calendas Januarias proximas meliorem conditionem fecerit,* (hoc eſt, attulerit) *quo res à domino* (videlicet emptore) *abeat. l.* 1. *hic.*

Quæ venditio pura eſt, niſi aliud ſit actum, & ſub conditione reſolvitur. *l.* 2. *eod.*

Quod ſi aliud ſit actum, id eſt, venditio ſub conditione; *Niſi quis meliorem conditionem intra diem obtulerit;* contrahatur: tum ante conditionis eventum venditio eſt imperfecta; *l.* 7. *ff. de contr. empt.* & proinde ex ea nec dominium, licet traditio ſit ſubſecuta, *l.* 31. *ff. de acq. rer. dom.* nec uſucapiendi conditio transferri; *l.* 4. *hic.* nec fructus ſibi acquirere emptor poteſt: *d. l.* 4. Quia uſucapio & fructuum acquiſitio, *l.* 74. *tit. præced. l.* 109. *ff. de verb. ſignif.* titulum præcedentem & bonam fidem requirunt.

Quod ſi aliter non ſit actum, & melior conditio

Digitized by Google

hic non offeratur, omne periculum, lucrum, & damnum, quod interea temporis obvenit, unà cum fructibus, *l.* 2. *l.* 4. *eod.* ad emptorem, tanquam dominum, *l.* 1. *hic.* pertinent: meliore conditione, reverà, non fraudulenter, *d. l.* 4. §. 5. oblatâ, reſcinditur prior venditio & fructus venditori refundendi ſunt. *l.* 2. 4. 6. *l.* 16. *hic.* Emptorem enim qui meliorem conditionem obtulit, præter corpus quod venierit, nihil ſequitur. *l.* 14. §. 4. *hic.*

Melior conditio offerri videtur, ſi vel pretio ſit additum, vel ſolutio facilior, aut maturior, vel locus ſolvendi oportunior, vel perſona ſecundi emptoris magis idonea, vel quid utilius venditori afferatur. *d. l.* 4. §. *fin. cum ll. ſeqq.*

Meliore allata conditione, licet venditori addicere poſteriori, niſi prior plus, (hoc eſt tantundem quantum nunc ab alio offertur;) paratus ſit adjicere: Quod ut facere poſſit, neceſſe habebit venditor priorem emptorem certiorem facere, ut ſi quid alius adjecit, ipſe quoque adjicere, & licitando vincere poſſit. *l.* 6. §. *fin. cum* 2 *ll. ſeqq. hic.*

Meliorem conditionem oblatam venditor acceptare non cogitur; ſed eam abjicere & primam emptionem ſequi poteſt; cum in ipſius favorem hoc pactum ſit adjectum: *l.* 9. *hic.* & nemo invitus jure ſuo uti cogatur; cum favori ſuo quilibet renunciare poſſit. *l.* 41. *ff. de minor. l. pen. ff. de pact. l.* 2. *inf. tit. prox.*

Acceptatâ à venditore meliore conditione dominium rei, in emptorem traditione tranſlatum, ipſo jure ſola pacti poteſtate ad venditorem non redit: *ut vult Gloſſ. Bart. & alii in l.* 41. *ff. de rei vind. Bald. in l.* 3. *hic.* ſed retro traditione (Cum non nudis pactis, id eſt, traditione deſtitutis; ſed rerum traditionibus transferantur dominia. *l.* 20. *C. de pact.*) opus eſt.

Vnde ea actione perſonali ex vendito eſt petenda. *l.* 3. *C. de pact. int. empt. & vend.* Alioqui poſt reſolutam venditionem, danda eſſet venditori rei vendicatio; quæ tamen ipſi (utpote qui traditione dominium tranſtulit, & ſic poſſidere deſiit: *l.* 20. *in fin.*

ff. de

ff. de acq. rer. dom. l. 8. C. de acquir. poſſ.) denegatur. *d. l.* 3. Niſi emptori precariam modo poſſeſſionem tradiderit; *d. l.* 3. & ſic adhuc magis poſſideat, quam is qui precario rogavit. *l. 6. §. is qui. l. 15. §. eum qui. ff. de precar.*

Hoc pactum, licet non expreſſum, in venditione fiſcali ineſt, adeò ut intra certum tempus, liceat meliorem conditionem offerre, & priori emptori, niſi tantundem ſolvere ſit paratus, rem auferre. *l. Lucius. 21. §. ult. ad munic. l. ult. de jure fiſc. l. 4. C. de fi. & in haſt. fiſc. l. 1. C. de vend. rer. civit.*

De lege commiſſoria.

TIT. III.

LEge commiſſoria venditiones celebrantur, cum convenit, ut, niſi intra certum diem pretium exſolvatur, res inempta ſit. *l. 4. hic.*

Eſt itaque hic contractus purus, qui reſolvitur ſub conditione; puta per defectum ſolutionis. *l. 1. eodem.*

Committitur, ſi emptor, quamvis non interpellatus, pretium, vel totum, ſi nihil ſolutum fuit; vel reſiduum, ſi pars ſoluta fuit; ſua die non offerat, *l. 4. §. fin. eod.* & ſolvat, ſi venditor ſolutionem accipere poſſit & velit; *l. 3. C. de pact. int. empt. & vend. d. l. 4. §. 1. & §. fin.* ſin minus, obſignet. *ut in l. ult. hic.*

Dies enim interpellat pro homine: *l. magnam. C. de cont. ſtip.* niſi emptor juſtas cauſſas probare poſſit, quibus impeditus fuerit.

Commiſſà pactione, eſt in poteſtate venditoris ſuo jure uti, vel non. *d. l. 4. §. 2.* Quia in ipſius favorem hæc pactio additur; *l. 2. l. 3. hic.* cui proinde renunciare poteſt. *l. pen. C. de pact.*

Alterâ tamen viâ electâ, variare nequit. *d. l. 4. §. 2.* quia emptori jus quæſitum eſt; quod variatione venditoris rurſus interverti nequit. *l. 4. §. 2. eod. l. apud Aufidium. de opt. leg.*

Commiſſoriâ electâ emptor fundum, una cum fru-

Digitized by Google

fructibus, etiam antequam lex committeretur, perceptis, ut inemptum reſtituere debet, & amittit quod arrhæ aut pretii nomine dedit, in pœnam moræ, & ex veriſimili contrahentium mente; niſi aliud actum appareat. *l.* 25. *de pet. hereditat. l.* 4. §. 1. *l.* 5. *in pr. hic.*

Emptor, ſolutâ parte pretii, fructus interea perceptos lucratur; non ſi nihil ſolvit. *d. l.* 4. §. 1. *& ibi Bald.*

Probatur quidem hoc pactum, in venditione, *l.* 1. *C. de pact. int. empt.* non tamen in pignore; id eſt, ut, ſi debitor intra certam diem non ſolverit quod debet, pignus creditori ſit emptum. *l. ult. C. de pact. pignor.*

De hereditate vel actione vendita.

TIT. IV.

QVia jura incorporalia, ut ſunt hereditas & actiones, vendi poſſunt, de iis aliquid dicendum.

Hæreditas defuncti vendi poteſt; viventis nullo modo. *l.* 1. *hic.* Viventis enim nulla eſt hæreditas. *Gl. in d. l.* 1. Imò qui eam vendit, ſi poſtea ei ſuccedat defuncto, hereditate, tanquam indignus, privatur. *arg. l.* 2. §. *ult. de his quæ ut indign. l.* 29. §. *ult. l.* 30. *De donat.*

Venditor non præſtat certam hereditatis quantitatem, niſi eam affirmaverit; *l.* 14. §. 1. *& l. ſeq. eod.* ſed tantùm hæreditatem eſſe, & ad ſe pertinere. *l.* 7. 8. *&* 9. *eod.*

Non tenetur de evictione rerum ſingularium, quia non tanquam dominus, ſed tanquam hæres vendit.

Sufficit hæreditatem præſtari, qualem adiit, non etiam rerum particularium dominium. *l.* 2. *hic. l.* 1. *C. de evict.*

Venditor manet hæres, quia qui ſemel eſt hæres, non deſinit eſſe hæres. *l.* 7. §. 10. *de minor. l.* 88. *de hæred. inſt.* Emptor tamen vicem hæredis, reſpectu non creditorum hereditariorum, ſed venditoris, obtinet:

Digitized by Google

obtinet: *d. l.* 2. §. 18. Ideóque non habet actiones directas, niſi ſint à venditore ſibi mandatæ; ſed utiles. *l.* 5. *C. hic. l.* 16. *de pact.*

Venditor hæres jus creditorum & legatariorum contrahendo nec tollere, nec mutare poteſt, *l.* 25. 26. *C. de pact.* nec in aliam perſonam transferre obligationem, quam adita hæreditate ſuſcepit. §. *hæres. Inſt. de obl. qua ex qu. cont.*

Vnde rectè à creditoribus, etiam poſt factam venditionem, convenitur: emptor verò invitus nequaquam, quia nullum negotium cum iis geſſit. *l.* 2. *C. eod.*

In hæreditate vendita plerumque hoc agi videtur, ut quod ex hæreditate pervenit, in id tempus, quo venditio fit, id videatur vænisse. *l.* 2. §. 1. *hic.*

Sumptus ante hereditatem venditam factos, non venditor, ſed emptor ſuſtinet, ad quem & emolumenta pertinent. *d. l.* 2. §. 16.

Nomina, hoc eſt, debita, ſive ſit actio perſonalis, ſive in rem, *l. ult. C. hic.* ſive pure ſit contracta obligatio, ſive in diem, aut ſub conditione; *l.* 17. *ff. eod.* vendi poſſunt, etiam invito debitore. *l. nominis.* 3. *C. eod.* Quia ejus non intereſt cui ſolvat.

In venditione non oportet præſtare locupletem debitorem, ſed duntaxat debitorem eſſe. *l.* 4. *hic. l.* 74. §. *ult. de evict.*

Actio vendi poteſt ante, non poſt litem conteſtatam. *l.* 2. *C. de litig.*

Emptor non poteſt plus exigere à debitore cujus nomen emit, quam ipſe venditori ſolverit. *l. pen. & ult. C. mand.*

Nomen, *l.* 4. *l.* 6. *hic.* actio, *Rubr. eod.* obligatio, *l.* 19. *eod.* vendatur, idem eſt.

Emptor actionis, non minus quam emptor hereditatis, nec minus quam venditor cui nomen debitoris oppignoratum eſt, (ut pignorari poteſt. *l.* 7. *C. hic.*) vel directam actionem ſibi à venditore mandatam ſeu ceſſam; vel ea ceſſione ceſſante, utilem ſuo nomine movere poteſt. *d. l.* 7. *cum ll. ſeqq. C. eod.*

Digitized by Google

De reſcindenda venditione, & quando licet ab emptione diſcedere.

TIT. V.

EMptio ut mutuo conſenſu contrahitur, ita conſenſu contrario, dum res eſt integra, diſtrahitur, *§. fin. Inſt. quibus mod. toll. obl.* ſi vel ſimpliciter à venditione recedatur, vel acceptum invicem feratur, vel nova alterius pretii venditio fiat, dum tamen perindè valida ſit atque prior. *l. 2. 3. 5. hic. d. §. fin.*

Nam ſi quod purè emi, ſub conditione rurſum èmam, imperfecta hac venditione non tollitur prior. *l. 7. hic.*

Alterutrâ parte invitâ abiri emptione non poteſt, *l. 1. ff. l. 3. 4. l. ratas. C. eod.* etiamſi duplum quis reddere paratus ſit, *l. non eſt. C. eod.* vel altera pars in implendo contractu moram faciat, *l. 14. C. eod. l. 8. 9. C. de cont. empt.* aut inæquali injuſtoque pretio res venierit. *l. 4. l. ſi voluntate. l. quiſque. C. eod.*

Licet enim contrahentibus invicem naturaliter, quadantenus, (nam ultra dimidiam partem juſti pretii captio, propter nimiam inæqualitatem, revocatur. *l. 2. C. eod.*) dolo, non malo, *l. & eleganter. de dolo mal.* ſed in re ipſa, circumvenire. *l. 16. §. pen. de minor.*

Soluto pretio & traditione factâ, ſolo conſenſu à contractu recedi nequit, ſed opus eſt, retro rem tradi ac redhiberi, & pretium reſtitui. *l. 2. hic. l. ab emptione. ubi Dd. de pact.*

Metu puta juſto, qui in conſtantem virum cadit, *l. 8. C. hic.* facta emptio, quia res mali exempli eſt, reſcinditur. *l. 1. C. hic.*

Interitu quoque rei, qui perfectionem venditionis præcedit, *l. 15. l. 57. de cont. empt.* (nam eâ perfectâ emptori res perit. *§. cum a. Inſt. de empt.*) item moribus retractu proximitatis vel vicinitatis, quandoque reſcinditur venditio rerum immobilium, non mobilium: *vid. Tiraq. de retract. Chaſſ. in conſ. Burg.*

Digitized by Google

Burg. eod. tit. ut & retractu conventionali, *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* quo caſu fructus perceptos non reſtituit emptor. *Tiraq. de retract. lig. §. 15. gl. 2.*

Hoc intereſt, quod petitio retractus proximitatis, anno & die præſcribitur, *Bald. in c. 1. §. hoc quoque. de ſuc. feud. lib. 1. F. Tiraq. eod. §. 1. gl. 10. n. 3. 4. 5.* petitio retractus ex contractu non item, ſed durat (ut aliqui volunt. *Bald. in l. quod ſi nolit. §. ſi quid de ædil. edict. Tiraq. in retr. conv. §. 1. Gl. 2. n. 15. Mynſ. obſ. 16. cent. 1.*) in perpetuum; quia juri offerendi, quaſi meræ facultatis, non præſcribitur: *l. viam publicam. de via publ. l. ult. C. de cond. inſer.* ut verò communior ſententia, triginta annis; *Bald. in tr. præſcr. in 3. q. 4. part. 5. Part. 1. Tiraq. in retr. conv. §. 1. Gl. 2. n. 1. 2. Cujac. in l. ſi pignori. 23. de uſuc. Alex. conſ. 228. ponderatis. lib. 6.* exemplo reliquarum præſcriptionum. *l. 3. cum l. ſeq. C. de præſcr. 30 ann.*

Nam & hæc petitio eſt ex contractu, non magis meræ exiſtens facultatis, quam quælibet actio, qua unicuique liberum eſt, aut agere, aut non agere. *l. un. C. ut nem. accuſ. vel ag.*

De periculo & commodo rei venditæ.

Tit. VI.

PErfectâ venditione periculum rei ad emptorem pertinet: *l. 7. l. 8. hic. l. 1. l. 4. C. eod. l. 5. §. mortuo. ff. de reſc. vend. l. 11. ff. de evict.* Niſi in mora venditor fuerit. *l. 17. eod.*

Perfecta intelligitur emptio, cum de pretio convenit, & id quod vænit apparet, quid, quale, quantumque ſit, ac purè vænit. *d. l. 8.*

Itaque, ſi vinum ad deguſtationem, vel menſuram venditum, perfecta tantum videbitur venditio, *l. 4. §. 1. hic.* (niſi aliud ſit actum, *l. 15. eod.*) & per conſequens, periculum ad emptorem pertinebit, poſtquam deguſtatum vel admenſum fuerit.

Si utraque conditione venditur, periculum qualitatis, puta acoris & mucoris, uſque ad deguſtatio-

Digitized by Google

nem ad venditorem, poſt eam demum ad emptorem; periculum ſubſtantiæ (ſeu rei interitus) donec vinum admetiatur, (quamvis deguſtatum,) ad venditorem pertinet. *l.* 34. §. *alia.* *l.* 35. §. *pen. de cont. empt.* *l.* 15. *l.* 4. §. 1. *l.* 1. *l.* 5. *hic.*

Si vinum ſimpliciter, ſeu per averſionem, vendatur; omne periculum ſtatim ad emptorem tranſit. *l.* 4. §. *fin. l. ſi vina. eod.*

In conditionali venditione pendente conditione emptoris periculo eſt deterioratio, non rei interitus: & perit res venditori, quaſi nondum perfecta ſit venditio, non emptori. *d. l.* 8. Niſi aliud ſit pactum. *l.* 10. *eod.*

Si emptio in diem ſit contracta, & traditioni dies tantum adjecta, (cum perfecta & pura ſit venditio, §. 3. *Inſt. de V. O.*) emptoris erit periculum: *d. l.* 1. ſin ipſi venditioni, planè ut ſi dies deguſtationi præſtituatur; venditoris. Videtur enim ſub conditione contractum.

Venditor, licet emptione perfectâ periculum non ſuſtineat: tamen cuſtodiam, uſque ad traditionem, præſtare debet: *d. l.* 1. *in pr. & l.* 2. *in fin. hic.* & quidem talem ferè, qualem ii, quibus res commodata eſt, aut alioqui in re aliena verſantur. *d. l.* 2. 3. *&* 4.

Fatale damnum, aut caſum, non præſtat; ne incendium quidem, vel furtum: *l.* 11. *hic.* quamvis difficile eſt alterutrum ſine culpa & negligentia admitti; dummodo quam debent homines frugi & diligentes ipſe cuſtodiam præſtiterit. *l.* 11. *ff. hic.* *l.* 35. §. 4. *ff. de contr. empt.*

Si tamen ejus culpa probetur, meritò ex bona fide tenebitur. Vt, ſi cum ſciret vinum non eſſe duraturum; emptori nihil renunciavit ut tolleret, *d. l.* 15. aut, ſi in mora tradendi fuerit. *d. l.* 4. *in pr.* *l.* 17. *hic.*

Emptor ſi in mora accipiendi ſit; denunciabit ei venditor ut tollat; ſi ceſſet, aut licet ei vinum effundere, ſi forte vaſis ſuis opus habeat, aut quantum ſua intereſt illud tolli, poſtulare. *l.* 1. *circa fin.* *l.* 4. §. *fin. hic.*

Quod

Digitized by Google

Quod ſi per utrumque mora fuerit; veluti ſi venditor moram rei tradendæ adhibere cœperit, deinde eam obtulerit, emtor autem noluerit accipere, prior mora per poſteriorem purgatur, & poſterior ſola nocet. *l. 17. C. hic.*

De ſervis exportandis: vel ſi ita mancipium vanierit, ut manumittatur, vel contra.

Tit. VII.

Solebant cum his pactionibus mancipia diſtrahi: Ne quo loco morentur: Vt in alias terras exportentur: Vt manumittantur poſt tempus, vel contra: Ne proſtituantur, &c. ac, ni pactis ſtetur, ut certa pœna pendatur, vel ſit manus injectio. *l. 1. & t.t.C. ſi manc. ita ven.l. 2. & t.t.C. ſi ſerv. export. van. l. 9. & ſeq. hic.*

Qualia pacta erant permiſſa; ex iiſque agi poterat, quod emtionis, aut pretii, pars eſſent: *l. 6. §. fin. eod. l. 79. de cont. emt. l. 21. §. 4. de act. empt.* adeò ut fiſcus ceſſantis venditoris vice fungeretur. *l. 1. & 3. C. ſi ſerv. exp. van.*

Et, ſi de manumittendo erat conventum, niſi ex pacto emptor manumitteret, ſervus ipſo jure libertatem nanciſceretur. *l. 3. hic. l. 1. & t. t. C. ſi manc. ita alien. ut man.*

Pacta, in quibus ſola turpitudo, aut crudelitas ineſſet, non putarem valuiſſe: *d. l. 6. in fin.* niſi in eo, ut licuerit petere, Quanti minoris eo nomine mancipium venditum fuiſſet, tanquam intereſſe pecuniarium. *d. l. 6. in fin.*

Digitized by Google

DIGESTORUM LIBER XIX.

De actionibus empti & venditi.

TIT. I.

ORiuntur ex præcedenti emptionis venditionis contractu actiones, quæ plerunque nominantur ab eo cui, rarò ab eo contra quem, dantur: ut actio ex empto plerunque dicitur quæ datur emtori, *in rub. hac. & l. 19. de hered. vel act. vend.* interdum quæ contra emptorem competit. *l. 4. §. pen. de leg. comm. l. 26. l. 66. §. pen. de evict.* & actio ex vendito plerunque dicitur; quæ datur venditori, *in rub. l. 13. §. ex vendito. hic.* interdum quæ contra venditorem.

Nos in ſequentibus actionem ex empto vocabimus, quæ emptori competit: ex vendito, quæ venditori.

Vtraque civilis eſt, *l. 33. de ædil. edict.* bonæ fidei, *l. 11. hic.* perpetua, *Dd. in l. 2. C. de pact. int. emt. & vend. l. 2. C. de reſc. vend.* tranſitoria, directa; quia contractus hinc inde æqualis eſt. Id eſt, Vterque contrahentium agit ad id de quo contractus principaliter eſt initus. Exempli gratia: Emptor petit rem venditam ſibi tradi, venditor petit pretium ſibi ſolvi.

In perſonam utraque. Contractus enim emtionis ſolo naturali conſenſu perficitur. *d. l. 11. l. 1. de contr. empt.*

Actio ex empto directa, competit ei qui emit rem præſens, vel abſens, per nuncium vel epiſtolam, *l. cum per eos. C. ſi quis alt. vel ſibi. l. 1. §. fin. de cont. emt.* etiam patri, vel fratri à filiofamilias vel fratre (ſed bona tantum caſtrenſia vel quaſi ementi, *l. frater à fratre. de cond. ind. l. 2. de cont. empt.* eorumque heredibus, *l. 10. l. 47. hic.* & ſucceſſori-

bus

Digitized by Google

bus univerſalibus, *l.* 2. *C. de pact. int. emt. l.* 3. *C de reb. alien. l.* 12. *l.* 49. *de O. & A.* non ſingularibus. *Schurf conſ.* 13. *Senatus. n.* 1. *per l.* 1. *&* 2. *C. de hered. act.* Quia non contraxerunt. *l.* 7. *C. ſi quis alteri vel ſibi, &c.* Vtiliter datur & ei, cujus procurator, *l.* 13. §. 25. *hic.* tutor, curator, emit; *l.* 4. *C. quand. ex fact. tut. vel cur. l.* 5. §. 9. *ff. de conſt. pec.* ei, qui ſe rem certo pretio, puta centum, emiſſe juravit; ſiquidem contractus ex ſolo jurejurando probetur. *l.* 11. §. *ult. l.* 13. §. *Marcellus. l.* 29. *ff. de jurejur.*

Adverſus eum qui rem ſuo nomine vendidit; ejuſque ſucceſſores; ſed univerſales; *arg. l.* 47. *hic. Nov.* 48. *pr.* non ſingulares; *l. fin.* §. *fin. de cont. emt.* non procuratorem venditoris; Vtiliter adverſus dominum mandantem, *l.* 13. §. *ſi procurator. hic.* aut per tutorem, curatorem vendentem; *l.* 2. *C. quand. ex fact. tut.* adverſus eum cujus adverſarius juravit eum ipſi vendidiſſe; ſed eadem ratione, qua hoc caſu utilem dari actionem ſtatim diximus.

Venit in hanc actionem, quicquid inter contrahentes actum eſt. Quod ſi nihil ſpecialiter convenit, quicquid naturaliter ineſt hujus judicii poteſtate. *l.* 11. *hic.*

Inſunt naturaliter hæc, ut venditor aut heres ejus ſi res corporalis vendita; neceſſe habeat rem tradere (præciſè, ſi tradendi facultatem habet; ſin non, præſtando intereſſe puta quod conſiſtit circa rem ipſam, non extra; *l.* 21. §. 3. *ff. l.* 4. *C. hic.* liberatur. *l.* 1. *in pr. hic.*) unà cum fructibus & reliquis acceſſionibus à tempore moræ. *l. pen. C. l.* 11. §. 17. *ubi Gl. hic.*

Poſt moram in id quod intereſt emptor agere poteſt. *l. ſi jactum. hic. l.* 13. §. *fin. de re jud.*

Vacuam quoque poſſeſſionem venditor præſtare debet, *l.* 3. §. 1. *l.* 11. §. 13. *hic.* ac dominium transferre, vel ejus loco uſucapiendi conditionem; unà cum evictionis cautione, ad quam pretii ſolutione obligatur, *Paul. lib.* 2. *tit.* 27. & quæ loco dominii ſecurum facit emptorem. *d. l.* 11. *in pr.*

Si res vitioſa tradatur, nec de vitio emptor certior

Digitized by Google

tior factus eſt, agit hoc judicio ad redhibendum; *d. l.* 11. §. 3. aut ſi alias emiſſet, & uterque vitium ignoravit, quanto minoris: ſed ſi venditor aſturè vitium celavit, quicquid damni ejus fraude accidit, ſarcire tenetur. *l.* 13. *in pr. eod.*

Cum ex falſa commendatione res pluris juſto vendita eſt, in id agetur, ut, quanto pluris empta, reddatur. *d. l.* 13. §. 4.

Nam, quod commendandi causâ dicitur, venditorem obligat: niſi palam eſſe appareat. *l.* 43. *de contr. empt.*

Denique, quicquid dolo, vel culpa, venditoris, abeſt, quidque præſtare æquum eſt, aut pactis comprehenſum, in hoc judicium venit. *l.* 6. §. 2. *l.* 11. *hic. l.* 72. *de contr. emt.*

Non tamen ad hanc agendi facultatem admittitur emptor, niſi ex ſua parte contractum impleverit, & pretium ſolverit, aut certè obtulerit. *d. l.* 13. §. *offerri.* 8. Quippe contractus cum ab emtore incipiat, ab eo primum impleri debet. *l.* 39. *ff. de ſolut. l.* 21. *C. de pact.*

Alioqui venditor rem venditam tanquam pignus retinere poteſt. *d. l.* 13. §. 8.

Actio ex vendito datur venditori, *d. l.* 13. §. 19. ejuſque hæredibus: Domino ex venditione ſui procuratoris utiliter; *d. l.* 13. §. *ſi procurator.* etiam pupillo abſque tutoris autoritate vendenti. *d. l.* 13. §. *ſi quis à pupillo.*

Contra emptorem, ejuſque hæredes, & ſucceſſores univerſales: non ſucceſſores ſingulares: *l. fin.* §. *fin. ff. de contr. emt. l.* 1. §. *ſi heres. ff. ad SC. Treb.* Eſt enim actio perſonalis; *l.* 1. *C. hic.* quæ rem non ſequitur, nec ejus poſſeſſorem; *l.* 1. §. 16. *ff. ad SC. Vell.* Utiliter tamen datur ex contractu procuratoris adverſus dominum. *d. l.* 13. §. 25. *ff. hic.*

Sed ſi venditor, re non traditâ, ad pretium agat, obſtat ei exceptio rei non traditæ, donec plenè tradat. *l.* 25. *hic.*

Re traditâ, agit ad pretium & ad fructus à tempore moræ, & uſque ad quantitatem fructuum quos percepit; *l.* 5. *C. de pact. int. emt. & vend. d. l.* 13.

§. ve-

§. *veniunt. junct. l.16.* §. 1 *ff. de uſur* ad uſuras à tempore rei traditæ; unà cum ſumptibus in re vendita poſt venditionem factis, & quanti pluris rem vendere potuiſſet, niſi ab emptore deceptus eſſet. *l.* 13. §. 19. §. 22. §. 5. *hic. l. jurabit. l.* 13. *C. eod.*

Vbi nec traditio facta, nec mora emptoris intervenit, uſuræ non debentur. *d. l.* 13 *C.* tametſi emptor à tempore contractus perfecti fructus lucretur: §. *cum autem. Inſt. de empt.* cum ejus periculo res ſit.

Pretium verò promiſſum non eſt periculo venditoris. Quia generis eſt obligatio, quæ non perit interitu ſpeciei. *l. incendium. ſi cert. pet.* Ideò venditori uſuræ pretii non à tempore contractus, ſed à mora, veniunt. *l.* 32. §. *in bonæ. de uſur.*

Emptor pretium venditoris facere debet. *d. l.* 11. *pr.* Non enim fit ſolutio, niſi dominium pecuniæ aut alterius cujuſlibet rei ſolutæ à creditore in debitorem tranſeat. *l.*22. §.8. *ff. mand. l.*78. *junct. l.*60. *ff. de ſolution.*

Agit quoque venditor ut emptor res emptas aut tollat, aut præſtet id quod intereſt, *l.* 1. §. *licet. de per. & com. rei vend.* & ut fiat, quod pacto nominatim eſt conventum. *l.*6. §. 1. *l.*13. *hic.* Niſi in fraudem legis ſit conventum; puta ſi venditor pœnam dupli, pretio ad diem non ſoluto, ſtipulatus ſit. Ea enim in fraudem legitimarum uſurarum adjecta eſſe videtur. *d. l.* 13. §. 26.

Vtrivis, ultra dimidium juſti pretii (juxta communem æſtimationem, *Gl. in l. non eſt.* 6. *C. de reſcin. vend.*) decepto, licet agere, & quidem condictione ex lege; *Salic. & Dd. in l.*2. *C. eod.* ut præſtetur juſtum pretium, ſive reddatur, aut iniquo contractu abeatur. *d. l.* 2.

Hæ actiones in ſimplum, niſi aliter actum ſit, concipiuntur. *l. ſi fundus emptori. l. ſi dictum. de Evict.*

Singulares ſunt: attamen omnia acceſſoria rei venditæ complectuntur. *l.* 11. §. 17. *hic.*

Vniverſales quodammodò tunc ſunt, cum dantur ad univerſitatem emptam; ut eſt hereditas. *ut tract. in t. t. C. & ff. de hered. & act. vend.*

Locati

Digitized by Google

Locati conducti.

TIT. II.

LOcatio Conductio proxima eſt emptioni venditioni, iiſdemque regulis juris conſiſtit. *l.* 2. *hic.*

Et, ut veteres emptionis & venditionis; ita etiam locationis & conductionis appellationibus, promiſcuè utebantur. *l.* 19. *l.* 20. *de act. empt.*

Sed, ut ſupra actionem empti emptori, venditi venditori; ita etiam hic actionem locati locatori; conducti conductori, tribuimus.

Locatio & conductio, eſt contractus nominatus, in quo perſonarum, vel rerum, uſus, pro certa aliqua mercede, conceditur.

Contrahitur conſenſu, *l.* 1. *hic.* expreſſo, vel tacito: ut ſi quis poſt elapſum locationis tempus patiatur inquilinum in domo manere. *l.* 13. §. *fin. cum l. ſeq. eod.* Niſi contractus ab initio in ſcriptis fuerit celebratus. Hoc enim caſu qui poſt tempus conventum habitat reconduxiſſe non intelligitur; quia taciturnitas, non, ut conſenſum nudum, ita & ſcripturam ſupplet. *l.* 13. §. *fin. verſ. in urbanis. hic.*

Qui conſenſus, & debet eſſe de re quæ fruenda conceditur, *l.* 15. §. 3. *eod.* & de certa mercede. *d. l.* 2. *hic.*

Merces (Quæ eſt facti vel uſus æſtimatio; interdum pretium appellatur. *l.* 56. *in pr. hic. l. ult.* §. *ult. de leg. Rhod.*) conſtitui poteſt, vel in nummis, vel pecunia, vel partibus.

Nummis; ut fit plerunque: Pecuniâ, ut ſi quis certum frumenti aut olei numerum polliceatur loco mercedis: *l. ſi olei.* 21. *C. eod.* Partibus; cum colonus in vicem mercedis, partem fructuum tertiam, aut dimidiam fortè, promittit. *Dd. in l. ſi paſcenda. C. de pact.*

Sed colonus partiarius propriè conductor non eſt: non quia fructibus, non nummis colit; ſed quia incertam mercedem præſtat; cum certam partem incertorum fructuum fundi domino præſtet. Nam cum

Digitized by Google

cum plures fructus percipit, plus; cum pauciores, minus præſtat: quippe qui quodam ſocietatis jure fructus cum domino partitur. *l.25. §.6. hic.*

Locari poſſunt res omnes quæ vendi, mobiles, immobiles: propriæ, (non conduci. *l.9. §.fin. hic.*) alienæ: *l.7. hic.* incorporales, ut uſusfructus: *l. 12. §.2. de uſufr. l.9. §.1. hic.* ſervitutes prædiales, ſed non niſi cum fundo. *l. 44. eod.*

Fit locatio, vel in perpetuum, ſi prædium ita locetur, ut quamdiu merces præſtabitur, id auferre, nequidem à conductoris heredibus, liceat: *l. 10. C. eod.* vel ad tempus: vel breve, intra decennium; vel longum, quod ultra: *l.1. & 2. ſi ager vect.* Sed ubi ultra decennium, vel (ut quidam volunt) quinquennium fit, tranſire ſolet in aliud nomen contractus: *Cujac. 1. de loc. per Nov. 120.* ut, emphyteuſin, libellum, cenſum, &c. *Dd. in Clem. 1. de reb. eccl. non al. & in l. codicillis. de ann. leg. Jaſ. in l. 2. C. de jur. emph.*

Nam de communi Doctorum ſententia, ex locatione decennali, aut longiore, ſemper utile dominium transfertur. *l.1. §. quod a. de ſuperf.*

Id non verum eſſe ex eo apparet, quod conductoribus etiam longiſſimæ poſſeſſionis, adimatur præſcribendi jus, tanquam alienæ rei poſſeſſoribus; *l. 2. C. de praſc. 30 ann.* Et quod actiones reales à Prætore non indiſtinctè, ſed causâ cognitâ, dentur. *l. 3. §. quod autem. ff. de ſuperfic.*

Tamen cui ædificandi jus conceditur, utendæ pro arbitrio areæ jus, atque ita utile dominium, concedi videtur. *l. 1. de ſuperf.* Quia nec recte, nec commode fit ædificatio, ab alio, quam à domino.

Fieri poteſt locatio quoad is qui locavit, voluerit. Mutatione voluntatis, aut morte finitur. *l. 4. hic.*

Si nullum tempus expreſſum; in ruſticis prædiis in annum, quo fructus (quorum gratia facta conductio) percipi poſſint, videtur facta: in urbanis tamdiu, quoad alteruter contractui renunciet. *l. 13. §. fin. hic.*

Quæ renunciatio cum temperatione aliqua facienda,

cienda, ut uſus rei conductori conſtare poſſit, neque ſubitò migrare cogatur. *l.* 17. §. *ſicut. commod.*

Durante locatione, periculum rei ad locatorem pertinet, non conductorem. *l.* 9. §. 3. 4. *l.* 15. §. 2. *l.* 25. §. 6. *hic.*

Qui tamen re uti debet ut bonus paterfamilias, *d. l.* 25. § 3. & culpam atque dolum præſtat, *d. l.* 9. §. 3. etiam eorum quos induxit, ſi in inducendis culpam admiſit, *l.* 11. *l.* 30. §. *fin. hic.* atque adeò inimicorum ſuorum, ſi ejus odio rem fecerint deteriorem. *d. l.* 25. §. 4.

Imperitia quoque artificis culpæ annumeratur. *d. l.* 9. §. *pen. l.* 13. §. 5. *l.* 51. §. 1. *eod.*

Cuſtodia, & leviſſima culpa, non ex natura locationis, (Quia ea utriuſque utilitatem continet: at in iis præſtatur tantum culpa levis: *l.* 5. §. 2. *ff. commod. l.* 3. §. 1. *ff. naut. caup. ſtab. l.* 9. §. *ſi colonus. ff. hic. l.* 23. *ff. de reg jur.*) ſed ratione circumſtantiarum, aut pactionum, interdum præſtanda: ut ab iis qui pro cuſtodia mercedem accipiunt, *l.* 40. *cum ll. ſeqq. eod.* vel ſi res naturâ ſuâ exactiſſimam diligentiam requirat. *d. l.* 25. §. *pen.*

Item à ſarcinatore, & fullone, & cæteris, qui tanquam artifices locant operas, & rebus recipiendis, cuſtodiendis, reficiendiſve quæſtum faciunt. *d. l.* 13. §. 6. *l.* 25. §. *pen.* §. *ult. eod.*

Vitiant locationem, nimia inæqualitas mercedis; (ut ſi uno nummo fiat, *l.* 46. *hic.*) aut ultra dimidium juſti pretii deceptio. *Dd. in l.* 2. *C. de reſcin. vend.*

Oritur ex hoc contractu duplex actio, puta locati & conducti: quarum illa locatori, hæc conductori competit: Vtraque bonæ fidei, *l.* 54. *hic.* & in hæredem tranſitoria: *l.* 19. §. 8. *ff. l. viam. C. eod.* non in ſingularem ſucceſſorem. *l.* 11. *ff. eod.*

Actione locati petitur, ut merces debita de qua (etiam contra conſuetudinem regionis) convenit, non major; *l.* 16. *C. hic.* eaque integra; *d. l.* 16. ſi de ea nihil convenit, pro more regionis præſtari ſolita; *l.* 18. *C. eod.* tempore convento; ſi nihil convenit,

con-

Digitized by Google

conſueto; ſi de conſuetudine non apparet, in fine anni; *Gl. in l. 3. C. hic. & ibi Dd. commun.* ſolvatur; unà cum uſuris, poſt moram: *l. 17. C. eod.* (quæ tamen non debentur jure actionis, ſed officio judicis actioni accedente. *l. 54. hic.*) & ut damna culpa conductoris contracta præſtentur. *l. 9. §. pen. l. 11. §. item. 2. l. 43. eod.* item, id quod intereſt, ſi ante finitum locationis tempus, ſine cauſa, rem conductor deſerat: *l. 14. §. ſi domus. l. 55. §. fin. hic.* item, ut exacto locationis tempore res reddatur. *l. ſi quis conductionis. C. eod. d. l. 11. §. pen.*

Contra non reſtituentem juratur in litem. *l. 48. eod.*

Nonnunquam datur ante finitum locationis tempus, ſi dominus novâ neceſſitate coactus, re ſuâ opus habeat, vel inquilinus eâ abutatur. *d. l. 54. §. 1. l. 3. C. eod.*

Conducti actione agit conductor, ad hoc, ut ſibi re conductâ uti frui liceat, vel ſolvatur id quod intereſt; *l. 7. 8. 9. in pr. & §. 1. hoc t.* vel ut merces ante ſoluta reddatur: *l. 15. §. 6. l. 24. §. 4. l. 33. hic.* ut locator domum reficiat, aut mercedem pro rata temporis, quo uti nequit, remittat: *l. 15. l. 27. hic.* ut damna vitio rei locatæ contracta præſtet, ſi vitium facilè ſciri potuit, & ad certum uſum res quaſi ab artifice locata eſt: *l. 19. §. 1. eod.* item in hoc agit ut propter interitum rei, aut ſterilitatem fructuum labe aliquâ contractam, vel incendium aut aliud impedimentum uſus rei, merces pro rata temporis, quo conductor uſus non eſt, remittatur: *d. l. 9. §. 1. l. 25. §. vis major. l. 15. §. 2. §. 7. hic.* Item ad impenſarum in re conducta neceſſariò factarum (etſi de iis repetendis nihil ſit conventum) refuſionem; *l. 55. §. 1. l. 61. in princ. hic.* aut ut eas tollere, *l. 19. §. 4. eod.* & finita locatione ſolutaque mercede commoda quæ intulit, efferre liceat. *l. inquilino. ff. damni inf.*

Digitized by Google

De æſtimatoria.

Tit. III.

CEſſantibus proditis ac vulgaribus quidem judiciis, deſcendendum ad ea quæ ſunt in factum, generalibus verbis præſcripta, prout cujuſque facti natura exigit. *l.* 1. *de praſcr. verb.*

Quod fit vel cum contractus eſt incertus, vel cum eſt innominatus.

Incertus eſt, cum res æſtimata vendenda datur, ut is qui accepit aut rem, aut æſtimationem reſtituat.

Hic enim probabiliter dubitatur; utrum ex vendito pariat actionem, quia æſtimatio vim habere ſolet venditionis; *l.*10. §. 4. *l.*16. *ff. l. quoties. C. de jur. dot.* an ex locato; quaſi rem vendendam locaverit; an mandati, quaſi rem vendendam mandaverit.

Sed, tollendæ dubitationis cauſâ, & ut vitetur periculum actoris, ineptam actionem proponentis; placuit actionem æſtimatoriam præſcriptis verbis proponi.

Quæ civilis eſt, bonæ fidei. *l.* 1. *hic.* utilis etiam ſi merces intervenit. *l.* 2. *hic.*

De rerum permutatione,

Tit. IV.

PErmutatio, eſt contractus, *l.* 1. *hic.* innominatus, *d. l.* 1. ſimilis emptioni, *l.* 2. *C. eod.* eóque bonæ fidei, *d. l.* 2. quo ſpecies rerum certæ cum ſpeciebus commutantur. *d. l.* 1. *l.* 7. *l.* 1. 2. 3. 4. *& t. t. C. eod.*

Si genus cum genere, aut cum ſpecie, commutetur, nón eſt propriè permutatio, ſed magis contractus innominatus, do ut des. *l.* 1. *ubi Gl. & Dd. hic. Gl. in l.* 1. *C. eod.*

A quo differt; Quia ex hoc actio bonæ fidei oritur, ex illo nequaquam. *Jaſ. in l.* 2. *n.* 8. *ſi cert. pet. & l.* 1. *n.* 10. *hic.*

Differt

Digitized by Google

Differt etiam ab emptione venditione : In eâ enim ex utraque parte requiritur res & pretium: in permutatione , ex utraque parte res tantum : Venditor rem tradere ſolummodo : permutator tenetur permutatorem dominum facere ipſius rei. *d. l.* 1. §. 2. Venditio ſolo conſenſu, permutatio non niſi rei interventu perficitur : *d. l.* 1. §. 2. Venditor alienam rem vendere, permutator non niſi ſuam permutare poteſt. *d. l.* 1. §. 3. *l. ult. C. hic.*

Partes permutationis ſunt , ſpecies rerum , conſenſus , ac traditio , & nonnunquam ſtipulatio. *l.* 3. *C. eod.*

Perficitur aut traditione , aut ſtipulatione. *l.* 77. §. *hereditatem. de legat.* 2.

Ex ea , peræque ac ex venditione, paratur uſucapiendi conditio, *l.*4. §. *ſed & ſi.* 17. *de uſucap.* præſtatur evictio, *l.* 1. *C. eod.* animantium ſanitas , *l.* 2. *hic.* ac fit ob vitia redhibitio. *l. ſciendum.* §. *pen. de ædil. edict.*

Oritur hinc actio, bonæ fidei, §. *actionum. Inſt. de action.* præſcriptis verbis : *l.* 4. *l.* 6. *l. fin. C. hic.* quâ ad exemplum actionis empti, *l.* 1. *C. eod.* agi poteſt , aut ut impleatur quod promiſſum eſt , *l.*4. *l. ult. C. eod.* aut id quod intereſt præſtetur. *d. l.* 1. *C. eod.*

Adjectâ ſtipulatione agi poteſt ex ſtipulatu. *l.* 3. 4. 7. *C. eod.*

De præſcriptis verbis, & in factum actionibus.

Tit. V.

Actio Præſcriptis verbis dari ſolet, quoties contractus exiſtunt, quorum appellationes nullæ jure civili proditæ ſunt. *l.* 1. *hic.*

Qui , quamvis nomen & formam ſpecialem non habent : tamen, quia habent in ſe συνάλλαγμα , & negotium aliquod civile , nempe rerum commercium , civilem etiam actionem producant neceſſe eſt. *l.* 7. *in pr. de pact.*

Solent iſtiuſmodi contractus ad quatuor ferè genera

nera redigi: puta Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias.

Do ut des, contractus eſt, quo res datur ut res accipiatur. *l.* 5. §. 1. *hic.*

Differt à permutatione; in qua (ut dictum) ſpecies certa cum certâ ſpecie commutatur: in hoc autem contractu res incerta pro incerta (puta genus pro genere) aut certa pro incerta, aut incerta pro certa datur. *l.* 1. *ubi Gl. & Dd. ff. Gl. in l.* 1. *C. de rer. perm. Sichard. ad rubr. C. hic. n.* 4. *Diff. Dd.*

Do ut facias, contractus eſt, quando res, quæ ſit mercedis loco, datur ut aliquid faciam, vel pecunia data tale factum eſt, quod locari non ſolet: puta quod fruitionis uſum non recipiat. Quia neutro caſu locatio eſt, ſit civilis obligatio innominata. *l.* 5. §. 2. *hic. Weſ. eod. n.* 4.

Facio ut des, contractus eſt, non quo mercedem do, ut facias; vel facio ut mercedem des, (ſic enim eſt locatio, *l.* 22. §. *cum inſulam. l.* 51. §. *locavi. locati.*) ſed cum facio aliquid, ut quid des id quod non ſit merces.

Cui negotio (cum neque emptioni, neque locationi, nec alii cuiquam contractui ſit ſimile; & ex facto non perindè quis obligetur alicui, ac ex datione, quod fieri poſſit ut ex eó nihil ad eum perveniat;) non videtur ſubeſſe civilis obligatio, quæ formam civilis contractus habeat. *d. l.* 5. §. 3. *hic.*

Vndè de actione quæ indè detur, variant Doctores. Communiter tamen ſtatuunt actionem de dolo ſubſidiariam dari. *per l.* 5. §. 3. *l.* 16. §. 1. *hic. l.* 4. *C. locat. Govean.* 2. *lect.* 28. *Cujac. in l.* 7. *C. de pact. Bart. in d. l.* 5. §. 3. *ubi & Jaſ.*

Contractus Facio ut facias, eſt, cum mutua facta contrahuntur. *d. l.* 5. §. 4.

Actio præſcriptis verbis, quæ ex iſtis contractibus datur, eſt ſtricti juris. §. *actionum. Inſt. de action.*

Actio de dolo, quam diximus dari ex contractu facio ut des, eſt arbitraria. *l.* 18. *in pr. de dolo.*

Actio præſcriptis verbis, cum ſit civilis, etiam civili

Digitized by Google

civili ordinariæ actioni adjungi, & cum ea concurrere poteſt, ſecundum Weſemb. *hic. per l.* 50. *de contr. empt. l.* 23. *com. div. l.* 6. *de reſcind. vend.* ſed revera tum demum actioni præſcriptis verbis locus eſt, cum de ordinaria dubitatur. *l.* 1. *tit. praced. l.* 1. *& ſeqq. hic.*

Deficiente obligatione, & causâ civili, aut verbis legis, ex æquitate à Prætore datur actio in factum. *l.* 11. *l.* 21. *hic.*

Quæ planè ſubſidiaria eſt, ut aliis civilibus extantibus nequaquam detur. *d. l.* 21.

DIGEST. PARS IV.

LIBER XX.

De pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

TIT. I.

Contractibus quibus in creditum itur, quædam ſolent adjici: quæ vel ad ſecuritatem contractus pertinent, ut pignora, hypothecæ: (de quibus hoc libro:) vel ad implementum; ut Ædilitium Edictum; Evictio, uſuræ: vel ad probationem; ut teſtes & inſtrumenta.

Inter pignus & hypothecam, quod ad uſum attinet, tantum nominis ſonus differt: *l.* 5. §. 1. *hic.* Alias pignus dicitur rei traditæ, hypotheca non traditæ. *l. ſi rem.* §. 2. *de pign. act. l.* 238. §. *pen. de V. S.*

Pignus dicitur, tam ipſa res quæ pignori obligata eſt, *t. t. de diſtr. pign.* quam jus quod creditor in pignore habet. *t. t. qua res pign. obl.*

Proprie pignus eſt, jus reale, quo creditor nomine ejus quod ſibi debetur, rem obligatam tenet.

Digitized by Google

Poteſt etiam ipſe contractus, quo res creditori obligatur, pignus dici. *l.* 1. § *fin. de pact.*

Pignus propriè dictum re contrahitur: *l.* 1. § *creditor. de O. & A.* hypotheca nudo pacto. *l.* 4. *hic.*

Vtrumque vel purè, vel in diem, vel ſub conditione. *l.* 13. §. *pen. hic. l.* 7. §. 1. *l.* 12. §. *unde. qui potior. in pign. hab.*

Eſt pignus, vel Prætorium, *t. t. C. de prat. pign.* quod Prætor, decretâ miſſione poſſeſſioneque bonorum, inducit: vel judiciale, captis à judice pro re judicata pignoribus: *l.* 15. *de re jud. t. t. C. de bon. auct. jud. poſſ.* vel Conventionale, quod conſenſu & conventione partium conſtituitur. *l.* 1. *de pign. act. vid. Neguſ. in tract. pign. part.* 3.

Eſt & hypotheca quædam generalis, omnium bonorum: (Et tum res omnes quas is qui pignori dedit, habet habiturusve eſt, tam ſunt obligatæ, quam ſi ſpecialiter ſingulas enumeraſſet: *l. Paulus.* §. *ult. l. pen.* §. *ult. hic.* Exceptis iis quæ veriſimile eſt debitorem obligaturum non fuiſſe, vel propter uſum quotidianum, vel affectionem: *l.* 6. *cum ll. ſeqq. hic.*) quædam ſpecialis, unius rei: (Et tum ea demum res pignori eſt, quæ conventione eſt comprehenſa. *l.* 1. §. 1. *l. fidejuſſor.* §. *ult. hic.*) Et iterum quædam expreſſa, quædam tacita. *l.* 1. 2. 5. *C. de pact. pign.*

Loquimur hic de pignore conventionali & expreſſo, quod contractibus accedit, & rei traditione, conſenſu & nuda voluntate contrahitur. *l.* 1. *de pign. act.*

Neque ad rem pertinet, quibus verbis, & an ſine ſcriptura fiat, ſi probari poteſt conveniſſe. *l.* 4. *hic.*

Et poſſunt ei præter pactum de re obliganda, quo hypotheca conſtituitur; & alia adjici pacta. Veluti, ut creditor loco uſurarum ex re pignoratâ fructus percipiat. Quo caſu antichreſis dicitur. *l.* 6. §. 1. *hic.* Et, ut non ſoluto debito, pignus creditori emptum ſit. *l.* 16. §. *ult. hic.* & alia.

Pactum tamen legis commiſſoriæ (ut ſupra dictum) ei adjici nequit; Cum id oneris egentibus multò

Digitized by Google

multò gravius ac pernicioſius accidat quam ulla uſura. *l. fin. C. de pact. pign.*

In quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahitur.

TIT. II.

TAcitum Pignus Senatuſconſultum concedit ei, qui ad refectionem ædium mutuò dedit, in iis ædibus, ad quas creditum eſt. *l. 1. hic. l. 8. §. 1. de priv. cred.*

Obligantur & tacitè invecta & illata in prædium urbanum, pro penſione; *l. 2. cum ſeqq. hic.* Non in ruſticum; *l. 4. eod.* Quia ſufficit fructus teneri. *l. 7. eod.*

Tacitæ locationi cohæret & pignoris renovatio. *l. 13. §. 11. locati.*

Rei oppignoratæ & fructus extantes, pactione ſubintellectâ, pignori creduntur ineſſe. *l. 3. C. hic.*

Habet & pupillus hypothecam tacitam in bonis tutoris, *l. pen. C. eod.* uxor in bonis (allodialibus, non feudalibus. *Bald. in c. imperialem. de prohib. feud. al. per Fred. & in l. 1. C. qua res pign. obl.*) mariti, *l. un. §. 1. C. de rei ux. act.* ſponſa in ſponſi, *Ang. in §. patitur. n. 3. Inſt. de injur.* adulti ſcilicet ætate, non minoris. *Gl. in l. fin. verb. teneri. C. de leg. tut. Bart. in l. ſi conſtante. ſolut. matr.*

Quæ hypotheca non modò pro dote intelligitur contracta, *Dd. in l. ubi. C. de jur. dot. l. ſi cum dotem. §. ſin autem in. ubi Gl. & Dd. ſolut. matr. vid. l. aſſiduis. §. 1. C. qui pot. in pign.* ſed etiam nomine alimentorum, ac bonorum paraphernalium. *Jaſ. in l. maritus. 21. n. 14. C. de procur.*

Eandem hypothecam tacitam habet & pupillus in bonis procuratoris: *Gl. in l. pro officio. 20. C. de adm. tut.* minor in patrimonio curatoris: *d. l. pro officio. in verb. curatoris.* fiſcus in bonis adminiſtratorum ſuorum: *l. 1. C. de priv. fiſc.* vel debitorum: *l. 1. & 2. C. eod.* filius reſpectu adventitiorum, ut maternorum bonorum & hæreditatis in re patris

Digitized by Google

qui illa adminiſtrat. *l. ſi quis prioris. C. de ſec. nupt. vid. Neguy. eod. par. 2. memb. 4. n. 13.*

Civitates non habent; niſi in bonis ſuorum adminiſtratorum, *Neguz. eod. par. 2. mem. 2. n. 119.* aut ex privilegio principis: *l. 10. ad munic.* Quia loco privatorum ſunt. *l. 16. de V. S.*

Res tacitè obligatæ, liberè, antequam præcluduntur, (hoc eſt, arreſtantur) alienari poſſunt: *l. pen. hic.* Tacitum enim pignus generale eſt, & omnia complectitur bona.

Res expreſſim obligatæ alienari nequeunt, niſi cum ſuo onere. *l. ſi debitor. C. de diſtr. pig.*

Per expreſſum pignus non tollitur tacitum aut contra. *Jaſ. in §. item. Serviana. n. 70. Inſt. action. Dd. in l. ult. C. de pact. conv.*

Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt.

Tit. III.

Res pignorari nequeunt, vel quia ſuâ naturâ nexum non recipiunt; vel quòd à non idoneis, aut non idoneè, nectuntur.

Suâ naturâ nexum reſpuunt, quæ ſunt extra commercium; *l. 1. §. 2. ff. l. 3. l. 6. C. hic.* & quæ lege prohibentur alienari. *d. l. 1. §. fin.*

Vndè feudalia invito domino, aut agnatis, non rectè ſubjiciuntur hypothecæ. *c. imperialem. in pr. ubi Dd. de proh. feud. alien. per Fred.* quamvis fructus feudi pignori poſſe eſſe, receptum ſit. *Specul. de pign. §. 1.*

Qui ab hoſtibus redimitur, loco pignoris eſt apud redemptorem, donec pretium reddat. *l. 15. de capt. & poſtl. rev. l. 2. C. hic.*

Res etiam non idoneè nectuntur. Quia poteſtatem nectendi, qui dedit, non habet. Vt, ſi res aliena pignori detur. *t. t. C. ſi res alien.* aut pupillus ſine voluntate tutoris, & decreto, ſervus ſine domini, filius ſine patris, de his quidem rebus quæ patri quæruntur, oppignoret. *l. 1. in pr. §. 1. hic.* Vel quia

de

de rei obligatione actum non videatur, ut cum ſecundus creditor in prioris locum ſuccedit, non intelligitur pignus revocari, niſi expreſsè conveniat. *l.* 3. *cum ll. ſeqq.*

Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

TIT. IV.

Ex obligatione pignoris creditor, & poteſtatem perſequendi pignoris, *l.* 17. *de pign.* & (niſi ſolutio principalis debiti fiat) diſtrahendi, *t. t. inf.* conſequitur.

Sed quia eadem res pluribus nonnunquam obligatur, fit ut in perſecutione & diſtractione pignoris diſputari ſoleat, uter alteri ſit præferendus.

In quo tenenda regula, potiorem eſſe in jure pignoris, cui prius res eſt obligata. *l.* 8. *l.* 10. *ff. l.* 3. *l.* 2. *l. licet. C. hic.* Si quidem cum effectu pignus vel hypothecam acceperit: *l.* 11. *in princ. hic.* Licet alius ante eum pecuniam crediderit. *l,* 12. *in princ.* & §. 2. *eod.*

Nec intereſt, pignus conventionale prætorium ſit, an judiciale: *l.* 5. *C. eod. Neguz. in tr. pign.* 2 *memb.* 5. *part. n.* 6. res ſpecialiter obligetur, an generaliter, *l.* 2. 3. §. 1. *ff. l.* 2. *C. h. t.* an etiam tacitè. *l. un. C. rem al. ger. l.* 8. *ubi Dd. hic.*

Si tamen ex aliis bonis poſſit creditum redigere is cui generaliter ſunt bona obligata; non debet interim ſecundo creditori ſuum ſpeciale pignus auferre. *l.* 2. *C. de pign.*

Nec intereſt, privati ſint creditores omnes, an privilegiati. *d. l.* 8. *in fin.* §. *fin. hic. l. ult.* §. *exceptis. C. hic. Nov.* 91. *c.* 1.

Sin creditores alii ſint privilegiati, alii non: Illi his, etiam tempore prioribus præferuntur. *l.* 5. *l.* 6. *ff. l. ult. C. hic.* Hinc eſt ut pupillus, quamvis poſterior, propter favorem perſonæ, in re quæ ejus pe-

cunia empta, ut rem ſalvam habeat, præferatur prioribus, *l. 7. l. fin. eod.* & mulier favore dotis, *l. aſſiduis. C. eod. Nov. 97. C. 3.* item fiſcus in debitis, non in pœnis: *l. 11. l. 17. l. 28. ubi Bart. de jur. fiſc. l. un. C. de pœn. fiſc. lib. 10.* tamen, mulieres ne quidem expreſſam hypothecam habentibus prioribus regulariter præferuntur, *ſecundum Gl. & Dd. in d. l. aſſiduis (quorum ſententia, licet contraria, ſit de jure verior. Pac. in Analyſ. C. hic. conſuetudine recepta.)* ſed tantum iis qui tacitam obtinent.

Niſi lex diſertè ejuſmodi prioritatem indulgeat. *Auth. quo jure. C. eod.*

Qui in morbum, funus, exequias crediderunt, ſolent aliis etiam expreſſam hypothecam habentibus præferri, *l. 43. hic. Jaſ. & Dd. in l. fin. §. in computatione. C. de jur. delib.*

Vt & qui in rei oppignoratæ conſervationem credidit: fecit enim totius pignoris cauſam ſalvam. *l. 5. & 6. hic.* Modò ſpecialiter de pignore convenerit. *l. 7. C. l. 5. 6. ff. eod.*

Qui ſuccedit in locum primi creditoris, cui, recepto hypothecæ jure, ſolvit, meritò præfertur ſecundo. *l. 12. §. 8. l. 9. eod.*

Secundus cui voluntate prioris res fuit oblata: ſi recuſet accipere, intelligitur pignus ſponte remiſiſſe. *l. 3. §. 1. eod.*

De diſtractione pignorum & hypothecarum.

Tit. V.

Debitore non ſolvente, aut ſuſpecto, *l. 9. hic.* permiſſum eſt ex contractu pignoris creditori, actione hypothecaria pignus perſequi, & poſſeſſionem ejus conſequi: &, poſtquam illam fuerit conſecutus, ſi nihilominus debitor fruſtretur & ſolutionem extrahat, hoc caſu (non ante. *l. 4. eod.*) pignus vendere, & ſibi de pretio ſatisfacere.

Et, quamvis pactum de diſtrahendo pignore non appoſitum, pro convento tamen habetur. *l. 4. de pign.*

Digitized by Google

pign. act. l. 8. hic. Quia diſtrahendi poteſtas juri pignoris cohæret, & ejus quodammodo eſt acceſſio. *fac. l. 1. §. 1. ff. de pign. junct. l. 3. §. ult. tit. præced.*

Itaque ſi pactio ſit adjecta, poteſt creditor ex conventione tanquam ex voluntate debitoris diſtrahere; *l. fin. §. 1. C. de jur. dom. imp.* commonefacto prius debitore; alioqui pignoratitia tenetur. *l. 4. l. 9. C. eod. t. t. C. ſi vend. pign. ag.*

Nullo pacto interpoſito, aut interpoſito Ne Creditori liceat pignus vendere; denunciabit creditor teſtatò, *l. 4. C. eod.* idque ter, *Paul. lib. 2. tit. 5.* debitori, ſe velle diſtrahere, ni fiat ſolutio: poſt quam denunciationem expectabit ex lege Iuſtiniani biennium, antequam vendere poſſit. *d. l. fin autem.*

Si pactum ſit, *Ne liceat debitori vendere* (quoniam multum intereſt creditoris, non alium ſibi ſubſtitui duriorem adverſarium): nulla futura eſt venditio, ut pactioni ſtetur. *l. 7. §. fin. hic.*

Pacto enim quod juſtam habet cauſam, rectè domino interdici poteſt rei ſuæ alienatio. *l. fin. C. de pact. int. empt. l. 114. §. 11. de leg. 1. l. 135. de V. Oblig.*

Vendito ritè pignore, creditor transfert jus, quale habuit debitor, qui pignori dedit, aut dominii, aut quaſi dominii, ſic ut avocari amplius ab emptore res per debitorem, aliumve qui ab eo cauſam habeat, non poſſit. *l. 2. ff. l. 18. C. hic. l. 1. 2. 3. C. ſi antiq. cred.*

Tertio aliquo, jure dominii, rem evincente, creditor qui vendidit, de evictione non tenetur. Non enim ſuâ, ſed alienâ, id eſt, debitoris fide, diſtraxit.

Debitor tamen, ne ex aliena jactura locupletetur, utili actione conveniri poterit ad pretium, aut jure poſtulabit emptor cedi ſibi pignoratitiam contrariam à creditore actionem: quâ in id quod intereſt, debitorem conveniet, qui rem alienam contra bonam fidem obligarit. *l. 12. §. 1. hic. l. 50. l. 74. §. 1. ff. l. 13. C. de evict.*

Nemine pignus emente, creditor jus dominii,

non à Magiſtratu, cujus (quia nec heredem, nec dominum facere poteſt, §. 1. *Inſt. de bon. poſſ.*) auctoritas non ſufficit; ſed à Principe impetrare poteſt. *l. fin. C. de jur. dom. imp.*

Si ipſe debitor hypothecam teneat, & ſolvere ceſſet, poteſt, & debet, creditor agere ad poſſeſſionem hypothecæ conſequendam, auferendamque debitori, ut deinceps ſuo jure utatur. *l. 66. de evict. l. ſi fundus. §. creditor. de pign.*

Neque enim debet ſibi jus dicere, & poſſeſſionem hypothecæ privatâ auctoritate invadere, *l. 5. C. ad l. Jul. de vi.* & ne tum quidem, cum illud conventionis jure fuit permiſſum. *l. 3. C. de pign. l. pen. C. de pign. act.*

Quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvitur.

Tit. VI.

PIgnoris nexus diſſolvitur ſolutione ejus quod debetur: *l. 1. l. 5. §. 2. hic.* oblatione, *l. 6. §. 1. eod.* ac depoſitione; *l. 19. C. de uſur. l. 9. C. de ſolut.* ſolutione fictâ: ut ſi creditor quod debetur donet debitori: *d. l. 1. §. 1.* paciſcatur ne petat: *d. l. 5.* obligationem novet: *l. 18. de novat.* debiti nomine ſibi ſatisfieri permittat. *d. l. 6. in pr. & §. 1.*

Solvitur etiam pignus voluntate creditoris: vel expreſsâ, *d. l. 5.* vel tacitâ, ut ſi creditor alienationi, *l. 4. §. 1. l. 8. §. 6. & ſeqq. hic.* aut novæ obligationi pignoris, *l. 12. hic.* conſentiat.

Si tamen eò conſentit ut ſalva maneat pignoris cauſa, vel ut ſibi de pretio venditionis ſatisfiat: non ſecutâ ſolutione, jus ſuum retinet. *d. l. 8. §. 11.*

Non videtur conſenſiſſe creditor, etiamſi ſciat rem diſtrahi. Niſi cum de libertate, *l. 1. C. de remiſſ.* aut re fiſci, *l. antep. C. hic.* aut aliis cauſis privilegiatis agitur. *Neguz. in tr. pig. par. 6. memb. 3.*

Sed neceſſe eſt, alicunde apparere ejus conſenſum: puta ex verbis, aut ex ſubſcriptione contractus,

ctus, *d. l.* §. 15. aut ſi reddat chirographum, quo pignus erat obligatum. *l.* 7. *C. de remiſſ. pign.*

Finitur pignus, res ſi tota intereat; non ſi pars ejus: ut, domo combuſtâ, area nihilominus manebit obligata, & quicquid illi deinceps inædificatur. *l.* 21. *de pign. act.* *l.* 29. §. *domus.* *l. fin. de pign.*

Nam cum mutatur tantum rei qualitas, & hypotheca durat. *l.* 16. §. *ſi res. de pign.*

Si de tempore convenit, quo vel principalis obligatio duraret, vel hypothecaria, finito tempore convento debitor exceptione rectè utetur. *l.* 44. §. 1. *de action.*

Item, ſi præſcriptio poteſt objici. Quamvis enim uſucapio proprietatis non extinguat pignus, *l.* 7. *C. de pign.* longo tamen tempore, etiam hypothecariæ actioni præſcribit: *l.* 12. *de diverſ. temp. præſcr.* in extraneo poſſeſſore ad triginta annos: *l.* 4. *C. de præſc.* 30 *vel* 40 *ann.* in debitore & ejus ſucceſſoribus ad quadraginta. *l. fin. C. eod.*

Extinguitur etiam mutatione perſonæ. *l.* 1. §. *fin. hic.*

Et ſententiâ, vel jurejurando; ſi judicatum, juratumve ſit, nihil deberi, aut pignus non eſſe obligatum. *l.* 5. §. *fin.* *l.* 13. *hic.*

DIGESTORUM
LIBER XXI.

De Ædilitio Edicto, & redhibitione, & quanti minoris.

TIT. I.

ÆDilitium Edictum, (quod ad implendos bonæ fidei contractus ſpectat, partim ad extirpandas fraudes, coërcendaſque venditorum pertinet fallacias, *l.* 1. 2. 3. *hic.* partim liberum viarum commeatum tuetur. *l.* 40. *cum ll. ſeqq. eod.*

Ejus tria ſunt capita. Primo agitur de ſervis: ut ſi ſervus morbo, vitiove, aut noxæ obnoxius, aut fugitivus, vel erro venditus ſit, quod vitium clam emptorem venditor habuerit, redhibere liceat. *l.* 1. *&* 2. *eod.* & datur ad id actio, redhibitoria inde dicta.

De corporalibus vitiis loquuntur Ædiles. Nam propter animi vitia non redhibetur ſervus, niſi uſum ſervi impediant. *l.* 1. §. *pen. cum ll. ſeqq. l.* 4. *cum ſeqq. eod.*

Itaque ceſſante redhibitione, ex empto, Quanti minoris erit agendum: *d. l.* 1. *in fin.* vel potius in id quod intereſt: ſi aut venditor ſe præſtiturum eſſe vitium promiſit, aut cum vitium ſciret, id reticuit. *d. l.* 4. §. 3. *&* 4.

Redhibere eſt, facere ut rurſus habeat venditor, quod habuerat. *l.* 21. *eod.*

Redhibitio igitur eſt venditionis reſolutio. *l.* 13. §. 2. *de acq. poſſ.* quâ omnia in integrum reſtituuntur, perinde ac ſi neque emptio, neque venditio interceſſiſſet. *l.* 60. *hic. l.* 89. *de uſucap.*

Itaque emptori reſtituere debet venditor pretium, tantum ſi ignorans rem vitioſam vendidit; *arg. l.* 13. *in princ. ff. de act. empti. junct. l.* 33. *hic.* ſin ſciens, præter illud & omne damnum quod ex re vitioſa emptori contigit, unà cum uſuris, & quod intereſt pretio non caruiſſe; *l.* 27. *l.* 29. *hic.* & contra huic emptor rem cum omnibus acceſſionibus, & emolumentis, & præſtatione damni, ſi quod culpâ emptoris accidit, redhibere cogitur.

Quod ſi quid damni caſu factum eſt, emptori non nocet; unde & extinctum corpus poteſt redhibere. *l.* 38. *l.* 47. *in fin. eod.*

Si falſo quid affirmarit venditor, ut equum non eſſe calcitroſum cum eſſet, tenetur ad redhibitionem. *per d. l.* 1. §. 3.

Secundo capite agitur de jumentis redhibendis, vel ornamentorum detractorum cauſa, in ſexaginta diebus; vel ob vitium corporis intra ſemeſtre; *l.* 19. §. *fin. l.* 55. *hic.* niſi aliud ſit actum. *l.* 18. *l.* 31. *eod.*

Si

Digitized by Google

Si redhibere nolit emptor, actio quanto minoris res cum veniret, fuerit, illi datur. *d. l.* 38. *in pr. hic.*

Sed tantum intra annum utilem à die contractus vel dicti ſeu promiſſi computandum. *l.* 2. *C. l.* 19. §. *fin. ff. hic.*

Quæ diximus de jumentis, & omni in pecude, *d. l.* 38. §. 5. ex benigna interpretatione, & in re quavis mobili, vel immobili, obtinent. *l.* 1. *pr. l.* 49. *ff. l.* 4. *C. eod.*

Si vitium necdum appareat, ſed ſuſpicio ſit ſubeſſe, ad hoc agi poteſt, ut, vel caveat de vitio, vel redhiberi patiatur. *l.* 28. *l.* 31. §. 21. *hic.*

Vtraque actio redhibitoria & quanti minoris, in heredes tranſit, *d. l.* 23. §. 5. *hic.* eſt arbitraria; ita ut Iudicis arbitrio obtemperans, præſtet ſimplum; duplum contumax. *d. l.* 23. §. 4. *l.* 45. *hic.*

Differunt quod illa datur ſolum in vitiis uſum rei impedientibus; *l.* 5. *hic.* hæc etiam in aliis: illa ob rei vitium intra ſex menſes, ob ornamenta jumentorum intra ſexaginta dies; hæc intra annum, inſtituenda. *l.* 19. §. *fin. l.* 38. *l.* 55. *eod.*

Tertio capite datur actio in factum, *l.* 42. *hic.* in eum, qui ullum, quod nocere poſſet animal, ſolutum ligatumve, quâ vulgo iter fit, habuit, ita ut damnum dare poſſit: *l.* 40. *cum ll. ſeqq. hic.* ſi liber homo ex eo perierit, in ſolidos ducentos: ſi ei tantum nocitum, quanti bonum æquum judici eſſe videbitur, condemnantur: cæterarum rerum quantum damnum datum ſit, dupli. *d. l.* 42.

De evictionibus, & dupla ſtipulatione.

TIT. II.

Evictio, eſt rei noſtræ, quam adverſarius legitimo titulo acquiſiverat, per judicem facta recuperatio. *l.* 24. *l.* 56. *& ſeq. hic.*

Tenetur de ea præſtanda venditor, vel ex natura contractus; *l.* 6. *C. eod. l.* 11. *de act. empt.* & quidem ad pretii reſtitutionem, & id quod intereſt, *l.* 60. *l.* 70. *hic.* vel per ſtipulationem (per quam, ſine ta-

men ſatiſdatione, *l.* 56. *hic.* caveri hoc nomine ſolebat.) eamque vel ſimplæ, quando conventum inter partes, ut re evictâ, ſimplum pretium præſtetur, (quo caſu & ad pretium, & ad intereſſe ſimiliter agi poteſt, *dd. ll.* utpote quod ſemper contractui ineſt, niſi aliud ſit actum, *d. l.* 60.) vel duplæ, quando venditor duplum pretii re evictâ promiſit, *l.* 17. *l.* 48. *l.* 53. *hic.* & tenetur in id modò quod per ſtipulationem promiſſum.

Committuntur hæ ſtipulationes, cum res aut evincenti judicio reſtituta eſt, aut æſtimationem præſtare coactus emptor, aut poſſeſſor ab emptore conventus abſolutus eſt. *l.* 16. §. 1. *l.* 21. *l.* 34. §. 1. *hic.*

Vt emptor adverſus venditorem regreſſum habeat, debet ei maturè denunciare dictatum eſſe judicium, cujuſmodi illud ſit: *l.* 29. §. 2. *l.* 37. *l.* 53. *l.* 55. *l.* 63. *hic.* *l.* 8. *C. eod.* niſi notoriè injuſta fuerit venditoris cauſa. *l.* 8. *ubi Bald. n.* 4. *C. hic. Crav. conſ.* 83. *n.* 6. *conſ.* 179. *n.* 6.

Evictione ſecutâ competit Actio ex empto, vel ex ſtipulatione ſimplæ, qua petitur & totale intereſſe, hoc eſt, æſtimatio rei, ſive pretium, quo res æſtimata eſt: *Dd. in l.* 1. *de act. empt. d. l.* 60. *d. l.* 70. *d. l.* 74. *hic.* & intereſſe particulare, id eſt, quanti intereſt rem evictam non eſſe. *d. l.* 60.

Quod recipit augmentum & diminutionem, prout quandoque plus minuſve interfuit. *l.* 43. *de act. empt. l.* 8. *l.* 15. *l.* 16. *in pr. & §. fin. d. l.* 60. *hic.*

Duplæ actio non recipit augmentum, aut diminutionem. Quippe in illa non conſideratur intereſſe, ſed ejus loco duplicatum pretium ex ſtipulatione exigitur. *l.* 64. *hic.* *l.* 44. *de act. empt. vid. Cujac. lib.* 5. *obſ. c.* 23. *& in l. cum qui ædes. de uſuc.*

Competit tum demum actio ex ſtipulatu, cum res (& quidem ſpecie vindicationis, *l.* 38. §. 2. *de V. O. Cujac. eod. c.* 23.) aut tota, aut pro parte quæ totius nomen retinet, *l.* 1. *l.* 36. *hic.* evincitur; cæterum, *l.* 36. *l.* 56. §. 2. *hic.* actio ex empto ſolum ſupereſt. *d. l. cum qui ædes, ubi Cujac. l.* 8. *l.* 42. *hic.*

Ceſſant

Digitized by Google

Ceſſant hæ actiones: ſi ſciens emptor rem alienam emit: *l.* 27. *C. hic.* ſi ſponte cum agente pepigit, tranſegit, compromiſit: *l.*56. §.1. *l.*63. *hic.* ſi juſtis defenſionibus, *l.*29. §.1. *Gl. in l.*18. *hic.* & appellationibus non eſt uſus: *Bald. in l. emptor. C. eod. l.* 66. *hic.* ſi per injuriam res ei aufertur: *l.* 51. *hic.* vel ex facto, aut culpa ſua, *l.* 27. *eod.* vel negligentia: *l.* 55. *l.* 66. *eod.* ſi præſcriptio à tempore venditionis cucurrit: *l.* 54. *eod.* ſi litem contra ſe motam autori ſuo, aut heredi, *l.*8.21. *C. eod.* etiam ſcienti, *l.*55. §. *fin. l.* 56. § 4. *hic.* ante condemnationem, *l.*29. §. 2. *eod.* nunciare emptor neglexit; ſi non contra formam conventionis; *Cravet. conſ.*211. *n.*1. aut ſi ex natura ſua; *Gl. Bart. in l. ſi familia. C. fam. erciſc. Crav. conſ.*24. *n.*1. vel facto auctorum ipſius emtoris, res evincitur. *Bart. in l. qui Roma.* §. *duo fratres. q.* 1. *de V. O. Crav. conſ.* 24. *n.* 1.

De exceptione rei vendita & tradita.

TIT. III.

EMptor aut ejus ſucceſſor, nec non ſecundus vel tertius emptor, ſi ipſis evictio intentetur, objicere poſſunt, *l. ult. hic.* exceptionem rei venditæ & traditæ, ex regula; Quem de evictione tenet actio, eundem multo magis agentem repellit exceptio. *l.* 1. *hic. l.* 17. *de evict.*

Quæ eſt litis finitæ. *l.*6. *C. de fid. inſtr. l. cum à matre. C. de R. V.*

Competit adverſus venditorem, *l.* 1. *pr. hic.* ejus ſucceſſorem, tam univerſalem, quam ſingularem in rem venditam, *l.*1. §.1. *l. ult.* §.1. *eod.* fidejuſſorem, *l.*11. *C. de rei vind.* ejuſque heredem. *l.* 2. §. *ult. l.*1. *C. de hered. act.*

DIGESTORUM LIBER XXII.

De uſuris & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora.

Tit. I.

Usura (dicta ab uſu, utpote uſus pretium) interdum pro omni rei debitæ acceſſione & augmento, ex quacunque cauſa, ut pro fructibus, capitur. *l.* 13. §. 20. *de action. empt. l.* 5. *l.* 13. *C. hic. l.* 2. *C. de uſur. l.* 32. *hic.*

Quæ acceſſiones & fructus in bonæ fidei judiciis, quæque his ſunt ſimilia, *t. t. C. de uſur. & fruct. leg.* veniunt à tempore moræ; *l.* 32. §. 2. *l.* 3. *in pr. hic.* in quibus & uſuræ locum fructuum obtinent. *l.* 34. *hic.* In ſtrictis, ſi ſint ſtipulatæ, *l.* 2. 3. 4. *C. l.* 31. *l.* 41. §. *fin. ff. hic. l.* 10. §. *ſi quis Titio. ff. mand. l.* 24. *ff. de praſc. verb. Hott. ill. qu.* 36. *Duar. h. t. c.* 2. *Donel. in l.* 36. *ff. hic.* non *ut vult Weſem. hic.* à tempore litis conteſtatæ. *arg. l.* 1. *C. de cond. ind. l.* 2. *C. de non num. pec. Cujac.* 14. *obſ.* 22. *Duar. h. t. c.* 2. *Don.* 1. *lect. l.* 13. *C. hic.*

Mora fit, non ex re; id eſt, dilatâ ejus rei quæ debetur ſolutione, ſed ex perſonâ, ſi videlicet interpellatus debitor, cum exigi poſſet, *l.* 127. *de V. O.* opportuno loco & tempore non ſolvat. *d. l.* 32. *in pr.*

Vſura propriè (ut & hoc titulo) capitur pro eo quod accedit ſorti in mutuò. *l.* 17. *in pr. de pact. l.* 11. §. *ſi tibi. de reb. cred.*

Eſt, vel Lucratoria, quæ ex mero mutuationis officio, contra contractus naturam, lucrum facit; vel Compenſatoria, quæ præſtatur, ut juſtum intereſſe, quod habet creditor, eò quod pecuniâ caret, compenſet; vel Punitoria, quæ non propter lucrum petentium, ſed moram non ſolventium,

pro

pro pœna, aut à lege, aut ab homine infligitur. *l.* 17. §. 3. *hic.*

Lucratoriæ ſuo genere improbæ illicitæque ſunt: *l.*20. *C. ex quib. cauſſ.inſ.irr.* cum, quia præcepto divino prohibitæ: *Levi.*25. *Exod.*23. *Pſal.*15. *Luc.*6. tum, quia lucrum non eſt quærendum ea ex re, cujus damnum aut periculum ad nos non ſpectat. *l.* 67. §. 1. *l.* 55. *pro ſocio.* Pecuniæ autem creditæ periculum pertinet ad debitorem. *l.*11. *C. ſi cert. pet.* Iure Civili & conſtitutionibus Principum Chriſtianorum (licet ſint odioſæ) permittuntur: ſed ad certum uſque finem pro perſonarum conditione; quia avaritia hominum in totum prohiberi non poteſt. *l.* 26. *C. hic. Covarr.* 3. *var. reſolut. cap.* 1.

Compenſatoriæ, nec turpes, nec in univerſum interdictæ. Quia non ſunt lucrum ſupra ſortem exactum propter officium mutuationis; ſed pretium, vel æſtimatio uſus ſortis conſumptæ cum damno creditoris.

Sed certus modus legibus definitus eſt, intra quem fœnerati liceret. *l. eos.* §. 1. *C. hic.*

Nec ideò minus hæ uſuræ toto ſuo genere, (cum lex civilis eas non approbet, ſed propter communem neceſſitatem quadantenus tantum permittat) ſunt improbæ turpeſque: niſi de indubitato & propinquo creditoris damno, vel lucro, propter mutuationem ceſſante, appareat. Quod compenſari poteſt. *l.un. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. l.*2. *in fin. de eo quod cert. loc.*

Punitorias uſuras duæ cauſæ ſuſtinent. A parte creditoris præſumptum damnum: (intereſſe vulgò nominant.) A parte debitoris mora. Quæ cum delictum ſit, *l.* 22. *ubi Gl. fin. mand.* merito punitur.

Adeò ut ipſa lex, à tempore moræ legitimas, hoc eſt, ſemiſſes uſuras, jubeat, juxta cujuſque contractus naturam, præſtari. *l.* 26. *C. hic.*

Ex quo Paulus ICtus inquit, Vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſolventium, infliguntur. *l.* 17. §. 3. *hic.*

Itaque quotieſcunque creditoris nihil intereſt, ſciat

ſciat toties ſe contra officium facere, & indulgentia legum abuti, ſi ex officio mutuationis, quod debet eſſe gratuitum, *arg. l. fin. de cond. ob turp. cauſſ.* vel ante, vel etiam poſt moram, lucrum aucupetur.

Et ex Iuſtiniani conſtitutione, *in d. l. 26.* nobilioribus & illuſtribus perſonis permiſſum trientales duntaxat uſuras exercere, id eſt, tertiam centeſimæ: pariens, ac nunc rationem ſubducimus, annua quatuor in centum. His enim negotiationes ſunt interdictæ. *l. nobiliores. C. de commer. & merc.*

Mercatoribus, qui alioqui quæſtum pecuniæ facere ſolent, duplicatæ conceduntur, videlicet beſſales: quæ ſunt duæ trientales centeſimæ partes, centeſimam quinquageſimam portionem ſortis ſingulis menſibus efficientes: ac quolibet anno octo in centum producunt.

Cæteris hominibus ſemiſſem, hoc eſt, dimidiam tantummodo centeſimæ, uſurarum nomine ſtipulari permiſſum eſt: quæ quolibet anno ſex in centum reddunt.

Centeſimæ autem uſuræ, (quæ quolibet menſe centeſimam ſortis, anno duodecim in centum reddunt,) non niſi in trajectitiis contractibus ſunt permiſſæ.

Vſura, & id quod intereſt, differunt. Illa ſimpliciter lucrum eſt, & proinde non aliter, quam ex ſtipulatione debetur, ſine reſpectu ejus quod intereſt. Hoc lucrum ceſſans, aut damnum emergens, propter moram debitoris, &, ut inquit Iuriſconſultus, quantum mihi abeſt, quantumque lucrari potui. *l. 13. rem rat. hab.*

Itaque non opus eſt ſtipulatione; ſed debetur, ex æquitate, officio judicis: *l. 4. C. depoſ. l. 8. De eo quod cert. loc.* Quia iniquum foret, moram debitoris creditori damno eſſe.

Ab uſuris differunt emptiones reditus. In iis enim neque ſors redditur, & pretium tranſit perpetuò in venditorem, ut emptor illud repetere nequeat: neque quid ſupra ſortem ſolvitur, ſed reditus pro ſorte.

Quæ;

Digitized by Google

Quæ, ſervatâ moderatione legum ſi fiant; permiſſæ ſunt: *c. 1. & 2. de empt. & vend.* Non, ſi ſunt uſurariæ: aut, cum propter temporis ſolutioni præſtituti dilationem arctationemve, vel enormiter intenduntur, vel minuuntur pretia. *c. in civitate. c. fin. de uſu. c. ad noſtram. de empt. vend. Bald. in rubr. C. hic.*

Fructus propriè omne id quod fertur, dummodò renaſciturum, ſignificant. *l. 7. §. 13. ſolut. matr.* *ἐν πλάτει*, eo nomine quælibet rei fruitio & utilitas venit. *l. 72. De R. I. l. 24. l. 18. l. 12. de uſufr. l. 34. l. 36. hic.*

Sunt, aut Naturales; qui ſine hominis facto, ex ipſo rei corpore, naturâ producuntur, ut fœnum: *l. 45. hic.* aut Induſtriales; qui induſtriam & factum hominis requirunt, ut fruges: *d. l. 45. l. 25. §. 1. eod.* aut Civiles; qui non ex ipſo corpore naſcuntur, ſed ratione rei jure Civili percipiuntur: nec ſunt, ſed habentur fructuum loco: ut uſura, penſio: &c. *l. 62. de rei vind. l. 121. de V. S. l. 34. hic.*

Cauſa, pro omni acceſſione capitur, quæ cauſatur, & proficiſcitur vel ex ipſa re, vel ejus uſu: & generaliter hoc verbo, quicquid actor habiturus eſſet, ſi tempore debito res ſoluta fuiſſet, comprehenditur. *l. 35. de V. S. l. 17. §. 1. l. 20. l. 62. de rei vind. l. 38. §. 7. hic. l. 31. ſi cert. pet.*

Mora, eſt culpa ejus, qui non ſolvit, quod ſolvere debet; vel oblatum non accepit, quod debet accipere.

Committitur, vel per interpellationem extrajudicialem, oportuno loco & tempore factam; *l. 32. hic. l. 24. de V. O.* vel per litis conteſtationem, vel per ſententiam. *l. 3. in pr. hic.* vel in re ſine interpellatione; ut ſi minori debeatur; *l. 3. C. quib. cauſ. in int. reſt. nec.* obligatio ſit in diem; *l. 2. C. de jur. emph.* ex delicto debeatur. *l. 8. §. 1. de cond. furt.*

De

Digitized by Google

De nautico fœnore.

Tit. II.

DE uſuris (cum in earum conventione nullum ſit συνάλλαγμα,) fruſtra nudo pacto convenit: *l. Titius. de præſcr. verb.* & (cum ſint odioſæ) non niſi ex ſolennibus ſtipulationibus debentur. *l. 3. C. de uſur.*

Ex ſola tamen conventione etiam debentur in pecunia trajectitia, *l. 7. hic.* ſic dicta, quia trans mare periculo creditoris vehitur. *l. 1. hic.*

Vnde ſi eodem loci conſumatur, non erit trajectitia; niſi ex ea merces ſint comparatæ, quæ creditoris periculo trajicerentur. *l. 1. verſ. ſed videndum. ff. hic.*

Quæ periculi ſuſceptio facit, ut creditor uſuras ſortis paciſci poſſit, ſi ea ſalva pervenerit, non modo legitimas, ſed etiam centeſimas. *l. 1. l. fin. C. hic. l. 26. verſ. in trajectitia. C. de uſur.* Sed eatenus tantum exigere ut ne ultra duplum, aut uſuræ uſurarum debeantur. *l. 4. ff. hic.*

Quæ uſura vocatur Fœnus nauticum. Quia ratione navigationis, & periculorum maris permittitur.

Et nave ſubmerſa amiſſaque pecunia, nihil omninò debetur. Niſi id culpa debitoris contigerit. *l. 3. C. hic. l. 5. § 4. ff. commod.*

De probationibus & præſumptionibus.

Tit. III.

REſtat ut de contractuum probationibus aliquid dicamus.

Nam, quæ probari oſtendique nequeunt, ea pro non geſtis, neque exiſtentibus, habentur. *l. 77. de contr. empt. l. 17. de in diem add. l. 10. de reb. dub.*

Probare, hic, eſt plenam fidem rei geſtæ in judicio facere.

Eſt ergò Probatio, actus judicialis, *l. 18. C. hic. l. 3.*

Digitized by Google

l. 3. *de cond. ob turp. cauſſ.* per quem, de re dubia & controverſa, fides judici fit. *l.* 12. *hic. l.* 5. *l.* 19. *de teſtib. l.* 1. *de cond. ob turp. cauſſ. l.* 1. *quand. dies leg. ced.*

Debet eſſe conformis libello, *l.* 22. *ubi Dd. C. hic. Hoſt. in rubr. eod. n.* 5. *per c. ſignificaverunt. c. de teſtibus. Ext. de teſtib. c. licet.* §. *idem. de probat.* concludens, *d. l.* 22. *c. cum contingat. de off. deleg.* hoc eſt, quæ neceſſariò id quod intendit inferat, non impertinens, *l.* 17. *ubi Bald. C. hic. l. pen. in fin. ff. eod.* (quæ nec per ſe, nec unà cum aliis adminiculis, ad cauſæ fidem facit, *Bald. in l. ad ei. C. hic.*) non dubia, *c. in præſentia. ubi Can. hic. l.* 10. *C. eod.* neque incerta, *Bald. in l. pen. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. & l.* 1. *C. de furt.* nec ſuperflua. *Schurf. conſ.* 1. *cent.* 1. *per d. l.* 22.

Probatio eſt ſua natura arbitraria, *Caſt. in l. admonendi. n.* 39. *de jurejur.* hoc eſt, pendet ab arbitrio judicis, qui quantum illi fidei ſit tribuendum, poteſt, ſed ſecundum legum diſpoſitionem, & boni viri judicium, *l.* 22. §. 1. *de R. I. l.* 1. *de legat.* 2. *Bald. in l. certi. C. de jud.* arbitrari. *l.* 3. §. 1. *de teſtib. Caſt. in d. l. admonendi. n.* 54.

Eſt, vel artificialis; quæ ex ipſa cauſa, argumentis & indiciis trahitur: vel Inartificialis; quæ extra cauſam, à teſtibus, tabulis, confeſſione, juramento, accipitur. *Dd. in d. l. admonendi. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred.*

Doctores, quoad effectum probationis, eam partiuntur, in Plenam; quæ plenam fidem judici de re aliqua facit: & Semiplenam; quæ opinionem quandam inducit.

Fieri non debet probatio, niſi à judice, (cui facienda, *l.* 12. *hic. l.* 3. *ff. de teſt.*) per ſententiam interlocutoriam, alterutri parti imponatur. *Spec. de prob. in pr. vid. l. à procedente. ubi Bart. & Bald. C. de dilat.*

Imponitur ei qui allegat, dicit, agit aliquid in judicio: *l.* 2. *l.* 5. *l.* 15. *l.* 22. *l.* 21. *hic.* Negantis enim per rerum naturam nulla eſt probatio. *l.* 23. *ubi Bald. C. hic.* niſi juris negationem alleget. *d. l.* 5.

Alle-

Digitized by Google

Alleganti igitur incumbit probatio : hoc eſt, ſe fundanti in aliquo facto, quod adverſarius negat. *l.* 3. 32. 11. 23. 8. 13. 17. 25. *ff. l.* 3. 11. 9. *C. hic.*

Et in genere, quicunque ſe fundat in aliqua qualitate, probare ſuæ intentionis fundamentum debet, *Gl. in l.* 5. §. *qui pro rei. ubi & Jaſ. n.* 14. 15. *qui ſatiſd. cog.* niſi ſit in poſſeſſione ejus juris in quo ſe fundat. *l.*2. *l.*14. *C. l.*14. *l.*15. *ff. hic.*

Ac, quoniam Actor plerunque non poſſidet, ſed petit, & aliquid ad ſuæ petitionis fundamentum allegat; ideò actori, *l.*18. *l.*23. *ff. l.* 1. *l.*23. *C. hic.* non etiam Reo, *l.* 8. *C. eod. l.* 7. *C. de teſt.* regulariter incumbit probatio. *l.* 1. *de except.*

Verſatur probatio circa facta, *l.*16. *C. hic.* (nam quæ juris ſunt, cum judici per ſe pateant, & nota ſint, *vid. Caſtr. & Dd. in l. un. C. ut qua deſ. adv.* non indigent probatione, *vid. Bald. in add. ad Spec. de teſt.* §. *nunc videndum.* niſi cum jus negatur. *l.* 5. *hic.*) & facta quidem, quæ probari poſſunt, aut directò, aut ſaltem per conjecturas: *l. dolum. C. de dol. mal. Gl. in l.* 1. *ff. eod.* Vt ſunt quæ ſui naturâ occultò & clàm arbitris fieri ſolent, in quibus probatio per conjecturas, aut jusjurandum, recipitur. *l.* 5. §. 6. *de re milit. Gl. in l.* 7. §. 2. *de accuſ. Bald. in l. quicunque. C. de ſerv. fug. Everar. in loc. leg. in proœm.* item facta incerta, & de quibus dubitatur.

Notoria non egent probatione, *c.* 3. *de teſt. cogen. c. evidentia. ubi Gl. de accuſ. Bald. in l.* 7. *de accuſ. Gl. in l.* 1. *C. qui adver. quos.* ut nec illa quæ ante aut per ſententiam, aut tranſactionem, aut alio modo, *l.* 13. §. 2. *de jurejur. Alex. in l. qui juraſſe.* 26. §. *ſi pater. eod. tit.* deciſa & definita ſunt. *l.* 19. §. 2. *C. de tranſact.*

Facta illa probari debent, quæ ad cauſam pertinent, & in quibus quis ſe fundat, *l. doce. C. de rei vind. l. matrem. C. hic. l.* 2. *& paſſim. ff. eod.* & quæ probata profutura ſunt probanti. *Spec. tit. de probat.* §. *nunc dicendum. in pr. per l. ſi ut proponis. C. eod.*

Nam articuli ſuper ipſius adverſarii, vel tertii alicujus jure fundati, veluti impertinentes, non admit-

Digitized by Google

admittuntur. *Bald. in l. uti frui. per illum text. ſi uſuſfr. pet. Spec. tit. de teſte.* §. *nunc videndum. verſ. item agens. & n.6.*

Probatio, citatâ ad ejus expeditionem adverſâ parte, & termino juſto ad id præſtituto, *Auth. ſed etſi quis. C. de teſtib.* poſt litem conteſtatam, *t.t. Ext. ut lit. non cont.* facienda.

Nam antè ignoratur, utrum Reus negaturus, an confeſſurus ſit quod intenditur.

Quod verum eſt in probatione quæ verſatur in judicio: ſecus in ea quæ extra litem fit. Nam ubi nulla lis eſt, ibi nulla ejus conteſtatio exſpectari poteſt. Quod uſu venit in examinationibus quæ fiunt ad æternam rei memoriam. *d. Auth. ſed & ſi quis. c. fin.* §. 1. *Ext. ut lit. non cont.*

Sic, ubi ex conventione, citra ſolennem ordinem, litigatores procedunt, *l. quoties. C. de priv. ſchol. lib.* 12. *Auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cler.* poteſt etiam ante libellum probatio admitti. *Bald. in l. diffamari. n.* 9. *C. de ingen. man.*

Iudex etiam quandoque volentibus partibus decernit, ut præter uſitatam jurisdictionis rationem utraque pars jus ſuum intra certum terminum deducat & oſtendat. *Spec. de lib. oblat. in* §. *nunc dicendum. n.* 14.

Quod potiſſimum in poſſeſſoriis, *vid. Spec. de petitio. & poſſ.* §. 1. *n* 38. *de lib. Concept.* §. *nunc dicendum. n.* 14. *ubi Bald.* ac ſummariis judiciis, *Marant. in ſpec. aur. par.* 6. *act.* 4. *n.* 4. uſurpatur. *vid. Spec. dd. loc. per c.* 2. *de ord. cogn.*

Poſt quartam productionem, aut poſt publicata teſtimonia, *Auth. atqui ſemel. C. hic.* aut concluſionem in cauſa, *Jaſ. in d. l. admonendi. n.* 50. 51. 60. *& ſeq.* probatio non eſt admittenda.

In criminalibus, ad probandam rei innocentiam, etiam poſt ſententiam & rem judicatam eſt admittenda. *Hippol. in pract.* §. *occurrunt. n.* 3. *& ſeq. n.* 8. *&* 9. *& in l. unius.* 18. §. 9. *n.* 36. 37. *de quæſt.*

Poteſt fieri probatio, tam in loco judicii, quam extra judicium: Secretò tamen & remotis partibus,

bus, *Bart. in l. nullum. C. de teſt.* teſtium examinatio facienda.

Iudex debet ſecundum probata ſententiam ferre, *l. 2. l. 5. l. 9. C. de rei vend.* Alioqui in id quod intereſt condemnabitur. *l. 10. §. fin. ubi Bart. de edend. l. 3. ubi Bald. C. ſi cont. jus vel util. pub.*

Diſſidentes in ſpeciem probationes, conciliare & in unam redigere harmoniam debet. *c. cum tu. 16. c. in noſtra. 32. ubi Gl. de teſt. Dd. in l. ſcriptura. C. de fid. inſtr.*

Quæ dubiæ ſunt aut impertinentes, contra eum interpretandæ ſunt, qui illas produxit. *Bart. in l. inter. 83. §. Stichum de V. O.*

Interpretatio tamen in dubio talis ſumenda, quæ proſit favorabilibus perſonis, vel reis, *l. 13. hic.*

Præſumptio probationi, quod quidem ad effectum attinet, par eſt: quia pro probatione habetur. *l. 74. de legat. 1. l. 16. C. de prob. t. t. Ext. de præſum.*

Eſt probabilis conjectura, ex certo ſigno proveniens, quæ, alio non adducto, pro veritate habetur. *Alciat. tract. de præſum. in pr. part. 3. incipit: veniamus. n. 1.*

Eſt vel Legis, vel Hominis. *Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 2. in fin.*

Præſumptio legis eſt, cum lex ipſa conjecturam facit.

Quæ vel Neceſſaria, nempe ex ſignis certis & neceſſariis orta, & vocata à Doctoribus Præſumptio juris & de jure. *Menoch. eod. q. 3. per tot. Exempla vid. in l. fin C. arb. tut. l. 34. C. de adult. l. 23. C. ad SC. Vell. l. fin. in fin. C. ad SC. Maced.* &c. vel Probabilis, quæ ex ſignis probabilibus colligitur, dicta uſitatè præſumptio juris. *Menoch. d. lib. q. 4. Maſcard. de prob. q. 10. n. 82.*

Præſumptio hominis, (quæ etiam modica dicitur,) eſt conjectura, quæ fit ab homine, & lege comprehenſa non eſt. *Menoch. d. lib. 1. q. 5. per tot.*

Homo hic eſt judex, qui tanquam vir bonus in caſibus à lege non præſumptis, ex veritate conſcriptorum, præſumit. *Menoch. d. q. 5. n. 8. q. 8. n. 117. q. 36. n. 16.*

Su-

Digitized by Google

Sumuntur præſumptiones, ex ſignis, indiciis, conjecturis, qualitatibus, actionibus, aliiſque variis cauſarum figuris & circumſtantiis. *Menoch. d. lib.* 1. *q.* 13. 14. 15. 19. 20. *de præſumpt.*

Verſantur circa perſonas, res, judicia potiſſimum; & circa actiones, vel cogitationes hominum. *Menoch. d. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 9. *q.* 12. *n.* 16.

Quatenus ſcilicet de facto, non de jure, quæritur. *l.* 30. §. *ſumm. de acq. her. Menoch. d. q.* 8. *n.* 29. Cum jus ſemper certum ſit. *l.* 2. *de jur. & fact. ign.*

Circa perſonam præſumuntur ea quæ naturaliter homini inſunt: *Gl. in c. ſi forte. de elect. in* 6. *Arg. in repet. l. ſciendum.* 30. *in fin. de V. O.* ut ſenſus communis, *l.* 14. *C. de teſtam.* potentia generandi. *c. quia. diſt.* 50. *Innoc. in c.* 1. *de frigid. & malef.* &c.

Circa res, qualiter à naturali qualitate, & inſita vi, permittuntur eſſe.

Circa judicia capiuntur præſumptiones pro judice & proceſſu. *Menoch. lib.* 2. *præſum.* 67. *per tot.*

Quando lex præſumit ex ſignis neceſſariis, non admittitur probatio in contrarium. *l.* 23. *C. ad SC. Vell. l. fin. C. ad SC. Mac. Bald. in rub. C. hic. in rubr. Ext. de præſum. n.* 1. *Menoch. eod. q.* 3. *n.* 1. Niſi per confeſſionem partis, *Alciat. tract. de præſumt. in pr. part.* 2. *num.* 6. *poſt. Felin. in c. quoniam. in pr. hic.* notorium. *Felin. in c. quanto. de præſumt.* Præſumptio enim qualiſcunque ſit, veritati cedere debet.

Quando ex ſignis probabilibus, admittitur; ſed relevat ab onere probandi. *l.* 16. *C. de prob. Bart. in l. in illa. in fin. de V. O. Hipp. ſing.* 451. & tamdiu ſtat, donec probetur contrarium. *d. l.* 16. *ubi Dd. l.* 25. *circa fin. hic. Menoch. eod. q.* 31.

Quando homo præſumit, ſine adminiculis aliis non facit plenam fidem. *l.* 5. *l.* 6. *C. hic. l.* 19. *C. de rei vind.* nec transfert onus probandi, niſi ſit urgens. *Crav. in tr. de antiq. tem. p.* 1. *pr. in* 10. *part. n.* 24.

In his præſumptionibus judicis eſt arbitrium, non

Digitized by Google

non in aliis. *Bald. in l. milites. n. 1. C. de quaſt. Menoch. d. lib. 1 q. 44. per tot.*

Prout eſt vel major, vel minor præſumptio juris, ita majorem vel minorem requirit contrariam probationem. *Menoch. eod. q. 4. in fin.*

Minor præſumptio per majorem eliditur & tollitur. *Exemp. in l. 6. de his qui ſui vel al. jur. l. 24. bis. l. 73. de legat. 3.*

Specialis præſumptio eſt fortior generali; *Menoch. de arb. jud. lib. 2. Caſ. 472. n. 1.* naturalis accidentali; *d. caſ. 472. n. 19.* quæ actum valere, & pro Reo, facit, &c. *eod. per tot.*

Affinis præſumptioni juris & de jure, eſt fictio, *Gl. ad verb. præſum. in l. fin. in pr. de eo quod met. cauſ.* Quæ eſt legis, adverſus veritatem, in re poſſibili, ex juſta cauſa, diſpoſitio. *Bald. & Dd. in l. ſi is qui pro. de uſucap.* adverſus quam probare non licet.

De fide inſtrumentorum & amiſſione eorum.

Tit. IV.

INſtrumentum, in hac probationum materia, intelligimus, quo cauſa inſtruitur, & fides judici fit.

Et proprie pro qualibet ſcriptura, quæ fidem rei facit, & cauſam inſtruit, capitur. *Bart. in l. Labeo. de ſupell. leg. Ferr. in pract. de form. inſtr. ad verb. exhiberi.*

Propriiſſimè publicas literas, quæ plenam fidem faciunt, deſignat. *l. 1. ubi not. C. de jurejur. propt. cal. dan.*

Inſtrumenta proprie accepta, in univerſum aut ſunt publica, aut privata. *l. 5. l. 6. C. de prob. Ferr. in form. product. inſtr. ad verb. exhibens. n. 5.*

Publica ſunt, quæ publicam habent auctoritatem; qualia ſunt quæ à publicis perſonis (ut notariis, *l. geſta. C. de re jud.*) conficiuntur; *Nov. 73. c. 2.* quæ ſigillo aliquo publico ſignata, *c. ſcript. Ext. de fid.*

Digitized by Google

fid. inſtr. c. tertio loco. de prob. quæ auctoritate magiſtratus interveniente publicantur; *l. publicati. ubi Dd. C. de teſtam. l. fin. C. de re jud. c. G. perpetuus. Ext. de fid. inſtr.* quæ de archivo publico extrahuntur; *Auth. ad hæc. C. hic.* quæ fiunt apud acta publica; *l. omnium. C. de teſtam. Bald. in rubr. C. hic. n. 4. & 6.* quæ habent ſubſcriptionem ſcribentis & teſtium. *l. 11. C. qui pot. in pign. c. 2. Ext. hic. l. contractus. C. eod.* Sed hæc quidem publica proprie non ſunt, verum reſpectu effectus dicuntur, quia fidem in judicio faciunt. *Inn. in c. 1. de fid. inſt. Ferr. in for. prod. inſtr. ad Auth. exhibens. n. 3.*

Privata ſunt, quæ auctoritate privatâ fiunt à privatis perſonis: ut rationes, *l. 6. C. de prob.* inventaria privata ſeu regiſtra, *l. fin. C. de jur. delib. l. fin. C. de adm. tut.* apochæ, antapochæ. *l. 19. C. hic.*

Sunt etiam inſtrumenta, vel Authentica, quæ per ſe ſunt perfecta, & probant; nec ex alia ſcriptura pendent: vel exempla, quæ ex authenticis deſcribuntur; ſive manu publica, ut Notarii; ſive privata. *Auth. ſi quis in aliquo. ubi Bart. n. 3. 4. Caſtr. & com. Dd. C. de eden. Bald. in l. publicati. 2. in fin. C. de teſtib.*

Hæc fidem non faciunt, ſed tantum conjecturam & ſuſpicionem vix delationi jurisjurandi ſufficientem, *l. 2. ff. c. 1. Ext. hic.* inducunt; *Gloſſ. in l. 5. verb. facile. C. hic. Dd. in d. Auth. ſi quis.* Niſi auctore Iudice, & vocata parte; *l. 57. ff. de adm. tut. l. ult. C. hic. c. fin. Ext. eod.* aut ab eodem Notario, qui authentica confecit, eo animo fuerint ſcripta, ut perinde ac authentica valerent; *Tertacinq. de probat. reſp. 5. num. 8. Dd. per c. dudum. 20. Ext. de converſ. conjug. l. 29. ff. de teſtam.* aut utriuſque partis conſenſu in præſentia teſtium, *Bart. & Jaſ. in d. Auth. ſi quis.* ſcripta; aut in archivo publico reperta fuerint. *Tertacinq. d. loc. num. 10.*

Notarius, ſine partium rogatione inſtrumentum inter privatos conficere nequit. *§. ut ergo. in Auth. de tabellion. Bald. in rubr. n. 6. C. hic.*

Fruſtra rogatur Notarius, & fruſtra fit inſtrumentum, de his quæ ab ordine & rato curſu naturæ

manant; niſi causâ à judice cognitâ, & decreto ejus intercedente: exempli gratiâ: ſuper ſtatu, morte, conſanguinitate. *c. ſeries. ubi Inn. n.2. Panorm. n. 3. Felin. n. 3. & 4. de teſtib.*

Specialiter à lege prohibetur per Notarios fieri inſtrumentum, de contractibus lege ſtatutove prohibitis, *l. 14. §. 3. C. de SS. Eccl. l. 29. in fin. C. de teſtam.* de delicto aliquo, puta homicidio, vi, metuve, vulnere, aut injuria alicui facta, de defenſione neceſſaria: niſi interveniat judicis cognitio & ſententia: *Bald. in d. rubr. n. 17.* Quia in ejuſmodi non eſt teſtimoniis ſcripturarum credendum, ſed potius teſtibus. *l. 3. §. idem Divus. ubi Bart. de teſtib.*

His exceptis, de omnibus quæ non ſunt contra juris diſpoſitionem licitè inſtrumenta conficiuntur. *Bald. ibid. n. 17.*

In inſtrumento à Tabellione conſcribendo, hodierna praxis octo requirit: 1. Invocationem nominis divini. (Quæ de Iure non eſt neceſſaria: *fac. Nov. 47. c. 1. Nov. 73. c. 5. Covarr. pr. qu. 10. num. 1.*) 2. Annum à Chriſto nato, vel incarnato, prout loci conſuetudo exigit. 3. Romanam indictionem: 4. Menſem & diem rei geſtæ: 5. Nomen Imperatoris aut Principis, in cujus ditione inſtrumentum fit: 6. Rerum geſtarum ſeriem: 7. Nomina teſtium: 8. Subſcriptionem, & ſignum tabellionis. *Specul. de inſtrum. edit. §. 2. in pr.*

Subſignatio tam contrahentium, quam teſtium in publicis inſtrumentis ad muniendam eorum fidem non requiritur. *Salic. in l. contractus. 17. n. 3. C. hic.* niſi cum lex expreſsè eam requirit. *ut in l. 31. C. de don. l. 21. C. de teſtam.* Omninò neceſſaria eſt in privatis, quia hoc ſolo munimento ad fidem faciendam, *Panorm. poſt Innoc. in c. 1. n. 4. de his quæ fiunt à prœl. ſine conſ. cap.* proficiunt.

Producuntur inſtrumenta in judicio, poſt litem conteſtatam, *Spec. de inſtr. edit. §. nunc dicamus. n. 2.* exceptis iis, quorum in libello fit mentio. Ea enim unà cum actione petenti adverſario ſunt edenda. *l. 1. §. 1. & §. 3. de edend.*

Fa-

Facienda productio ſolenniter & in judicio, *Caſtr. in l.* 1. §. 15. *poſt Gl. de edend.* & parte adverſâ ad id citatâ. *Bald. in l. ſancimus. & l. judices. C. de jud.*

Fieri poteſt uſque ad concluſionem in cauſa; *c. cum dilectus.* 9. *de fid. inſt. Marant. in ſpec. aur. par.* 6. *n.* 8. *& n.* 26. niſi judex certum tempus diſertè præſtituerit, intra quod omnia inſtrumenta ſint producenda. *Spec. de inſtr. edit.* §. *nunc dicamus. in pr. per text. in d. c. cum dilectus.*

Fiunt inſtrumenta, vel ad ſolennitatem actus perficiendam, quando ſcilicet ſcriptura neceſſaria eſt; *c.* 1. *ubi Gl. de cenſ. in* 6. vel ad cautionem probationis, videlicet ut in promptu ſemper habeatur probatio. *c. Albertus. de teſtib. l.* 4. *de pign. l.* 10. *l. ſeq. C. hic. Bald. in rub. C. eod.*

Ex inſtrumento duæ præcipuè oriuntur præſumptiones: quod ſit verum: quod ſit ſolenne: *Bald. in l.* 1. *in pr. C. de teſt. l.* 14. *C. de contr. & com. ſtip. l.* 18. *C. de prob.* Quæ plenam fidem faciunt in judicio. *l.* 15. *C. hic. Nov.* 73. *c.* 1. Niſi contra inſtrumenta excipiatur.

Excipitur autem; quod ſint invicem contraria producta; *l.* 14. *C. hic.* falſa; *l.* 18. *c. de probat. l.* 2. 3. *C. hic.* à non Tabellione, vel non rite facta; cancellata; raſa; innovata; *Specul. de inſtr. edit.* §. *inſtrumentum. num.* 1. *&* §. *repetit. in princ.* &c.

Imò publica inſtrumenta, teſtibus præponderant, *l.* 10. *de prob. l.* 31. *C. de donat. l.* 22. *ubi Bald. C. de Epiſc. & cler.* nec contra inſtrumenta teſtes interrogari poſſunt, niſi cum tabularum fides arguitur: *Paul. lib. ſent.* 5. *t.* 15. Non tamen obtinent vim ſententiæ, ſed probationis. Vnde nec executionem paratam habent ut ſententia; niſi ubi illud aut pactione conventum eſt, aut ſtatuto, conſuetudineve, obtentum: *l.* 40. *de minor. l. ult. C. depoſ. Ang. in l. omnibus. C. de jud. Bald. in l.* 1. *&* 2. *C. de exc. rei jud.* quæ inſtrumenta guatentigionata appellantur. *vid. Bart. & Dd. in l. ſi quis pecunias. C. depoſ. Bald. in l.* 1. *C. de exc. rei jud.*

Quod dixi plenam fidem facere inſtrumentum,

Digitized by Google

accipi oportet de authentico, *l. 2. l. ult. hic. Auth. ſi quis. ubi Bald. C. de edendo. Gl. in Nov. 127. c. 2. ad verb. monumenta.* & de his quæ diſpoſitivè in inſtrumento poſita ſunt; non de illis quæ enunciativè & incidenter narrantur. *Inn. in c. cum in jure. n. 7. de off. & pot. jud. deleg.*

Exempla regulariter fidem non faciunt, ſed tantum conjecturam inducunt, & ſuſpicionem. *Gl. in l. ſicut. 5. ad verb. facile. C. hic. Dd. in d. Auth. ſi quis.*

Et hæc in publicis obtinent: in privatis inſtrumentis, quantam fidem mereantur, certa regula tradi non poteſt.

Libris quidem argentariorum & rationibus, puta civitatum, collegiorum, hodie in rebus alienis creditur, *l. cenſus. de probat.* in juribus verò ipſius civitatis probandis plenè non creditur, niſi cum in archivum publicum ſunt redactæ. *Jaſ. in rep. l. admonendi. n. 137. de jurejur. Bald. in l. exemplo. 7. C. de prob.*

Multò minus creditur ſcripturis & rationibus quas mercatores, aut rei alienæ adminiſtratores conficiunt, *Bald. in rubr. C. hic. n. 33.* Niſi contra ſcribentem producantur. *l. 26. §. fin. depoſ. Jaſ. in d. rep. l. admonendi. n. 114. cum ſeq.*

Sic multo minorem fidem faciunt literæ privatæ extra rationes: *vid. Bart. in l. admonendi. n. 34. cum ſeq. de jurej.* Niſi contra ſcribentem producantur, *d. l. 26. §. fin. Auth. ſi quis. C. qui pot. in pign.* aut contra eum qui eas acceptavit; *Bald. in d. rubr. n. 3. Lanf. in c. quoniam. ad verb. inſtrum. n. 50. de prob. per l. ſi filius. ad SC. Maced.* aut niſi ſubſcriptione trium teſtium, vel contrahentium, vel vetuſtate temporis, vel judiciariâ cognitione, ſint roboratæ. *Bald. in d. rubr. n. 44. & 45. C. hic.*

Doctores tamen inſtrumenta privata quæ nullos teſtes habent (quorum variæ ſunt ſpecies; puta rationes, privatæ annotationes, apochæ, antapochæ.) pro ſcribente ſemiplene probare volunt; ſi altera pars eandem ſcripturam ejuſve partem produxerit: *l. 17. ubi Gl. & Dd. C. de teſtib.* ſi ſint antiqua, ſi

ſcriptor

ſcriptor nobilis, aut integræ famæ fuerit; mors ſcriptoris fidem ſcripturæ auxerit. *vide Menoch. conſ.* 402. *n.* 46. *& ſeqq. Mynſ. cent.* 5. *obſ.* 79.

Inſtrumenta ſtricti juris ſunt, *Socin. conſ.* 73. *vol.* 1. nec recipiunt extraneam interpretationem, ſed eam quæ ex verbis deſumitur; & quod illis non continetur, habetur pro omiſſo. *l.* 21. *ubi Bald. C. de prob.*

Vnde rectè dicitur, non adjuvari ſcripturâ eum, qui illâ non continetur. *Bald. in d. l.* 21.

Item quod inſtrumentum non dicit, nec nos dicere atque inferre debere. *Bald. in l. intereſt.* 21. *n.* 2. *C. de ſolut. & conſ.* 189. *vol.* 2.

Nec extendi ſolet extrą ea de quibus Notarius rogatus eſt, & quibus interfuit. *l. prædia.* 48. *ubi Bart. de acq. poſſ.*

Vt autem inſtrumentum tantum iis prodeſt qui nominantur, non aliis; *Bald. in d. l.* 21. *Bart. in d. l. admonendi. n.* 32. ita nec aliis obeſt, nec contra alios probat. *Bald. in Auth. ſi quis in aliquo. C. de edend.*

Literarum tamen monumenta ad ſucceſſores, vel juris, vel rei etiam ſingularis, extenduntur, & contra hos vel pro his, peræque fidem faciunt, atque contra authorem cujus jure utuntur. *Bald. n.* 1. *Caſtr. n.* 2. *in l.* 21. *C. de probat.*

Amiſſo inſtrumento, obligatio eo contenta non extinguitur, nec eſt inutilis, ſed aliis quibuſcunque modis probari poteſt. *l.* 1. *C. hic. l.* 18. *C. de teſtib.*

De teſtibus.

Tit. V.

In probatione facienda teſti æque creditur ac inſtrumentis. *l.* 15. *C. de fid. inſtr. Nov.* 73.

Teſtis eſt, qui de aliquo facto controverſo teſtimonium dicit, vel alicui actui adhibetur, ut poſſit de eo, quandocunque opus erit, teſtimonium dicere.

Teſtimonium eſt ipſius teſtis aſſeveratio.

Quia verò teſtes ad veritatem eruendam adhibentur, *c. 1. teſtib. cogen.* ex cujus occultatione nulli jus ſuum inverti publicè utile eſt; *c. fin. eod. l. 22. hic.* ideò teſtimonii dictio quodammodò juris publici eſt. *d. l. 22. t. t. Ext. de teſt. cog.*

Quare in judiciis omnes regulariter à Iudice competente (Id eſt, ab eo cujus juriſdictioni ſubjecti ſunt: Alioqui impune ei non parerent. *l. ult. ff. de juriſd.*) vel ejus delegato, coguntur eſſe teſtes, *Ext. de teſtib. cog. Spec. de teſte. §. 13. n. 5.* tam in civilibus, (hodie, non olim) quam in criminalibus cauſis. *l. 16. l. pen. in pr. C. hic.* niſi vel prohibeantur, vel excuſentur. *l. 1. §. 1. ff. eod.*

In contractibus non coguntur, niſi teſtium inopiâ, magiſtratus ex officio, negotiorum expediendorum cauſa, teſtes præbeat. *l. 22. eod. Reube. in tract. de teſtib. par. 2. n. 168.*

Prohibentur omninò eſſe teſtes, 1. Pupillus; *l. 3. §. pen. hic.* præterquam in crimine læſæ majeſtatis: *l. 10. de quaſtion.* 2. Furioſus, præterquam tempore dilucidi intervalli: *l. 20. §. ne furioſus. qui teſt. fac. poſſ.* 3. Infamis, *c. 54. Ext. hic. l. 3. §. pen. hic.* niſi rei neceſſitas exigat; ut, quia deficiant alii teſtes, quo caſu admittitur ejus teſtimonium, ſed non ſine tormentis: *l. 21. §. ſi ea. hic.* 4. Servus: *l. 11. C. eod. Nov. 90. c. 6.* verum ſi aliæ probationes deficiant, ejus reſponſo credendum eſt, *l. 7. hic.* id eſt, quæſtioni. *l. 7. de probat.*

Quidam in certis tantum cauſis repelluntur: Vt, 1. nemo poteſt eſſe teſtis in re ſua. *l. 10. ff. l. 10. C. hic.* 2. Nec domeſticus, *l. 3. C. eod.* neque pro domeſtico, *l. pen. hic.* neque contra domeſticum, niſi in crimine læſæ majeſtatis, *l. ult. §. 1. & l. 6. §. 2. C. ad l. Jul. majeſt.* vel adulterii; vel fraudati cenſus, *l. 1. C. de quaſt.* vel crimine domeſtico, quod non facilè per extraneos teſtes probari poteſt: *l. 22. C. de adm. tut. l. ult. C. de ſicar.* 3. Non auditur teſtis contra eum, cui eſt, aut præſumitur eſſe, inimicus capitalis, ut, quia inter eos fuit judicium criminale, *Nov. 90. c. 7.* vel, quia teſtimonium contra eum antea, in judicio criminali, dixit; *l. 23. hic.*

4. Ne-

Digitized by Google

4. Nemo poteſt eum teſtem producere, cui, ut teſtis fiat, imperare poteſt. *l. 6. eod.* Qualis eſt domeſticus, id eſt, in alicujus domo vivens & ejuſdem imperio & poteſtati obnoxius: *l. 6. hic. l. 25. §. 2. l. 31. §. 15. ff. de Ædil. Edict.* ut ſunt pater & filius; *l. 5. l. 6. ff. quod cujuſque. l. 9. hic.* maritus & uxor; libertus, patronus; ſervus, dominus; mercenarius & is apud quem quis degit. *Farin. qu. 54. n. 250. & 139. & ſeq. Duar. 1. diſp. 28.* 5. Iudæi & hæretici, contra orthodoxos produci in judicio teſtes nequeunt: *l. pen. C. de hæret. Nov. 45.* niſi ſit quæſtio de conditione curiali. *d. Nov. 45.* 6. In cauſis criminalibus non poſſunt eſſe teſtes minores viginti annis, *l. 20. hic.* rei publicorum criminum, *d. l. 20.* ſocii & participes criminis. *l. 11. C. eod.* 7. Mulier in teſtamentis; *l. 20. §. 1. qui teſt. fac.* & in cauſis feudalibus. *l. 2. Feud. tit. 32.*

Teſtimonium illuſtres dicere non tenentur, niſi ex ſpeciali juſſu Principis. *l. 16. in pr. C. hic.*

Excuſantur à teſtimonio dicendo, 1. Cognati uſque ad ſeptimum gradum. 2. Affines, qui inter ſe loco parentum & liberorum ſunt; ut, ſocer, gener, vitricus, privignus: & ex ſponſalibus quaſi affines, ut, ſponſa filii, & pater ſponſæ. 3. Patronus, patrona, libertus, liberta. *l. 4. ubi Gl. & l. 5. hic. l. ult. in pr. de gradib. Weſ. hic. n. 3.*

Volentes admittuntur, etiam intra tertium gradum, ſed transverſalem. *Hipp. ſing. 133. Ang. conſ. 193. Joan. And. in c. nonnulli. de reſcrip.* etiam in cauſa criminali: *Bart. in tr. teſtium. verb. conſanguineo. vid. in l. parentes. C. hic. Spec. de teſte. §. 1. n. 9.*

Sed quoties recipiuntur, toties in actis ponendum volentes eſſe examinatos, ut impugnatio evitetur. *Bald. in l. presbyteros. C. de Epiſc. & Cler.*

In cauſſa civili mediatores (Id eſt, proxenetæ, vel arbitri compromiſſarii, *Reuber. d. tract. de teſtib. par. 2. n. 104.*) non coguntur teſtimonium dicere; niſi utraque parte conſentiente. *Nov. 90. c. 8.*

Quo minus quis ad judicem teſtimonii dicendi

Digitized by Google

cauſa venire cogatur, excuſat 1. Abſentia, præſertim ſi longum iter ſit, neque conſuetudo requirat teſtes evocari. *l.* 3. §. *ult. hic.* Sed judex hoc caſu diſquiret, utrum teſtes evocare debeat, an procuratores partium eò deſtinare ubi teſtes ſunt, ut ibi teſtimonium feratur: *l.* 16. *C. eod. l.* 18. *C. de fid. inſtr. Nov.* 90. *c.* 3. 2. Militia: *d. l.* 3. §. *ult. & l.* 8. *hic.* 3. Dignitas, *l.* 15. *de jurejur.* ut Epiſcopatus. *Nov.* 123. *c.* 7. 4. Sexus muliebris, ſi mulier ſit honeſta: *l.* 2. §. 1. *C. de jurej. propt. cal. dan. Nov.* 124. *c.* 1. 5. Imbecillitas corporis ob adverſam valetudinem, vel ſenectutem: *d. l.* 15. *d. l.* 8. 6. Inopia. *c. ſi qui teſtium.* 8. *Ext. hic.*

Hæc ita obtinent in cauſis civilibus: non omninò in criminalibus; in quibus neceſſaria videtur teſtium præſentia. *d. l.* 3. §. 3. *hic. Nov.* 90. *c.* 5. *in fin.*

Examinantur teſtes de factis, cauſarum tam criminalium quam civilium, *l.* 1. *hic. c. de teſtibus,* 29. *c.* 54. *hic.* ad quæ ſe teſtes referre debent. *Alex. conſ.* 248. *ad prædicta. n.* 6. *per l. ſtipulatio.* §. *hi quoque.* 3. *de V. O.*

Nec enim jus, quod certum eſt, *l.* 2. *de jur. & fact. ign.* teſtium approbatione indiget, *Bald. in add. ad Spec.* §. *nunc videndum. in pr.* Niſi quando cum facto aliquo eſt conjunctum, ut in conſuetudine probanda.

Eſt & extra judicium teſtimoniorum uſus; puta in probanda nativitate, ſtatu, *l.* 6. *C. de fid. inſtr.* moribus cujuſque. *Inn. in c.* 1. *n.* 10. *de fid. inſtr. Spec. de probat.* §. 1.

Teſtificari debent teſtes, ſuper articulis duntaxat propoſitis. *Gl. in l.* 7. *de pet. hær. Bart. in tract. teſtium.* §. *qualiter. n.* 3.

Examinantur etiam ſuper interrogatoriis adverſæ partis, *c.* 2. *hic. in* 6. item connexis, *Bart. d.* §. *qualiter. n.* 3. & circumſtantiis loci, temporis: *l.* 14. *l. antep. C. de contr. ſtip. l.* 5. §. 1. *quod vi aut clam. Spec. de teſte. c. de inter. n.* 10. 11. & 12. non de re ignota, *Spec.* §. 1. *n.* 8. aut facto alieno, *Spec. de interrog. n.* 20. *per l. Marcellus.* §. 1. *rer. amot.* neque

que veriſimili, *l. 21, hic.* ſed de facto proprio: hoc eſt, de eo quod per aliquem ſenſum corporis rectè & verè perceperunt, & percipere atque cognoſcere potuerunt. *l.* 18. *C. hic. Bart. in l.* 3. *§. ejus. n.* 2. *hic.*

Nam ex certa ſcientia, non verò ſuper credulitate, *c. relatum. Ext. de teſt. Spec. §.* 1. *n.* 58. aut auditu auditus; *Gl. in l.* 2. *§.* 8. *de aq. pluv. arc. Spec. §. nunc tractandum. n.* 8. *hic.* ſeu de auditu alieno, *Nov.* 1. *c.* 2. *l. teſtium. ubi Gl. & Dd. C. hic.* teſtimonium perhibendum eſt. *d. l. teſtium. Spec. §.* 1. *n.* 1. *n.* 55. 54.

Teſtes producendi demum poſt litem conteſtatam; *c.* 1. *c.* 2. *ut lit. non cont. Spec. de teſt. §* 2. *in pr.* niſi cum ad æternam rei memoriam examinantur; *c. quoniam. eod.* aut aliâ juſtâ cauſsâ, puta, valetudinis, ſenii, peregrinationis, accelerationem examinis urget; *d. c. quoniam.* aut periculum ſit in mora; ut in cauſa matrimonii; ne conjugum alter qui ad vota properat, diutius eludatur; *l.* 2. *C. de ſponſal.* vel in electione Prælati confirmanda; ne Eccleſia, Paſtore deſtituta, damnum patiatur. *c.* 41. *de electione.*

Alias verò judex, lite demum negativè conteſtatâ probationem fieri decernit; *l.* 4. *ubi Bart. C. de dilat.* ſumptibus producentis. *l.* 11. *C. hic. Spec. d. §. qualiter. n.* 12.

Qui, facto ejuſmodi decreto, teſtes nominare, & ut examinentur poſtulare, *l.* 18. *C. de fid. inſtr. l.* 4. *§. hoc.* 5. *ubi Bart. de dam. inf.* ac articulos, de quibus interrogentur, congruentes libello, *Spec. de teſtib. §. nunc videndum. n.* 1. 3. 4. in ſcriptis, *Spec. eod.* offerre debet.

Quo facto judex per ſe; *Spec. de teſt. §. de examinatione. n.* 2. aut, ſi teſtes longè remoti ſint, per ſubſidium juris, implorato loci illius judice; *l.* 18. *Auth. apud eloquentiſſ. C. de fid. inſtr. Spec. eod. §.* 1. *n.* 45. aut ſi perſonæ egregiæ ſint, vel debiles, miſſo ad eas notario; *l.* 15. *de jurejur. c.* 1. *c. cum olim; Ext. hic.* examinationem ita inſtituet, ut & teſtes citet, *l.* 3. *§. fin. hic.* iiſdemque, ſi neceſſe fuerit, ſecuritatem præſtet, *Spec. d. §. qualiter. n.* 13. & adverſæ parti examinationem denunciet, *c.* 2. *Ext. hic, Auth.*

Digitized by Google

ſed etſi. C. hic. eaque præſente, [1] vel contumaciter abſente, *Spec. d.* §. *n.* 12. teſtes recipiat, & ab iiſdem jusjurandum de veritate citra affectionem, ad totam cauſam, *Bart. n.* 8. 9. *Caſt. Jaſ. in l. ſi duo.* 8. §. *idem Iulianus. de jurejur. Spec. de teſt.* §. 1. *n.* 65. dicenda exigat; *l.* 9. *C. hic. l.* 18. *C. de fid. inſtr. Nov.* 90. *c.* 1. *Spec. eod.* §. *ſequitur.* idque intra terminum productioni præſtitutum; *vid. l.* 1. *C. de dilat.* articulos probatorios adverſæ parti communicet, ut interrogatoria (quæ producenti non communicanda. *Spec. de teſt.* §. *jam de interrogatoriis. Bald. in l.* 2. *C. ut lit. pend. Rom. ſing.* 266. *Duaren. in reg.* 5. *cum fall.*) concipere atque exhibere, *c.* 2. *hic. in* 6. *Spec. d.* §. *jam.* & proteſtationem de excipiendo contra teſtes facere, *Spec.* §. 1. *n.* 41. opportunè queat: quibus perfectis judex clam partibus, *l.* 14. *C. hic. Spec.* §. *nunc tractandum. n.* 1. (ſecundum vulgarem, ſed erroneam, *Nov.* 90. *c. ult. l. pen. C. hic. l.* 18. *C. de fide inſtr. l.* 27. §. *quæſtioni. ff. ad l. Iul. de adult.* licet uſu approbatam, *Guidelin. lib.* 2. *de jur. noviſſ. c.* 10. Doctorum ſententiam.) adhibito tantum notario qui dicta conſignet, *Spec. eod* §. *n.* 1. & 2. ſigillatim, *Spec. d.* §. *per Nov.* 90. *c.* 4. teſtes examinet; & religioſe ſuper omnibus articulis atque interrogatoriis, & cauſâ ſcientiæ, *c.* 37. *Ext. hic. Dd. in l. ſola. C. hic. Spec.* §. 1. *n.* 60. interroget. *l.* 7. *in fin. ubi Gl. & Bart. de hæred. pet.*

Si tamen judex videat articulos, aut interrogatoria parum rectè concepta eſſe, poteſt ex officio ſuper tota cauſâ (dummodò ſuper tota ſit juratum, *c.* 29. *Ext. hic.*) teſtem examinare, & impertinentium articulorum vel interrogatoriorum nullam rationem habere. *Spec. de interrogat.* §. 3.

Examinatione peractâ & diligenter per notarium conſignatâ, operam judex dare debet, ut partes ulteriori productioni renuncient: *Spec.* §. *ſatis. in pr.* & §. *ult.* & coram illis, ad id citatis, atteſtationes aperiantur & publicentur, *Spec. d.* §. *ſatis.* & copia atteſtationum litigatoribus communicetur, quo contra excipere, aut pro illis dicere alternis poſſint. *Spec.* §. *ſæpe. n.* 3.

Teſtes

Teſtes (ſi omni exceptione majores) æque magnam fidem faciunt, atque inſtrumentum publicum: *l.15.C.de fid. inſtr.* ſcilicet quando duo, vel tres, cum minimum, idem aſſeverant, *l.12.hic.* cumque idoneam teſtimonii & ſcientiæ ſuæ rationem reddunt.

Qui eam non reddunt interrogati; ne præſumptionem quidem ullam faciunt. *l. ſola. ubi Dd. C. hic. Spec.* §. 1. *n.* 60. 61.

Sin autem de ea interrogati non ſint, in his quæ ſenſibus quidem ſunt expoſita, fidem merentur: in illis verò quæ tantum intellectu comprehenduntur, nequaquam. *Bart. in tr. teſt.* §. 2. & §. *conventiculum. Bald. & Dd. in d. l. ſola.*

Vni affirmanti plus creditur, quam decem negantibus: *Gl. in l.* 27. §. *ſi plures. de recep. arb. Bald. in l.* 1. *C. hic. Socin. in fall. reg.* 426.

Si ſeparata ac diverſa dicant, ita ut eorum dicta conjungi nequeant, *Bald. in l. teſtium.* & *l.8.n.12.C. hic. Alex. conſ.*53. *in caſu. vol.*1. tunc veluti ſingulares, etiamſi plures ſint, integrè non probant. *c. licet.* 23. *c. licet.* 47. *Ext. eod. Hip. ſing.* 11.

Cæterum in univerſum hæc tota res pendet judicis ab arbitrio: cujus eſt prudenter æſtimare, quantum fidei teſtibus adhibere debeat. *l.* 3. §. 1. *l.* 21. §. *fin. hic.*

Quod ex fide, dignitate, moribus, fortuna, conſtantia, religione teſtium, *l.*1. §. *fin. l.*3. §. 1. *l.*21. §. *fin. hic. ubi Bart. l.4. l.18. C. eod.* non tantum ex teſtimoniorum veriſimilitudine & congruentia, *d. l.* 3. §. 1. *d. l.* 21. §. *fin.* eſt ponderandum. Teſtibus enim, non teſtimoniis, eſt credendum. *l.* 3. §. 3. *hic.*

Eſt & illud providi judicis, examinatorum dicta, quoad ejus fieri poteſt, conciliare, ut valeant potius, quam pereant: *c. in noſtra.*32. *c. cum tu.*16. *Ext. hic. Spec. de interrog. n.*11. & in benigniorem partem, *l.*125. *de R.I. c. ex literis.*3. *Ext. de fid. inſt. Spec.* §. 1. *n.*51. ac maximè pro reo, niſi cauſæ favor diverſum poſtulet, *c. cum tu. Ext. hic.* interpretari: *c. fin. de re jud. l.*85. *de R.I. Spec. de teſtam.* §. 1. *n.* 51. ac, ubi aperta eſt contrarietas, potioribus atque pluribus,

Digitized by Google

potiorem fidem adhibere. *vid. Spec. in §. poſtquam. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Bart. in tr. teſt. c. de contrarietate. incip. cum teſt.*

Qui teſtem ſemel probavit, eum poſtea, niſi ex nova cauſa, reprobare non poteſt. *l. 17. C. hic.*

Sic qui teſtem pro ſe produxit, cogitur eum contra ſe admittere. *d. l. 17.*

De juris & facti ignorantia.

Tit. VI.

IGnorantiæ præſumptio ab onere probandi relevat, *l. 21. de probat.* donec contrarium probetur. *l. 6. ubi Bart. C. qui milit. poſſ. lib. 12. l. 7. §. 1. de accuſ.*

Ignorantia alia juris eſt, alia facti. *l. 1. pr. hic.*

Facti, quæ eſt error rei geſtæ, verſatur vel circa factum proprium, vel alienum. *l. 7. ad SC. Vell. l. 3. hic. l. fin. pro ſuo.*

Proprii facti, ſcilicet præteriti, aut præſentis, non futuri, ignorantia, tolerabilis non eſt, nec licet cuiquam prætendere ejus errorem. *d. l. 7. Gl. & d. l. fin.*

Eſt enim ſupina ignorantia, quæ excuſationem non habet. *l. 3. 6. hic.*

Et quidem in lucro captando nunquam excuſat: *l. 46. ubi Alex. de furt.* omnino in damno vitando. *l. 22. ubi Gl. l. 2. ubi Gl. de cond. ind.* ut & ſi quæſtio eſt de facto admodum antiquo, puta geſto in teneriore ætate; *l. 44. ubi Dd. de acq. poſſ.* aut intricato, *Bart. in l. quod juſſit. n. 62. de re jud. per l. 7. de confeſſ.* cujuſve oblivio facile obrepit. *l. 11. de acq. poſſ. Jaſ. in d. l. quod juſſit. n. 51.*

Hæ enim circumſtantiæ ad hoc proſunt, ut imminuant præſumptionem juris, & admittant probationem ignorantiæ per conjecturas & jusjurandum; *Gl. Bart. & Dd. in l. ſi cui. §. iiſdem. ad verb. doceatur. de accuſ.* Non onus probandi derivent in adverſarium, cum alioqui juramenti probatio non admittatur. *Jaſ. in §. ſed iſta. n. 89. Inſt. de action.*

In

In re aliena probabilis eſt ignorantia; *l. fin. pro ſuo.* cum & prudentiſſimos alieni facti interpretatio ſæpe decipiat. *l. 2. hic.*

Quare excuſationem meretur, nec cuiquam nocet in delictis, *Bald. in l. error. C. hic. Bart. in l. fin. ſi quis teſtam. lib.* (niſi quis det operam rei, quam ſcit, vel ſcire debet, eſſe illicitam. *Bart. in l. 18. §. pen. de injur.* Id eſt, niſi præcedat aut concurrat culpa:) in mora, *Alex. in l. quod te. ſi cert. pet.* præſcriptionibus, *l. pen. ubi Bald. C. qui admit. ad bon.* uſucapionibus, *l. 4. hic.* transactionibus, *l. 6. C. hic.* diviſionibus, contractibus, *l. 9. C. hic.* ſolutionibus, *l. pen. §. pen. §. fin. hic:* conditionibus, *l. 10. C. eod.* tam in commodis denique adipiſcendis, quam in damnis vitandis. *l. 8. l. pen. ff. l. 7. C. eod.*

Quod verum antequam negotium planè eſt finitum. *d. l. 7.*

Nam ubi cauſa ignorantiæ quaſi tranſacta eſt, *l. un. ubi Sal. Jaſ. C. de error. calc.* per rem judicatam, *l. 4. C. de re jud.* transactionem, *l. 1. & 2. C. de tranſact.* aut ſimilem modum, negotium ſemel ſopitum, iſtiuſmodi prætextu non inſtauratur. *l. 7. C. hic.*

Verum item eſt in ignorantia juſta, non ſupina negligentia. *l. 3. 6. hic.*

Qualis eſt non ſcire, quod omnes in civitate ſciunt, *c. 1. de poſtul. præl. Gl. in c. nulli. de elect. in 6.* (niſi ſit valetudinarius, *Bart. in l. 15. poteſt. de acq. hær.* abſens, *Bart. eod.*) aut affectatâ ignorantiâ, *Card. in Clem. 1. n. 8. q. de conſang.* & cum aliqua ignaviæ culpa conjuncta. *Bald. in l. quamdiu. C. qui admitt. ad bon. Bart. in l. genero. de his qui not. inf.*

Ignoſcitur tamen in hiſce plerumque minoribus vigintiquinque annis, fœminis, militibus, ruſticis. *l. pen. ff. l. 1. l. fin. C. hic.*

Probatur regulariter ignorantia, eo ipſo quod non probetur contrarium, *l. ſuper. 6. ubi Bart. C. qui mil. non poſſ. lib. 12.* quia ſemper præſumitur facti alieni ignoratio, donec probetur ſcientia. *l. 21. de prob. c. præſumitur. de R. I.*

Cum tamen alicui adverſatur præſumptio juris, tunc per conjecturas, *c. ut circa. de elect. in 6. Alex. in d. l. ſi cui.7. §.1. de accuſ.* vel per juramentum, *Gl. in d.l.ſi cui.§.1 ad verb.doceatque.* probari ignorantia poteſt. *c. præſentium. de teſtib. in 6.*

Iuris ignorantia eſt, cum jus noſtrum ignoramus. *l. 3.7. hic.*

Eſt, vel juris Naturalis, ſeu Divini. Quæ nunquam excuſationem meretur, ſed ſemper obeſt, *l.2. C. de in jus voc. l.38.§.3.de adult. Card. Clem.1.q.6.de conſang.* etiam mulieribus, *d.l.38. in pr.* ruſticis. *Jaſ. in l. 7. n. 32. de juriſd.*

Vel juris Poſitivi. *Gl. in l.9. ad verb.regul.hic.* Quæ in lucro non prodeſt, nec excuſationem habet. *l. 4. l. 7. cum ll. ſeqq. ff. l. 10. C. hic.*

Petentibus tamen rem propriam non incommodat: *l.7.hic.* Nam in damnis amittendæ rei ſuæ, juris error nemini obeſt. *l. 8. eod.*

In pœnalibus error juris non excuſat à pœnis latæ culpæ, *l.11. §.fin. de his qui not. inf.* ſcilicet cum ea tendit in alterius injuriam: *Bart. in d.l.38. ff. n. 14.* excuſat tamen à pœnis doli. *Bald. in l. ſicut. C. de præſcr. 30 ann. Corn. conſ. 177. in hac. vol. 2.*

Præſumptio juris contra eum eſt, qui juris ignorantiam allegat: *Caſtr. conſ.189. l.quemadmodum.C. de agr. & cenſ. lib.* 11. quia omnes jus ſcire debent, *l. leges. C. de legib.* excuſantur minores vigintiquinque annis, *l.pen.ff.l.2.C.hic.* milites, *l.1.C.eod.* quandoque fœminæ, *l.11.C.d.l.pen.hic.* ruſtici, *l.7.ubi Gl. de juriſd.* quando peritiores conſulere non potuerunt. *d.l.pen. §.2. l.6. ubi Bald. C. qui admitt. ad bon.*

Alias error juris probandus, ut, ſi poſtea admoniti ſe probent deſtitiſſe, *Bart. in d.l.38. n.13. & in l. 2. de confeſſ.* vel demonſtrent jus eſſe minus frequentatum, *Alex. in l.non fatetur. de confeſſ.* aut dubium. *Felin. in c. 2. de re jud. Corn. conſ. 181. viſa. par. 3.*

Ad juramentum hic non admittuntur; quia contra eos ſtat juris præſumptio. *Jaſ. in §. ſed iſta.n.89. Inſt. de action. Gl. in l. fin. ad verb. præſumptio. de eo quod met. cauſſ.*

Digitized by Google

DIGESTORUM LIBER XXIII.

De ſponſalibus.

Tit. I.

SEquuntur contractus omninò perſonales; id eſt, quibus ipſæ perſonæ invicem quaſi communicantur, & una alteri creditur: inter quos primum locum obtinent ſponſalia.

Quæ hinc ſunt mutua repromiſſio futurarum nuptiarum, ritè inter eos, quibus jure licet, facta. *l.* 1. *hic.*

Dicta à ſpondendo, quia veteribus moris fuit ſtipulari, & ſpondere futuras uxores, *l.* 2. *eod.* undè ſponſi ſponſæque appellatio nata: *l.* 3. *eod.* ſed hodie nudo conſenſu fiunt, *l.* 4. *eod.* Conſenſu puta tam contrahentium quam quorum in poteſtate ſunt. *l.* 7. §. 1. *l.* 11. *hic.*

Qui expreſſe, an tacite; id eſt, verbis, aut non contradicendo, nutu, vel aliis indiciis, *c.* 23. *eod.* exprimatur, nihil intereſt. *l.* 7. *l.* 6. *l.* 12. *l.* 13. *ff. eod.*

Alia, de Iure Canonico, dicuntur de futuro; cum verba in futurum tempus concipiuntur; nec continent in ſe conſenſum purum & abſolutum, ſed cum tractu temporis; ut, *Ego te in uxorem accipiam*: aut arrhæ tantummodo dantur. *l.* 3. *C. hic.* Qualia Ius Civile tantum agnoſcit. Alia de præſenti; cum verba in præſens tempus concipiuntur; & purum, abſolutum & præſentem conſenſum continent: ut, *Ego te in uxorem accipio. c. pen. ext. hic.*

Hæc verba de præſenti, ſi ab impuberibus proferantur, faciunt vera ſponſalia; quia, cum ab illis non poſſit contrahi matrimonium, reſolvuntur, interpretatione juris, in ſponſalia de futuro: *c. un. Ext. eod. lib.* 6. cum proferuntur à puberibus, faciunt de Iure Civili matrimonium: ſi quidem illud

ſolo

Digitized by Google

ſolo conſenſu efficitur. *l. pen. de don. int. vir. & ux. l. 15. de cond. & demonſt. l. 30. de R. I.* De Iure Canonico tantum ſponſalia, puta reſpectu executionis matrimonii & futuræ copulæ, quæ in eis ſpondetur. *Abb. in c. pen. hic.*

Nempe hoc jus proprie matrimonium appellat quod coitu eſt conſummatum: Quippe quod ante illum adhuc diſſolvi poſſit, tanquam re aliquatenus integra: ut ſi alteruter contrahentium vitam religioſam amplectatur; adeò ut tum alteri alias liceat nuptias contrahere. *c. ex publico. de converſ. conjug.*

Cum verba ſunt ambigua, pro matrimonio fit interpretatio. *c. tua. 26. hic. c. continebatur. de deſponſ. imp.*

In actibus enim quæ pendent à mera voluntate & diſpoſitione loquentis, ejuſmodi verba pro præſentibus accipiuntur. *Panor. in c. quemadmodum. per illum text. de jurejur.* Providi tamen & prudentis erit Iudicis, & ex perſonarum & rerum circumſtantiis æſtimare, quid inter partes veriſimiliter actum fuerit.

Contrahuntur ſponſalia abſque verborum ſolennitate, ſolo conſenſu, *l. 4. l. 7. l. 11. hic.* tam eorum qui conjunguntur, *d. l. 11. l. 6. l. 13. eod.* quam quorum ſunt in poteſtate. *l. 7. l. 11. cum ll. ſeqq. eod.*

Filia à patre nequit diſſentire, niſi cum indignum moribus ſponſum ipſi pater elegerit, *l. 12. eod.* alias diſſentiendo juſtam ingratitudinis atque exhæredationis præbet cauſam. *Nov. 115. c. 3. §. 11.*

Quod nec jure Pontificio, nec moribus noſtris obtinet; *c. 1. ubi Dd. de deſponſ. imp.* Nempe matrimonia omninò debent eſſe libera *c. cum locum. 14. c. gemma. 29. de ſponſ.* Quia invita difficiles ſolent habere exitus. *c. 17. & 19. hic.*

Poſſunt ſponſalia contrahere qui & nuptias. *l. 15. hic.*

Quanquam impuberes, etſi non rectè conjunguntur, *l. 9. hic.* tamen ſponſalia, dilatis ad pubertatem nuptiis, rectè contrahunt: dummodò intelligant,

Digitized by Google

ligant, quod agunt, puta non ſint minores quam ſeptem annorum. *l. 14 eod.*

Contrahi poſſunt, vel inter præſentes, vel inter abſentes, vel per nuncium, vel per epiſtolam, *l. 4. l. ult. hic.* per ſe, vel per alium, *d. l. ult.* adhibitâ, vel omiſſâ ſcripturâ, *d. l. 7. in pr.* purè, *c. 2. Ext. eod.* vel adjectâ die, *c. ſicut ex litteris. c. de illis. ubi Abbas. num. 5. hic.* vel ſub conditione: *c. 3. & 6. de cond. appoſ.* Honeſta puta; ut *Si Pater voluerit; Si dederis mihi centum:* Ea enim quouſque impleatur ſuſpendit ſponſalia. *c. de illis. c. ſuper eo. c. per tuos. de cond. appoſ.* Turpis; ſi ſit contra matrimonii ſubſtantiam; ut, *Contraham tecum donec meliorem, nobiliorem, aut ditiorem te invenero: Si generationem prolis evitabis: Si pro quæſtu te adulterandam dabis:* annihilat ſponſalia. *c. fin. eod. c. aliquando. c. ſolet. 32. qu. 2.* Si non ſit contra matrimonii ſubſtantiam; ut, *Si furatus fueris; Si occideris:* pro non appoſita habetur. *d. c. fin.*

Sponſalia de futuro ſpem certam & jus matrimonii futuri inducunt: *l. 13. §. Divus. ad L. Jul. de adult.* adeò ut ſponſus mariti, ſponſa uxoris loco habeatur: *l. 58. de jur. dot. l. lex Julia. de fun. dot. l. 15. §. ſponſa. de injur. l. non ſine. C. de bon. quæ lib. d. l. 13.* in favorabilibus: non ſtrictis. *l. oratio. ubi Bald. hic. Bart. in l. nihil. rerum amot. Bald. in l. ult. C. unde vi.*

Olim licuit ſine ulla pœna, *l. 34. de V. O.* pœnitere alterutri perſonæ, aut ejus patri: *l. 1. C. hic. l. 10. ff. eod.* hodie qui pœnitet, arrhas quas dedit, amittit, aut acceptas tenetur reddere duplicatas; *l. fin. C. eod.* Si quidem is major ſit: Sin minor, in ſimplum tantum reſtituit: ſin pater vel frater ejus pœnitet, in duplum. *l. 5. in pr. §. omnia. C. hic.*

Iure Pontificio ne pœnitere quidem licet. *c. ex literis. Ext. eod.* niſi ſponſalia mutuo diſſolvantur conſenſu, *c. 2. Ext. eod. ubi Panor.* aut juſtiſſima aliqua ex cauſa, puta deformitatis ſubſecutæ, *c. ult. de conjug. lep.* ſtupri ſubſecuti: *d. c. quemadmodum. de jurejur.* ex præcedente non diſtrahuntur. *d. c. quemadmodum.*

Spon-

Digitized by Google

Sponſalia de præſenti, ne mutuâ quidem voluntate, juſtave aliqua ex cauſa diſſolvuntur: quia in matrimonium tranſeunt, *c. pen. Ext. hic. c. 1. c. 3. de ſponſ. duo.* ut & illa quæ concubitus ſubſequitur. *c. is qui fidem. c. pen. Ext. eod. c. 1. de ſponſ. duo.*

De ritu nuptiarum.

Tit. II.

NVptiæ ſeu matrimonium (utroque enim vocabulo, promiſcue utimur, *l. 10. l. 11. hic.*) eſt, (ut Imperator *in* §. 1. *Inſt. de nupt.* definit) viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens: Vel, (ut definit Modeſtinus *in l. 1. hic.*) conjunctio maris & fœminæ & conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio.

Matrimonium, eſt aut publicum, aut clandeſtinum. Quod quidem non contrahi, *t. t. de cland. deſponſ. c. 30. q. 5.* contractum tamen diſſolvi nequit. *c. fin. 28. q. 1. c. nec illud.* §. *ſed objiciens. 30. q. 5.*

Eſt & canonibus aliud legitimum & non ratum, aliud legitimum & ratum, aliud ratum & non legitimum.

Legitimum dicitur, & non ratum, quod inter Iudæos & infideles contrahitur, juxtà leges Moſaïcas & forenſes cujuſque loci.

Conjugium ratum & legitimum, eſt quod fideles, ſervatis legum & canonum ſolennitatibus, celebrant. *c. fin. 28. q. 1. c. quanto. de div.*

Conjugium ratum & non legitimum eſt, quod Chriſtiani & fideles citra ſolennitates canonicas contrahunt.

Deinde aliud dicitur initiatum, videlicet conſenſu: aliud conſummatum, ſcilicet carnali copula. *c. 2. de conver. conjug. c. ſtatutum. cum ſeq. 27. q. 1.*

Eſt conjugium origine & affectione juris naturæ: inſtitutione juris divini: conſenſu juriſgentium: forma & ſolemnitate juris civilis.

Nulla cohabitatione & præſcriptione jus conjugii

jugii induci poteſt: *l.* 57. §. *divus. hic. Bald. in rep. l.* 1 *n.* 4. *C. de emanc. lib.* ſed ſolum conſenſu, *l.* 21. *l.* 2. *hic. l.* 30. *ubi Dec. de R. I.* & eorum qui conjunguntur, & quorum in poteſtate ſunt, *d. l.* 2. *in pr. Inſt. eod.* ut patris, avi, &c.

Quorum conſenſus adeò de Iure Civili eſt neceſſarius, *l.* 2. *l.* 9. *l.* 22. *hic. l.* 5. *l.* 12. *C. de nupt.* ut velut auctoritas atque juſſus præcedere debeat. §. 1. *Inſt. eod.*

Conſentire, favore matrimonii, pater præſumitur, qui ſciens contrahi non contradicit. *d. l.* 5. *l.* 7. §. 1. *de ſponſ.*

Quod ſi, honeſtâ filiis nuptias contrahendi conditione oblatâ, pater conſentire nolit, Magiſtratus implorabunt officium, qui causâ cognitâ eum coget. *l.* 19. *hic.*

Approbatione patris filio filiæve emancipatæ, jure civili, ad eſſentiam nuptiarum non erat opus, *l.* 25. *ubi Gl. hic.* niſi minores eſſent. *Gl. in d. l.* 25. *l.* 18. *l.* 20. *C. de nupt.*

Minoribus etiam, ob ætatis infirmitatem, puto, ſi patre orbati, matris ac tutorum conſenſum fore hodie neceſſarium; *l.* 1. *l.* 20. *C. eod.* aut illis diſſidentibus, judicis auctoritatem interponendam eſſe. *d. l.* 1. *d. l.* 20. *in fin. ubi Bald.* Qui voluntatem puellæ, curatoris & propinquorum voluntati præferre debet. *l.* 18. *c. hic.*

De Iure Canonico utrorumque parentum conſenſus indiſtinctè requiritur, *c. ſufficiat.* 27. *q.* 2. *c.* 1. *de deſp. impub. c. cum cauſa. de rapt.* magis tamen ex honeſtate, quam neceſſitate.

Quod Concilio Tridentino introductum, *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. Cum olim contra obtineret. *c. non omnis.* 12. *cum ſeq.* 32. *qu.* 2. *c.* 1. *aliter.* 30. *qu.* 5.

De jure civili nuptiæ, parentibus, quorum in poteſtate contrahentes, diſſentientibus contractæ, non quidem diſſolvebantur, *Paul. lib. ſent.* 2. *c.* 20. ſed tamen nuptiæ injuſtæ, liberi injuſti; quod ad jus civile, puta familiæ, patriæ poteſtatis, ſucceſſionis, attinebat, habebantur; etiamſi quoad jus naturæ; gentium & peregrinorum, conjugium ejuſ-

Digitized by Google

ejuſmodi ratum, & liberi inde nati pro veris ac naturalibus filiis, eſſent. *l.* 17. *de pœn. l.* 13. *pen.* §. *plane. de adult.*

Moribus Hollandiæ utrorumque parentum ſuffragium in liberorum minorum viginti quinque annis, nuptiis contrahendis neceſſarium eſt: adeò ut contractæ ob parentum diſſenſum diſſolvantur, ſive ſint initiatæ; ſive conſummatæ. *Ordon. van Polic. binnen Holl. art.* 3. *&* 13. *fac. l.* 8. *in fin. de his qui ſunt ſui vel al. jur.*

Prohibentur in matrimonium conſentire & contrahere, natura furioſi, *d. l.* 8. impotentes, *l.* 10. *C. de repud.* impuberes: *l.* 9. *l.* 14. *de ſponſ.* niſi malitia ætatem ſuppleat. *c. de illis.* 9. *c. ult. de deſponſ. imp.*

Lege divinâ, *Gen.* 2. *Lev.* 20. 1 *Cor.* 5. & naturali, atque adeò omnium gentium, prohibentur nuptiæ inter adſcendentes & deſcendentes, in infinitum, *l.* 53. *l. fin. ff. l.* 17. *C. de nupt. vid. tit. C. de inceſt. nupt. per tot.* & inter collaterales primo gradu: *l.* 8. *hic.* §. *item. Inſt. eod. l.* 17. *C. eod.* item inter plures quam duos, uno eodemque tempore. *l.* 2. *C. de inceſt. nupt. l.* 18. *C. de adult. Gen.* 3. *Matth.* 22.

Lege civili contrahere nuptias vetantur ſervi; *l.* 3. *C. de inceſt. nupt.* & peregrini, impuberes, non viri-potentes; *pr. Inſt. hic.* tutor, curator, aut horum filii, cum pupilla vel minore, cujus cura tutelave geritur: *l.* 36. *l.* 62. *hic. t. t. C. interd. matr.* conjuncti ſibi invicem ex latere, ſecundo gradu conſanguinitatis, ut ſunt fratres & ſorores: §. 2. *Inſt. hic.* Non qui ſunt in quarto gradu: ut ſunt conſobrini, patrueles, amitini. §. 4. *Inſt. l.* 19. *C. eod.* Non tamen jungi poſſunt qui parentum & liberorum locum obtinent, licet ſint ultra quartum gradum; §. 3. *&* 5. *Inſt. eod.* puta cum amita, matertera, etiam magna; *d.* §. 5. fratris vel ſororis filia, nepte, pronepte. *d.* §. 9. *l.* 39. *ff. hic. l. fin. C. de inceſt. nupt.* Pari modo conjungi vetantur ratione affinitatis uſque ad ſecundum gradum; *l.* 5. *l. pen. C. eod.* puta inter eos qui fratrum & ſororum ſunt loco: *l. ult. C. de inceſt. nupt. vid. Gl. in* §. *ſi uxor. Inſt. eod. & in l.* 4. *de grad. aff.*

Digitized by Google

aff. Item raptor cum rapta; *Nov.* 134. *l. un. C. de rapt.* præſes cum provinciali; *l.* 38. *l.* 57. *hic.* ampliſſimus cum humili; *l. humilem. C. de inceſt. nupt.* Senatorius cum libertina aut vili. *l.* 44. *cum ll. ſeqq. hic.*

Sed hæ quatuor poſtremæ prohibitiones civiles, jure Novellarum, *Auth. ſed novo jure. C. de nupt.* & Pontificio, (quod in hac cauſa ſpirituali attendimus, *Canon. in c.* 1. *&* 2. *de oper. nov. nunc. Caſtr. in Auth. atqui ſemel. C. de probat.*) non conſiderantur: *c. pen. de rapt. c. pen. de ſecun. nupt. c. raptor.* 27. *q.* 2. *&* 36. *q.* 1. *per tot.*

Hoc tamen jure cum infidelibus, *c. cave.* 28. *q.* 1. *c. infidelibus de conſ. & aff. Panor. in c. fin. n.* 3. *de tranſact.* & nonnunquam cum ea quæ per adulterium fuit ante cognita, *t. t. Ext. de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult.* nuptias contrahere eſt interdictum.

Eoque jure conjugia uſque ad quartum gradum, ſed ſecundum iſtius juris computationem incluſivè prohibentur; *c. pen. & fin. de conſ. & affin.* Moribus autem noſtris ſecundum computationem civilem, ad quartum excluſivè. *Ordon. van Polic. binnen Holl. art.* 4. *&* 5. 6.

Contrahuntur hodie rectè nuptiæ, etiam ſine ulla pompa, *l.* 22. *de nupt.* verbis vel ſignis, conſenſum exprimentibus, *c. tua.* 25. *cum cc. ſeqq. ubi Gl. de ſponſ.* licet ſcriptura vel inſtrumentum nuptiale non interveniat: *l.* 13. *C. eod. Gl. ad verb. inſtrumentis. ubi & Ang. n.* 6. *in* §. *fin. Inſt. eod.* & per procuratorem. *l.* 6. *l.* 34. *hic. c. fin. de procur. in* 6.

Publicè tamen & coram Eccleſia: *c.* 1. 30. *q.* 1. *c.* 2. *&* 3. *de cland. deſponſ.* aut in cœtu aliquot fidelium, Eccleſiam repræſentante, *c. fin. eod.* benedicenteque nubentibus Eccleſiæ miniſtro, *c. fin.* 28. *q.* 1. *c. aliter.* 30. *q.* 5. ſunt celebrandæ.

Probari matrimonium plenè debet: *Gl. in l.* 1. §. *ſi ea. ver. uxor. de vent. in poſſ. mitt.* puta per teſtes, *c. illud.* 11. *de præſ. c. ſuper.* 22. *c. licet.* 27. *de teſtib.* non ſuſpectos, *c. ſuper.* 22. *Ext. eod.* ſed omni exceptione majores; *c.* 1. *de conſ. & affin. Panor. in c. ſuper*

eo.

Digitized by Google

eo. de teſtib. Imol. conſ. 130. *in cauſa*, item per inſtrumenta ſuper ipſa matrimonii ſolennitate confecta: *Bald. in l. neque.* 13. *C. de nupt.* per præſumptionem: *d. c. illud. l.* 24. *hic. l.* 3. *de donat.* per copulam carnalem: *per c. de illis. de deſponſ. imp. c. per tuas. de cond. app. Spec. de præſc. §. ſpecies. n.* 4. *&* 5. per ſolennem deductionem & pompam in Eccleſiam vel domum: *Spec. d. §. ſpecies. n.* 5. *per c. ad id quod. c. juvenis. de ſponſ.* per confeſſionem conjugum; *c. atteſtationes. de deſp. imp. Bald. l. pen. C. de fidejuſſ.* per juramentum judiciale. *c. mulieri.* 34. *de jurejur. Gl. & Dd. in l.* 3. *in pr. hic. l. in bona. C. eod.*

Quod, cum plus quam ſemiplenè probatum eſt, pro, non contra matrimonium, eſt deferendum. *Jaſ. in l.* 3. *in pr. n.* 25. *&* 26. *de jurejur. Panor. in d. c. mulieri.*

Vt & nonnunquam, ſed pro matrimonio, deferendum juramentum purgationis, *c. atteſtationes.* 10. *de deſp. imp.* cum infirmior eſt probatio, teſteſque inducti minus idonei, ut parentes, &c. *c. ſuper.* 22. *de teſtib. vid. Panor. & Dd. d. loc.*

Contracto legitimè matrimonio, maritus rerum dotalium efficitur dominus, *l. in rebus. C. de jure dot.* uxorque in ejus poteſtatem, non quidem de jure civili, tranſit, *l.* 1. *cum ll. ſeqq. de lib. exh. l.* 2. *§. quod ſi. l. quoties. ſolut. matr. l. ſi uxorem. ubi Gl. & Dd. C. de cond. inſ.* ſed de jure divino, *Num.* 30. & Canonico. *Bald. in c.* 1. *an marit. ſucc. ux. in uſib. Feud. F.* 1. 15. *Tiraq. in ll. connub. in pr. n.* 11.

Lucratur maritus fructus dotales, & quicquid conſtante matrimonio acquiritur, *Bald. in l.* 2. *n.* 3. *&* 4. *C. ne uxor pro mar.* ſicut & ejus induſtriâ quæſitum præſumitur. *Bald. d. l.* 2.

Eſt etiam ex eventu conjugii legitimus defenſor uxoris, *l.* 1. *§. fin. l.* 2. *de injur.* & bonorum ejus adminiſtrator. *Gl. & Dd. in l. maritus.* 21. *C. de procur.*

Contra uxor fit particeps domicilii & fori, *l.* 65. *de jud. l.* 19. *de juriſd.* dignitatis & familiæ maritalis: *l.* 13. *C. de dignit. lib.* 12. *l. fin. C. de nupt.* (quæ jura etiam viduis de jure civili perdurant: *l.* 22. *§. vidua.*

ad

Digitized by Google

ad municip. l. fin. C. de priv. ſchol. lib. 12.) acquirit ſingulare dominium in donatione propter nuptias, *Bald. in Auth. ſive. C. ad SC. Vell.* & univerſalem hypothecam in omnibus mariti bonis: *l. aſſiduis. C. qui potior. in pign.* & certam bonorum maritalium, ab ejus morte (ut è diverſo maritus) portionem lucratur. *Bart. Bald. & Dd. in l. 1. & Auth. præterea. C. unde vir & uxor. Panor. in c. ex. publ. de converſ. conjug.*

De Iure dotium.

TIT. III.

DOs, (quæ nuptiarum ſeu matrimonii causâ datur, *t. t. ff. & C. hic.)* eſt jus in re, marito ad ſuſtinenda onera matrimonii conſtitutum. *l. 76. hic. l. 20. C. eod.*

Nuptiæ ſine dote quidem eſſe poſſunt; niſi ſint perſonarum illuſtrium; *Nov. 74. c. 4.* vel, concubinæ ut liberi legitimentur; *§. ult. Inſt. de nupt.* non tamen dos ſine nuptiis, *l. 3. l. 39. l. 48. l. 68. hic. l. 1. §. pen. & ult. pro dote. l. ult. verſ. quare. C. de don. an. nupt.*

Eſt dos vel vera, vel putativa, quæ putatur eſſe dos, cum re vera non ſit: habet tamen prærogativas & privilegia eadem, quæ dos vera. *l. 22. §. fin. ſolut. matr. l. 2. in fin. de privil. cred.*

Dotem conſtituit, vel mulier ipſa, vel alius ejus nomine: ut pater, cujus officium eſt dotare filiam: *l. 12. de R. N.* etiam emancipatam, *fa. l. ult. C. de dotis prom. l. 5. ff. de agn. & alend. lib. Connan.* 8. *com.* 8. *n.* 8. *Guidel. de jur. noviſſ. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 17. quæ dos profectitia appellatur: *l. 5. hic. l. 6. C. eod.* aut etiam extraneus: *d. l. 6. l. un. §. extraneus. C. de rei ux. act.* à quo profecta dos, adventitia dici poteſt. *l. 3. cum ll. ſeqq. hic.*

Poſſunt in dotem dari omnes res, ſive ſint mobiles, ſive immobiles, ſive ſe moventes: *l. pen. in pr. C. hic.* ſive numero, pondere, vel menſura conſtantes: *l. 42. hic. d. l. un. §. cum autem.* ſive incorporales, ut obligatio & actio, ſeu nomen debitoris: *l. 44. §. 1.*

&

& l.ſeq.hic.l.2. C. de O. & A. item vel proprietas, vel uſus fructus. *l. 78. ff. l. 18. hic.*

Et datur res vel inæſtimata, vel æſtimata. Priori caſu res: poſteriori æſtimatio eſt dotalis. *l. 10. cum ll. ſeqq. ff. l. 5. l. pen. C. eod. l. 11. de fund. dot. d. l. un. §. & cum lex. in fin.*

Viro commodius eſt, non æſtimatam accipere, ne ejus periculum ſubeat. *d. l. 10. cum ll. ſeqq.* Nam ſi res æſtimatæ, tunc quaſi contractâ emtione venditione, *l. 10. C. hic. l. 11. C. de pact. l. 16. ff. hic.* pleniſſimum dominii jus maritus conſequitur, ita ut omne commodum & periculum ad eum pertineat: *l. 5. l. 10. C. hic. l. un. §. 9. C. de rei ux. act.* & in caſum reſtituendæ dotis non ad res ipſas, ſed ad æſtimationem qua taxatæ ſunt reddendam teneatur. Niſi pacto vel de rebus ipſis reſtituendis convenerit, vel mulieri electio, utrum res an æſtimationem petere malit, data ſit. *l. 5. l. 10. l. 21. C. hic. l. 10. in princ. & §. ult. ff. eod.*

Conſtituitur dos vel traditione, ſive vera, ut pecuniæ numeratione; *l. 1. C. de dot. caut. non num. l. 46. ff. hic.* ſive ficta, ut acceptilatione, *l. 41. §. 2. l. 43. in princ. ff. eod.* ſimplici debiti remiſſione, *l. 57. l. 58. ff. eod.* delegatione, *l. 33. l. 36. ff. eod.* vel promiſſione, eaque facta, aut ſtipulatione; aut etiam ſolo pacto: quod hic actionem, nuptiis contractis, quaſi inſecutâ traditione, parit. *l. 48. de pact. l. 6. C. de dot. promiſſ.*

Nec refert, certa dos promittatur; an in arbitrium boni viri conferatur. *l. 3. C. d. t. l. 22. §. 1. de R. I.*

Si eam pater ſimpliciter, ſine mentione arbitrii promittat, ſuâ promiſſione obſtringitur; & pro modo facultatum ſuarum, ad quantitatem legitimæ & congruæ alimentationis, *Bald. in tract. de dote. par. 6. Salic. & Felin. in Auth. res qua. C. com. de leg. Alex. conſ. 7. vol. 2. conſ. 83. vol. 4.* proque mariti dignitate, filiam dotare debet. *l. 69. §. 4. hic.*

Extraneus, quando incerta eſt promiſſio, minimum, puta nummum dando, liberatur. *l. 1. C. de dot. promiſſ.*

Ex

Digitized by Google

Ex dotis promiſſione actio oritur bonæ fidei, *Gl. fin. in l.* 5. *ubi Bart. & Dd. ff. ſolut. matr.* annexum habens jus tacitæ hypothecæ, *text. in d. l. un.* §. 1. *verb. ab utraque parte*, quâ maritus dotem ab eo qui promiſit, exigere poteſt: item quod habeat eum qui promiſit, & ejus bona nomine evictionis obligata, ſi forte res in dotem data evinci contingat. *Bart. & Dd. in d. l. un.* §. 1. *Bald. in l.* 1. *poſt Gl. C. hic.*

Conſtante matrimonio rei dotalis inæſtimatò in dotem datæ dominium civile penes maritum eſt, naturale penes uxorem. *l. pen. C. hic.* Idem enim dominium duorum in ſolidum eſſe non poteſt. *l.* 5. §. *ult. ff. commod.*

Si mulier ſit in poteſtate patris, & dos à patre ſit profecta, & communis eſt patri & filiæ. *l.* 2. §. 1. *ſolut. matr.*

Soluto Matrimonio, dos quidem repeti jure novo poteſt: *t. t. ſolut. matr.* ſed, ſi inæſtimatæ res in dotem datæ ſint, eatenus reſtituuntur, quatenus præſtari per rerum naturam poſſunt; æſtimatarum etiam quæ perierunt, pretium reddendum eſt, quia venditæ quodammodo videntur. *l.* 10. *cum ll. ſeqq. hic. l.* 11. *C. de pact.*

Conſtante matrimonio etiam dos repeti poteſt, cum, vergente ad inopiam marito, periculum eſt, ne mulieri ad dotem, matrimonio ſoluto, petendam, inanis relinquatur actio. *l.* 29. *C. hic.*

Dotis contemplatione fit donatio, olim ante nuptias, quia ſolùm ante nuptias conſtitui poterat: ob vetitas contractis nuptiis inter conjuges donationes; *l.* 1. *& t. t. ff. de donat. int. vir. & ux.* poterat tamen, ex Iuſtini Conſtitutione, *l. pen. C. de don. ante nupt.* ſtantibus nuptiis augeri; jam quoniam ex Iuſtiniani conſtitutione, non ſolum augeri, ſed etiam in totum conſtitui poteſt, propter nuptias potius dicta. *l. ult. C. de don. ant. nupt.* §. *eſt & aliud. Inſt. de nupt.*

Eſt contractus civilis, *Nov.* 119. *in pr. Gl. in l.* 5. *De Juſt. & jur.* quo ex parte mariti in mulierem

Digitized by Google

aliqua conferuntur in ſecuritatem dotis, tanquam antipherna. *d. l. ult. in pr.*

Vndè dote datâ & receptâ, mulier poteſt maritum ad conſtituendam donationem cogere: *l. ult. C. de donat. ante nupt. Auth. dos data. C. eod.* Idque de Iure Codicis, pactis æqualibus de lucranda dote aut rebus propter nuptias donatis: *l. ex morte. C. de pact. conv.* quæ ſi paria non eſſent, majore parte ad majorem reductâ: *l. lege. C. eod.* de jure Noviſſimo & æquali quantitate, qualitate, & pactis. *l. pen. & ult. C. de donat. propt. nupt. Nov. 97. princ. & §. 1. Auth. æqualitas. C. de pact. convent.*

Et, ut maritus non poteſt alienare prædium dotale, ita nec propter nuptias donatum, *Nov. 61.*

Eſt tamen donatio propter nuptias, quingentos aureos ſi excedat, inſinuanda, *Nov. 127. c. 2.* Reſpectu puta mariti, non mulieris; cui licet non ſit inſinuata donatio, prodeſt.

De pactis dotalibus.

TIT. IV.

POteſt à præcedenti jure pactis recedi. Quæ in hac materia valent & ſervanda ſunt: *l. 48. De pact. l. 1. C. de pact. conv. l. pen. C. de promiſſ.* & (cum non ſint nuda, ſed cum rei traditione conjuncta) non tantum actionem, ſed & exceptionem producunt. *l. 1. C. hic.*

Niſi aut ſint contra jus, vel bonos mores: *l. 5. & 6. ff. l. 5. C. hic.* aut inæqualitatem inducant: *Auth. æqualitas. C. de pactis conv.* aut dotis cauſam, in præjudicium mulieris, deteriorem faciant. *l. 2. l. 14. & ll. ſeqq. hic.*

In præjudicium parentis mulieris valent. *l. 6. C. eod.*

Cum ad ſolennitatem, neque in pactis, *l. 17. C. de pact.* neque in dote, *l. fin. §. 1. de pact. Salic. in Auth. eo decurſum. n. 1. C. de don. ant. nupt.* vel etiam matrimonio, ſcriptura requiratur, neque in his conventionibus eâ opus eſt.

Si

Si tamen in iis de futura mariti & conjugis ſucceſſione agatur, quinque teſtium præſentia eſt neceſſaria, *l. fin. in fin. C. de codicil. l. fin. C. de don. cauſſ. mort.* ad inſtar donationum cauſa mortis & ultimæ voluntatis, *l.* 40. §. *ult. de pact.* præſertim ſi non retractentur teſtamento. *l. fin. ubi Jaſ. n.* 12. *C. de pact. fac. l.* 16. *l.* 8. *de jur. codicill.*

Inſinuatione, ſi ſummam quingentis aureis majorem complectantur, opus non habent, *vid. Dd. in l. data. C. de donat. l. fin. C. de don. int. vir. & uxor.* niſi in donationibus inter vivos reſpectu viri, *d. l. fin. l. pen. C. de donat. Salic. in d. Auth. eo decurſum.* non autem mulieris. *l.* 17. *d. Auth. eo decurſum. C. de don. ant. nupt. d. l. pen.* §. 1. *ubi Gl.*

His pactis non ſimplicibus; (quæ non niſi utriuſque conſenſu convelli poſſunt) ſed de ſucceſſione futura, conventum, poſtmodum alterutrius aut utriuſque conjugum voluntate mutari, & jus quæſitum ex pacto alteri (exemplo ultimæ voluntatis, *t. t. ff. de adim. leg.* & donationis cauſſa mortis, *l.* 35. §. 4. *l.* 30. *l.* 13. §. 1. *ubi Bart. ff. Azo. in Rubr. C. de mort. cauſ. don.* in quam incidit. *l.* 19. *ubi Cyn. & Gl. C. de pact.)* auferri poteſt; *l.* 15. *C. de pact. l. fin. hic.* Niſi ſi quid ex lege vel ſtatuto, *Bald. in l. ſi quando. C. de inoff. teſt. Crem. ſing.* 154.) *vid. Jaſ. & Dd. in Auth. præterea. C. unde vir.* aut favore dotis, debetur. *l.* 14. *cum ſeqq. hic. Cujac. lib.* 7. *obſ. c.* 26.

Ab inteſtato hæc pacta non valere communiter reſponſum eſt; *l.* 5. *C. de pact. conv. Salic. & Dd. in l.* 15. *C. de pact. Alex. conſ.* 28. *ponderatis. n.* 3. *&* 4. *vol.* 3. *per l.* 19. *C. de pact.* niſi inter liberos, *d. l.* 15. *C. de pact.* aut futuros alioqui hæredes. *l. ult. C. eod.*

Quod in ſimplici pacto, *d. l.* 15. *d. l. ult.* item cum hæreditas ita relinquitur, obtinere non poteſt. *d. l.* 19. *d. l.* 5. jure verò donationis cauſa mortis valent, ex moribus. *Weſ. hic.*

Digitized by Google

De fundo dotali.

Tit. V.

MAritus, licet juris fictione, *l. 75. ff. l. 30. C, de jur. dot.* dominus dotis ſit, *l. 10. C. de jur. dot.* non tamen poteſt res dotales indiſtinctè alienare.

Lex enim Iulia, rem immobilem, muliere invitâ tam alienari, quam pignorari prohibuit: ea conſentiente, alienare permiſit, non etiam pignorari. *l. un. §. & cum lex Julia. C. de rei uxor. act.*

Iuſtinianus utrumque fieri vetuit, ſive mulier conſentiat, (quo caſu hoc permittit jus Pontificium ſi juramentum acceſſerit. *c. cum contingat. de jurejur.*) ſive diſſentiat. *d. l. un. §. & cum lex Julia.*

Alienari itaque nequit, quod in dotem datum eſt inæſtimatum, *l. 2. C. l. 13. hic.* vel ex eo comparatum; *l. 54. de jur. dot.* vel æſtimatum, adjecto pacto, ut ſoluto matrimonio electio ſit mulieris, utrum rem, an æſtimationem petere malit. *l. 11. ff. l. 1. C. hic.*

Sed hæc de alienatione voluntaria accipienda, non de neceſſaria. *l. 1. ff. l. 2. C. eod.*

Poteſt enim, ære alieno uxoris cogente, cognoſcente judice, & muliere conſentiente, rem dotalem alienare. *Auth. ſive à me. Auth. ſi qua mulier. ubi Bart. & Dd. C. ad SC. Vell.*

DIGESTORUM
LIBER XXIV.

De donationibus inter virum & uxorem.

Tit. I.

NON ut in dotem marito conſtante matrimonio dari, ita etiam ſine cauſa conjuges inter ſe alter alteri donare poſſunt.

Quia enim indignum videbatur, concordiam mari-

maritalem pretio, ſicut adulteria, conciliari, deſitum eſt moribus facere tales donationes, deinde oratione Antonini vetitum. *l.* 1. 2. 3. *hic.*

Quarum prohibitio non pertinet ad ſponſos, *l.* 5. *l.* 27. *eod.* neque ad eas donationes ex quibus dans, non pauperior, *l.* 8. *C. eod.* aut accipiens, non redditur locupletior: *l.* 5. §. 8. *l.* 7. §. 5. *hic.* neque ad relatas in tempus ſoluti matrimonii. *l.* 9. §. *fin.* *l.* 10. *l.* 11. §. *fin.* *l.* 60. *eod.*

Non fit dans pauperior: Si rem alienam donat: *l.* 25. *ff. eod.* Si uxor marito ad dignitatem conſequendam donat: *l.* 40. *cum ll. ſeqq. ff. eod.* Si maritus uxori donat ut comptior & ornatior incedat; ſuâ enim potius quam uxoris gratia donaſſe cenſetur. *l.* 9. *&* 10. *ff. commod.*

Accipiens non redditur locupletior; Si ſervus manumittendi cauſa donetur: *l.* 22. *C. l.* 7. §. *fin. ff. eod.* Si ſepulturæ cauſa: *l.* 5. §. 6. *ff. eod.* Si ad eleemoſynam, aut emptionem rei familiaris: *d. l.* 7. §. 1. *l.* 31. §. *pen. & ult. ff. eod.* Si ad ædium exuſtarum refectionem donetur. *l.* 14. *ff. eod.*

Tacitè confirmantur donationes, ſi, iis nondum revocatis, donator deceſſerit, *l.* 32. *eod.* ut heres ejus eas revocare nequeat. *d. l.* 32. §. 2.

Non revocaſſe cenſetur, ſi eas vel expreſſe in teſtamento confirmaverit, *l.* 14. *C. hic.* vel ſaltem nec expreſſe nec tacitè revocaverit, puta rem donatam alii vendendo, donando, pignoris nexu olim, *l.* 12. *C. eod.* *d. l.* 32. §. 2. *cum* §§§. *ſeqqq.* non hodie, *Novel.* 162. *cap.* 1. obligando.

Quæ quingentos aureos excedit, non aliter, in eo quod excedit, confirmatur, quam ſi expreſsâ morientis conteſtatione, vel factâ in actis inſinuatione, ſit ſtabilita. *l.* 25. *C. eod.*

Donatio reciproca etiam inter conjuges viventes non valet. *Jaſ. in l.* 38. *de V. O.* niſi in caſum mortis conferatur. *Cyn. Bald. Caſtr. in l. ſi pater. C. de inoff. teſt. vid. Socin. in fall. reg.* 104. *Lud. Rom. in ſing.* 11. *per l.* 7. §. *ſi vir. l.* 48. *hic.*

Confirmari tamen poteſt inter vivos juramento. *c. cum contingat. de jurej. Bald. in Auth. ſiv.*

à me. C. ad SC. Vell. Panor. in c. fin. de jurejur. Dec. conſ. 202.

De Divortiis & repudiis.

Tit. II.

Matrimonia & Sponſalia ſolvuntur morte, vel inter vivos.

Morte naturali, vel civili.

Naturali, ut liceat parti ſuperſtiti ad ſecunda vota tranſire; *c. fin.* 31. *q.* 1. ſed jure civili non intra annum luctus, *l.* 1. *C. de ſecund. nupt.* omninò jure Canonico. *c. ult. de ſecund. nupt.*

Civili, ut captivitate, vel alia contingente ſervitute, deportatione. *l.* 8. *l.* 12. §. *medio. de capt. & poſtl. rev. Nov.* 22. *c.* 9.

Pœnæ tamen hodie conjugia non ſolvunt. *d. Nov.* 22. *c.* 8.

Captivitate ſolvuntur: ſed non licet, donec de vita capti conſtat, relictæ perſonæ alteri nubere.

Si an vivat incertum eſt, non niſi poſt exſpectatum quinquennium de jure civili; *l. uxores. hic. Nov.* 22. *c.* 7. ex Iuſtiniani conſtitutione, *Auth. hodie. C. hic.* & de jure canonico, non niſi de morte capti certò conſtet. *c. in præſentia. de ſponſal.*

Inter vivos ſponſalia repudiis ſolvuntur, nuptiæ divortiis. *l.* 101. §. 1. *l.* 191. *de V. S.*

Divortium, ut & repudium, de jure civili, fit vel ex communi conſenſu, *l.* 9. *C. de repud. Nov.* 22. *c.* 4. vel unius voluntate, ob cauſam jure probatam. *l.* 8. *l.* 10. *l. ult.* §. *ult. C. eod.*

Sed Iuſtinianus matrimonium ſine juſta cauſa mutuo conſenſu diſſolvi vetuit: ex cauſa verò caſtitatis, & vitæ cœlibis, id permiſit: *Nov.* 117. *c.* 10. Ius Canonicum indiſtinctè prohibuit. *c. fin. cum ibi not. de tranſact.* Niſi uterque conjunx vitam regularem eligat vel continentiam voveat. *c.* 1. *de converſ. conjug.*

Qui ſine cauſa divertit, dotem, donationemve amittit, *d. l.* 8. *c.* 1. 2. 3. *de don. int. vir.* &, ſi aliud matrimonium contrahat, reus adulterii eſt. *d. Auth. hodie.*

Ius

Digitized by Google

Ius Canonicum duntaxat ob hæreſeos, *c. 2. c. quanto. 7. de divort. c. 28. q. 2. de divor.* vel adulterii cauſſam, *c. 4. & 5. de divor.* permittit divortium, non vinculi, ſed tantummodo quoad ſeparationem tori, *c. 1. & 2. 32. q. 7.* vel in perpetuum; *c. quod Deo. 33. q. 5.* vel ad tempus. *c. noſſe. 30. q. 1. Gl. in c. in verb. interveniente. 32. q. 7.*

Sed non dicitur propriè divortium, niſi quod animo perpetuam conſtituendi ſeparationem fit. *l. 3. hic.*

Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

TIT. III.

SOluto matrimonio, regulariter; eo conſtante, non, *l. 7. C. hic.* niſi maritus ad inopiam vergat, *l. 29. C. de jur. dot.* ipſo jure quidem dominium dotis ad mulierem redit: non tamen poſſeſſio, quæ facti eſt, transfertur: *l. 23. de acq. poſſ.* eóque jure & legibus repetenda eſt: *l. 9. C. hic.* olim quidem modò actione rei uxoriæ, modò actione ex ſtipulatu. Hodiè, ſublatâ à Iuſtiniano rei uxoriæ actione, *l. un. in pr. C. de rei uxor. act.* ſemper ex ſtipulatu; ita ut ſi ſtipulatio non fuerit expreſſa, à lege ſuppleatur, ac tacitè intelligatur fuiſſe adhibita.

Quæ actio eſt bonæ fidei, annexum habens jus tacitæ hypothecæ. *d. l. un. §. 1.*

Datur patri, ſi dotem dedit; licet ſibi reddi ſtipulatus non ſit, quia tacitè ſtipulatus intelligitur. *d. l. un. §. accidit.*

Extraneo, ſi nominatim ſibi reddi pactus vel ſtipulatus eſt: ſin minus, ipſi mulieri, quia tacitè ſtipulata intelligitur, ipſique dos reſtituenda eſt: ut & ſi ipſa dotem dedit. *d. l. un. §. accedit.*

Sed ſi mulier in poteſtate patris eſt, pater dotem, ſoluto matrimonio, filia conſentiente, repetere debet: videtur autem conſentire, niſi expreſse diſſentiat. *l. 2. §. 1. & 2. hic.*

Dotem reſtituere cogitur maritus, vel ejus pa-

ter, qui eam accepit, vel heres: ita ut heres extraneus condemnetur in ſolidum, id eſt, in quantum heres eſt: reliqui, id eſt, maritus, ſocer, & filius communis, in quantum facere poſſunt. *l.* 2. *l.* 12. *l.* 13. *l.* 15. §. 1. *&* 2. *l.* 16. *l.* 17. §. *ult.* *l.* 18. *hic.*

Reſtituenda dos, unà cum fructibus, pro proportione anni, quo divortium factum eſt, *l.* 2. *l.* 7. *l.* 11. *l.* 31. §. *fin. eod.* & reparatione damni, ſi quod dolo, culpa, negligentia mariti, rebus dotalibus accidit. *l. pen. l. fin. hic.*

Et quidem, ſi in rebus immobilibus conſiſtat, ſtatim: ſin in aliis rebus, olim annua, bima, trima, die, hoc eſt tribus penſionibus annuis, *d. l. un.* §. *exactio.* *&* §. *cumque.* hodie intra annum, *d. l. un.* §. *cum autem.* reddenda.

Quo temporis intervallo mulier ab heredibus mariti, niſi ii dotem ſtatim reſtituere velint, *Coſtan. de dotib. cap. 6. num.* 18. alenda eſt, ſi aliunde exhibere ſe nequeat: *Jaſ. in* §. *fuerat. n.* 23. *& ſeq. Inſt. de action.* ac poteſt interea manere in domo ac bonis mariti, pignorique incumbere ſuo, donec ei dos integrè ſolvatur. *Bald. in l. pen. n.* 2. *C. de pign. act. & Bald. Nov. tract. de dote. part.* 8. *priv.* 6. *n.* 21.

Poteſt maritus, ex cauſa, dotem retinere; puta vel ob adulterium, deſertionem, aut aliud mulieris delictum, quod divortio cauſſam dedit: *l.* 38. *l.* 47. *hic. l. fin. C. de repud. Bald. in l. quod in uxorem. de neg. geſt.* vel ratione pacti: *l.* 48. *hic.* vel quia ſolvendo non eſt; *l.* 12. *cum l. ſeq. hic.* ita ut ea reddita, egeſtatem ſit paſſurus: *l.* 173. *de R. I.* vel quia ſine culpa mariti, aut per moram mulieris, res dotales perierunt. *l.* 26. *l.* 49. *hic.*

DI-

DIGESTORUM
LIBER XXV.

De Impenſis in res dotales factis.
TIT. I.

IMpenſarum aliæ ad fructus, aliæ ad perpetuam rei dotalis utilitatem pertinent. *l.* 3. §. 1. *hic.*

Hæ partim neceſſariæ ſunt, partim utiles, partim voluptuariæ. *l.* 1. *eod.*

Neceſſariæ, ſunt quæ habent in ſe neceſſitatem impendendi, *d. l.* 1. §. 1. id eſt, quibus non factis dos minuitur, *l.* 14. *in pr. hic.* & deterior futura eſt. *l.* 79. *in pr. V. S.*

Quæ ipſo jure dotem minuunt; ſi quidem ea in pecunia numerata conſiſtat; *l.* 51. *in pr. hic.* ſin in aliis rebus, per exceptionem; proinde maritus ſoluto matrimonio eò minus reſtituit: *l.* 5. *l. pen. hic. l. un.* §. *taceat. C. de rei uxor act.* ſi dotem integram ſolvit, ei vel condictio indebiti conceditur: *l.* 5. *in pr. &* §. *fin. hic.* vel actio mandati, aut negotiorum geſtorum. *l.* 7. §. *fin. ſolut. matr.* Niſi impenſæ ſint modicæ, quas ferre debet. *l. omninò.* 12. *hic.*

Vtiles ſunt, quas maritus non neceſſariò, ſed utiliter facit, quia rem dotalem meliorem reddunt. *l.* 5. §. *ult. l.* 6. 14. §. 1. *hic. d. l.* 79. §. 1.

Ex voluntate mulieris factæ repetuntur actione mandati; ſine ejus conſenſu factæ, actione negotiorum geſtorum. *l. un.* §. *taceat. in fin. C. de rei ux. act.*

Voluptariæ ſunt, quas maritus voluptatis cauſâ facit; & quæ ſpeciem exornant, non fructum augent. *l.* 7. *hic. d. l.* 79. §. *ult.*

Earum nomine deductio operis facti marito conceditur, quatenus ſine læſione ſpeciei id tollere poteſt. *d. l. un.* §. *taceat. verſ. ſed nec ob impenſas. l.* 9. *hic.*

Digitized by Google

Si dos, non habitâ harum impenſarum ratione, integrè ſoluta ſit, condici non poſſunt, *l. 39. §. 1. de hæred. pet.* quia nullo obligationis jure debentur. *l. 11. hic. d. §. taceat. l. 26. ubi Dd. de cond. ind. Weſ. hic.*

De actione rerum amotarum.

TIT. II.

Amotæ dicuntur res, quæ celatæ, abſconditæ, aſportatæ, conſumptæ, dolo malo, *l. 3. §. pen. l. 17. §. 2. hic.* hoc eſt, cogitatione divortii, quod poſtea inſecutum, interverſæ. *l. 25. eod.*

Datur circa ea actio rerum amotarum, & exceptio: *l. 6. §. item. l. 7. l. 11. eod.* ſive res propriæ ſint, ſive bona fide poſſeſſæ, ſive pignori obligatæ, aut quovis titulo detentæ. *l. 17. §. fin. l. 20. l. 24. ff. hic.*

Si divortium non ſecutum, non datur hæc actio rerum amotarum, ſed res amotæ condici poſſunt. *l. 25. hic.* Stante enim matrimonio hæc actio non datur; adeò ut ſoluto inſtituta, redintegrato matrimonio ſolvatur. *l. ult. eod.*

Spe mortis ſurreptarum rerum Vtilis competit actio: *l. 21. eod.* nec non hæreditatis petitio & actio ad exhibendum. *l. 22. §. fin. eod.*

Huic actioni rerum amotarum ut locus ſit, res conſtante matrimonio debent eſſe amotæ: ſi eo ſoluto, non actione furti, *l. pen. de crim. exp. hær.* ſed condictione contrectans tenetur. *l. 17. l. 3. l. 24. hic.*

Eſt hæc actio ex delicto perſonalis, *l. 26. hic.* conjux enim furtum revera facit; quod tamen ob favorem matrimonii lex non punit. *l. 1. 2. l. 29. hic.*

Conceditur conjugi cujus res amotæ, *d. l. 11.* ejuſque hæredi, adverſus conjugem avertentem res callido divertendi conſilio, ſive per ſe, ſive per alium: *l. 19. l. 21. eod.* & ejus hæredes, quatenus ad eos pervenit. *l. ult. C. eod. l. 6. §. 3. ff. eod.* Quia licet ſit ex delicto, tamen eſt rei perſecutoria, adeoque perpetua. *d. l. 21. §. pen.*

Res in hoc judicio æſtimantur, quanti fuerunt

eo

Digitized by Google

eo tempore, quo amotæ ſunt: *l.* 29. *eod.* ſed & ejus quod intereſt actoris æſtimatio habetur, *d.l.* 21. §.4. & condemnatio fit in ſolidum, non in quantum vir aut mulier facere poteſt: *d. l.* 21. §. *ult.* interdum etiam quantum in litem actor juravit. *l.* 8. §. *fin. l.* 9. *eod.*

Licet hic actio pœnalis in perſonis conjugum ceſſet; Iudex tamen ex officio, ut alia delicta, *l. congruit. de offic. Præſid. l. illud. ad L. Aquil.* ita & hoc vindicare poteſt. *Bart. in l.* 1. *nu.* 4. *hic.*

De agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis.

TIT. III.

DE agnoſcendis liberis duo Senatuſconſulta facta ſunt.

Primum Plancianum: Quod duas partes habet. *l.* 1. *hic.*

In prima cavetur, Mulierem debere, facto divortio, intra triginta dies denunciare marito vel patri ejus, vel, ſi copiam eorum non habeat, domum, ſe ex eo eſſe prægnantem; maritum autem cuſtodes ad ventrem ſervandum mittere, aut renunciare quod ex ſe prægnans non ſit; alioqui partum cogitur agnoſcere & alere. *l.* 1. *hic.*

Ex ſecunda parte Eæ, quæ falſum partum ſubjiciunt, pœna falſi tenentur. *d. l.* 1. *l.* 19. §. 1. *l.* 30. *ad l. Corn. de falſ. l.* 10. *C. eod.*

Altero Senatuſconſulto, temporibus Hadriani facto, partus conſtante matrimonio editus agnoſci jubetur. *l.* 3. §. 1. *hic.*

Qui partum agnoſcere cogitur, etiam pro modo facultatum alere tenetur. *l.* 5. *hic.*

Pater eſt, quem nuptiæ demonſtrant. *l.* 5. *de in jus voc.* Niſi evidentiſſimis rationibus oſtendat, ex ſe procreatum non eſſe. *l.* 6. *de his qui ſui vel al. jur.* Quia forte per annum abfuit; aut ea valetudine non fuit ut generare potuerit, & mater crebro ſe adulterio miſcuerit. *d. l.* 6.

Digitized by Google

Liberi vice verſa, ſi parentes egeant, eos pro modo facultatum alere tenentur. *l. 5. hic. l. 1. & 2. C. de alend. lib.*

Quod nutricationis onus in heredes tranſit, *d. l. 5. §. 17.* nec ullo pacto aut ſtatuto tolli poteſt. *Decius, in l. 8. de R. I.*

Patroni ſimiliter egentes & eorum liberi, à libertis, pro modo facultatum, ſunt alendi. *d. l. 5. §. 18. & §§. ſeqq. l. ult. hic.*

Et libertum inopem patronus, ſi poſſit, alere jubetur; alioquin perdit patronatus jus. *l. 6. eod.*

De quibus omnibus judex cognoſcit. *d. l. 5. pr. & §. 18. & §§. ſeqq.*

De inſpiciendo ventre, cuſtodiendoque partu.

Tit. IV.

Reſcripto Divorum fratrum continetur, Vt, ſi mulier à viro divertens, neget ſe eſſe ex eo prægnantem, maritus autem prægnantem aſſerat, tres obſtetrices eo poſtulante mittantur, quæ ventrem inſpiciant, &, ſi vel omnes, vel duæ, prægnantem videri renunciaverint, perinde cuſtos adhibeatur, ac ſi ipſa hoc deſideraſſet. *l. 1. in pr. hic.*

Edixit & Prætor: Vt, ſi mulier mortuo marito prægnantem ſe eſſe dicat, his ad quos ea res pertinet, id denunciet, ut poſſint mulieres, quæ ventrem inſpiciant, mittere, & viros, qui cuſtodiant: quibus partus editus oſtendendus. *vide Edicti verba. in d. l. 1. §. 10.*

Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſsâ, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur.

Tit. V.

Competit actio in factum in mulierem quæ dolo malo in alium hanc poſſeſſionem transtulit, in

in id quanti intereſt ejus qui experitur, poſſeſſionem non eſſe tranſlatam. *l. un. princ. & §. 1. hic.*

Quæ actio, utpote rei perſecutoria, etiam poſt annum competit. *d. l. un. §. pen.*

Qui per dolum venit in poſſeſſionem, cogitur decedere per interdictum (forte Quorum bonorum, aut actionem in factum ex hoc Edicto.) ad jus ordinarium remiſſus. *d. l. un. §. 1. hic.*

Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicatur.

TIT. VI.

ADverſus mulierem hanc, vel ejus parentem, datur actio illis quorum interfuit miſſionem non decerni, ad id quod intereſt. *l. un. §. 1. 2. 5. §. 6. cum ſeqq. §§. hic.*

Quæ actio non eſt, ut ſuperior, *l. un. §. pen. ſupra* perpetua, ſed anno terminatur. *d. l. un. §. 3. hic.* quia eſt famoſa. *l. 15. cum ll. ſeqq. de his qui not. inf.*

De concubinis.

TIT. VII.

COncubina eſt, quæ cum uxor non ſit, cum aliquo tamen vivit, & uxoris loco in domo eſt, ac corpus miſcet. *l. 144. de V. S.*

Concubinatus ex ſola animi deſtinatione æſtimatur. *l. 4. hic.*

Iure civili extra pœnam & infamiam eſt, *Bald. in l. 3. C. de cond. inſer. l. un. C. hic.* iis qui uxores non habent, *d. l. un.* extra lenocinium. *Nov. de lenocin. 14.*

Eſſe concubina non poteſt, honeſtæ vitæ, locique ingenua; *l. 3. hic. l. 24. de rit. nupt.* cum alia in concubinatu concurrens; *Nov. 74.* quæ olim patris aut filii fuit; *l. 1. in fin. hic.* quævis fœmina jure Divino & Canonico. *Ext. de cohabit. & cler. & mul. 1 Cor. 5. Gl. in l. 1. hic.*

Digitized by Google

DIGESTORUM
LIBER XXVI.

De tutelis.

TIT. I.

SEquitur præcedentes contractus perſonales, Tutela; quæ quidem impropriè, & contractus vocabulo latè ſumpto, dicitur contractus, *l.* 27. *de R. I.* revera autem eſt quaſi contractus. *l.* 5. §. 1. *de O. & A.* Quia tutor ex adminiſtratione tenetur, & per eam inter tutorem & pupillum actio ultro citroque directa & contraria naſcitur. §. 2. *Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex contr. naſc.*

Tutela eſt vis ac poteſtas in capite libero (*id eſt, tutore, qui debet eſſe liber:*) ad tuendum eum, (*pupillum*) qui propter ætatem ſuam (*pupillarem*) ſponte ſe defendere nequit, (*id eſt, ſine tutore*) jure civili data ac permiſſa. *l.* 1. *hic.*

Lex enim XII Tabularum partim dat tutelam, ſcilicet legitimam; partim à teſtatore & magiſtratu dari permittit: ſcilicet teſtamentariam & dativam.

Eſt tutela officium virile, *l.* 16. *hic.* civile, publicum, §. 1. *Inſt. de excuſ. tut.* auctoritate. *l.* 6. §. 15. *de excuſ. tut. l.* 2. *de R. I.* ſed utilitate privatum, *Gl. in d. l.* 6. *per illum text.* ſuâ naturâ gratuitum; *Bald. in l. meminimus. in fin. C. de legit. her. text. in l.* 5. *de excuſ. tut.* quanquam ex juſta cauſa ſalarium tutori, auctoritate & decreto judicis, conſtitui poſſit. *Bart. in l.* 9. *hic. per l.* 1. § 6. *de tut. & rat. diſtr. l.* 33. § *fin. de adm. tut. Bald. in l.* 6. *n.* 16. *C. de bon. quæ lib.*

Tutor alius eſt cum adminiſtratione, alius ſine adminiſtratione, qui honorarius dicitur, & honoris tantum causâ datur; vel notitiæ, id eſt, ut gerentes inſtruat. *l.* 3. §. 1. *&* 2. *de adm. tut. l.* 1. *C. de peric. tut. l.* 14. §. 1. *de ſolut.*

Tuto-

Digitized by Google

Tutores eſſe non poſſunt, qui pupillo defenſionem & tuitionem præſtare nequeunt: ut ſurdi & muti, *l.* 1. §. *fin. l. pen. hic.* minores. §. *minores. Inſt. de excuſ. tut.* Niſi à patre in teſtamento; §. 2. *Inſt. qui teſt. tut. dari poſſ.* furioſi, §. *furioſus. Inſt. qui teſt. tut.* omneſque alii qui curâ indigent alienâ. *l. fin. C. de leg. tut. d.* §. *furioſus. d.* §. *minores.*

Nec mulieres, *l.* 1. *C. quan. mul. tut. off.* niſi ex indulgentia Principis. *l. fin. hic. Gl. in d. l.* 1.

Poſſunt mater & avia, *l.* 2. *cum Auth. ſeq. l. fin. Auth. ad hac. C. quan. mul. tut. off.* etiamſi ſint creditrices aut debitrices liberorum. *d. Auth. ad hac.*

Et manent tutrices quamdiu caſtâ in viduitate permanent. Contractis ſecundis nuptiis, vel pudore proſtrato, *Gl. in Auth. ſacramentum. ad verb. contractis. C. eod. per Nov.* 39. *c.* 2. *& Nov.* 22. *c.* 23. ipſo jure tutrices eſſe deſinunt. *d. Auth. ſacramentum. vid. Bart. in l. ſi quis ſub. de teſt. tut.*

Aliàs hodie debitor, vel creditor, non poteſt ſui creditoris debitoriſve tutor eſſe: *Nov.* 72. niſi ſit teſtamento datus. *vid. Bald. & Dd. in l.* 8. *C. qui dar. tut. Bart. in l. quoties.* §. *ſicut. de adm. tut.*

Nec poteſt eſſe tutor, qui cum pupillo litigat; *d. Nov.* 72. *l.* 27. §. *cum autem. de teſt. tut. ubi Bart. Auth. minoris. ubi Bart. n.* 1. *&* 2. *C. qui dar. tut. poſſ.* qui bona ejus poſſidet; *Bart. in d. Auth. minoris. n.* 7. illi cohæres eſt, aut multorum bonorum ſocius; *vid. dict. Bart. in d. Auth. minoris.* qui juriſdictioni non eſt ſubjectus, cui pupillus ſubeſt; *l.* 10. *ubi Bart. hic.* niſi à patre detur: *l.* 32. *in princ. ff. de teſtam. tut.* qui pupillo ſit vitricus; *l.* 3. *ubi Bald. C. de contr. jud. tut. l.* 1. *ubi Gl. ad verb. vitricum. C. ubi pup. ed.* niſi causâ cognitâ Magiſtratus permiſerit. *l.* 32. §. 1. *ff. de adoption.* ſervus, niſi in teſtamento detur; *l.* 7. *C. qui dar. tut.* miles, *l.* 4. *C. eod.* colonus principis. *l. fin. C. eod.*

Extra hos, qui non prohibentur omnes tutelam gerere poſſunt, imò vel inviti debent: *l.* 3. *C. de ſuſp. tut. l.* 1. *de adm. tut.* ſive patresfamilias ſint, ſive filiifamilias. *pr. Inſt. de iis qui tut. teſt. dar. poſſ.*

Et-

Digitized by Google

Et quando idoneus, pupilli in loco, tutor haberi non poteſt, ex locis vicinis (non tamen ultra centeſimum miliare. §.18. *Inſt. de excuſ. tut. l.* 10. *ff. l.* 6. *C. eod. tit.*) aſſumi poteſt. *l. Divi. de tut. dat. ab his.*

Datur tutor tuendæ principaliter perſonæ pupilli, non rei: *l.* 14. *de teſt. tut.* ſecundariò tamen ad univerſum patrimonium adminiſtrandum datus creditur. §. *datus. Inſt. de excuſ. tut.*

Non intereſt cujus ſit fortunæ pupillus aut dignitatis. *l.* 1. *C. de tut. ill. perſ. Gl. & Bart. in l.* 1. *de teſt. tut.*

Filiis tamen bannitorum, aut captivorum ab hoſtibus, non tutor, ſed curator præfici ſolet. *l.* 6. §. *fin. hic. Bald. in l.* 1. *n.* 14. *C. de her. inſt.*

Et pluribus unus tutor dari poteſt: §. 6. *verſ. item tria. Inſt. de excuſ. tut.* & plurium in una familia liberorum tutela, non pro pluribus, ſed pro una reputatur. *l.* 3. *l.* 31. §. *fin. de excuſ.*

Quia curatores ſunt tutoribus ſimiles, idcircò & in hoc, & omnibus ferè titulis ſequentibus, de tutoribus & curatoribus agitur.

Cura eſt poteſtas in capite libero, ad tuenda illius negotia, qui per ætatem, vel animi, aut corporis vitium, ea gerere non poteſt.

Eſt alia legitima: nam ex Lege XII Tabularum furioſi & prodigi in legitima ſunt agnatorum cura: §. *furioſi. Inſt. de curat. vid. Nov.* 72. alia dativa, quæ auctoritate magiſtratus, ejuſdem qui tutorem dat, *princ. Inſt. de curator.* minoribus viginti quinque annis præficitur. *in pr. Inſt. de curat.*

Teſtamento curator nequidem à patre, *l.* 7. *C. de teſt. tut.* datur, ſed datus à Prætore confirmatur: *pr. &* §. 2. *Inſt. eod.* non ob dationem patris, ea enim nulla eſt, ſed ob judicium.

Quæ de tutoribus diximus, eadem & in curatoribus obtinent. *l.* 1. *de adm. tut. l.* 23. *C. eod. l.* 4. *C. de per. tut. l.* 1. *C. arb. tut.*

Differunt tamen. Nam tutores impuberibus; curatores puberibus dantur: *in pr. Inſt. de cur.* Illi invitis, hi, extra litem, tantum volentibus: §. 3. *Inſt. eod.* Illi perſonæ, hi bonis præficiuntur, *l.* 8. *C. de*

nupt.

nupt. perſonam tamen neglectui habere non debent: *l.* 7. *de cur. fur.* Illi ad univerſum patrimonium, §. 19. *Inſt. de excuſ. tut.* hi ad ſingula etiam negotia, ſingulaſque cauſas: *l.* 7. *de tut. & cur.* §. 1. *Inſt. hic.* illi tutorem habenti non dantur, hi dari poſſunt. §. 6. *Inſt. de curat.*

De teſtamentaria tutela.

T I T. II.

LEge XII Tabularum permiſſum eſt parentibus, ut liberis ſuis, (non etiam extraneis) ſive maſculini, ſive fœminini ſexus, quos quidem in poteſtate habent, & qui poſt eorum mortem ſui juris futuri ſunt, §. 3. *Inſt. de tutel.* teſtamento vel codicillis teſtamento confirmatis, *l.* 3. *hic.* tutores (non curatores) dare, ſed verbis directis, *l.* 1. §. 1. *tit. ſeq.* poſſint. *l.* 1. *hic.*

Dari poſſunt ii, quibuſcum teſtamenti factio eſt: *l.* 21. *hic.* hoc eſt, qui ex teſtamento capere poſſunt.

Mater, quæ liberos non habet in poteſtate, §. 11. *Inſt. de adopt.* teſtamento iis tutores dare nequit: niſi (ex conſtitutionibus) eos inſtituerit. *l.* 4. *hic.*

Quamdiu verò teſtamentaria tutela ſperatur, legitima ceſſat. *in pr. Inſt. de legit. agn. tut.*

De confirmando tutore vel curatore.

T I T. III.

OPus eſt confirmatione Magiſtratus, ſi tutor teſtamento datus, quibus non oportet, vel aliter quam oportet; ut quæ deſunt teſtamento ſuppleat. *l.* 38. *de adopt.* §. *ult. Inſt. de tutel.*

A patre minus legitimè dati, citra ullam inquiſitionem, id eſt, habitâ omninò fide electioni & judicio patris, *l.* 4. *tit. præced. l.* 8. *hic.* (Niſi ſint dati filio naturali, cui nihil teſtamento relictum; *l.* 7. *in princ. hic.*) aut ſatiſdationem, confirmantur. *l.* 1. *l. ſi filio. l. fin. hic.*

Digitized by Google

A matre dati, citra ſatiſdationem, ex inquiſitione: *l.2. eod.* ut & à patrono dati. *l.4.hic.l.28.§.fin. de teſt. tut.*

Ab extraneo dati, ex inquiſitione confirmari debent, & ſatiſdare, ſed non niſi hæredi inſtituto dati ſint. *l. 4. 5. eod. l. 2. & 5. C. eod.*

Magiſtratus tutorem, etiam à patre datum, reprobat: ſi aut ea de tutore comperta habet, quæ teſtatorem latebant; aut ipſe teſtator voluntatem poſtea mutavit. *l. 8. cum ſeqq. hic.*

De legitimis tutoribus.

TIT. IV.

CEſſante tutelâ teſtamentariâ locus eſt legitimæ. *pr. Inſt. de leg. agn. tut.*

Nam, inteſtato parente mortuo, vel ſi teſtamento tutor datus non eſt, agnatis lege XII Tabularum defertur tutela; *l. 5. l. 6. hic.* & quidem proximis. *l. 8. l. 9. hic.*

Hodie legitima tutela defertur his, qui ad legitimam ſucceſſionem vocantur, ſive ſint agnati, ſive cognati: ita ut eodem ordine vocentur ad emolumentum hæreditatis, & ad onus tutelæ. *ex Nov. 118. c. 5.*

Eſt in hac tutela locus ſucceſſioni. *l. 3. §. pen. hic.*

Quare defunćto parente, qui filii emancipati tutor eſt, non quidem legitimus, ſed quaſi legitimus: ſi liberi qui in poteſtate parentis uſque ad mortem fuerunt, perfectæ ætatis exiſtant: fiduciarii tutores fratris emancipati, vel ſororis, efficiuntur. *l. 3. §. fin. l. 4. hic.*

Patronis quoque ex lege XII Tabularum libertorum tutela, per conſequentias hæreditatum mandari videtur. *Inſt. de leg. patr. tut.* ſed causâ cognitâ. *l. 5. hic.*

Digitized by Google

De tutoribus & curatoribus datis ab his, qui jus dandi habent, & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt.

TIT. V.

DEficientibus vel excuſatis tutelis teſtamentariâ & legitimâ, Magiſtratus competens tutorem dat; dativum inde dictum. *l.* [illegible] *rem pup. ſalv. for.*

In Vrbe dat is, qui juriſdictionem habet, ut Prætor, Præfectus Vrbi: §. *ſed hoc jure. Inſt. de Attil. tut.* in provincia is, cui hanc facultatem lex, vel Senatusconſultum, vel Princeps nominatim conceſſit. *l. 6.* §. 2. *de tutel.* ut Præſes, & Magiſtratus municipalis. *d.* §. *ſed hoc jure.*

Dari poſſunt tutores, qui dantis juriſdictioni ſunt ſubjecti. *l. 3. hic.*

Et dant quidem tutores, vel ex inquiſitione; *l. 18. hic.* (puberibus volentibus, §. 3. *Inſt. de curat.* impuberibus invitis: *l. 2. l. 3. l. 6. l. 15. hic.* mulieribus, *l. 7. hic.* & prodigis, ac furioſis, quamvis majoribus, *l. 12. eod.*) & tum ſatiſdare non coguntur: *in pr. Inſt. de ſatiſd. tut. l. 3. C. de tut. qui ſatiſd. non deb.* vel ſine inquiſitione; & coguntur. *l. fin. C. de auct. praſt. in pr. Inſt. de ſatiſd. tut.*

Qui petant tutores vel curatores, & ubi petantur.

TIT. VI.

MAter tutores petere, hodie intra annum, *l. 10. C. de legit. hered.* neceſſe habet, *l. 1. hic.* alioquin ſucceſſione ſe facit indignam: *l. 2. 3. l. fin. eod.* Niſi juſtum eam excuſet impedimentum. *l. 8. l. 3. C. eod.* Item liberti; qui ceſſantes à magiſtratu puniuntur. *d. l. 2.* §. 1. *in fin.*

Re-

Digitized by Google

Reliqui cognati, Niſi ad mortui ſucceſſionem vocentur, *l. pen. C. eod.* & amici pro libitu petunt. *d. l. 2.*

Adultus ipſe ſibi curatorem petit, vel ejus voluntate quilibet alius. *d. l. 2.* §. 4.

Petendi tutores vel curatores ibi, unde is, cui dantur, per patrem, *l. 3. C. de munic. & origin.* originem ducit, vel major eſt facultatum pars. *l. 27. de tut. vel cur. dat. l. un. C. ubi pet. tut.*

De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum, qui geſſerint vel non: & de agentibus vel conveniendis uno vel pluribus.

TIT. VII.

TUtor ſimul atque datus eſt, ad adminiſtrandum obligatur & ſuo periculo ceſſat. *l. 1. in pr. hic.*

Et quia tutelam aliter gerere non poteſt, quam ſi decreto Magiſtratus, adminiſtratio ei ſit commiſſa: *l. 3. hic. §. pen. hic. l. 3. de poſtul. l. 5. §. pen. de leg. tut.* ideò eam ſibi decerni petere debet.

Ea tamen non ante decernetur, quam tutor rerum pupillarium inventarium conficiat, (Niſi forte perſona (ut ſi pupillus valetudine oppreſſus curandus ſit) & utilitas pupilli (ut ſi res ejus citiſſime ſint diſtrahendæ, quia alias perituræ.) aliud exigat: *l. 7. hic.*) & jusjurandum cautionemque, datis fidejuſſoribus, *l. 2. 3. 4. §. 1. ff. rem pup. ſalv. fore. l. 7. ff. de prætor. ſtip.* præſtet, Rem pupilli ex bona fide defenſum iri; *l. fin. §. pen. C. hic. Bart. in d. l. 5. Matheſ. ſing.* 107. ſubjectâ bonorum ſuorum omnium hypothecâ. *Spec. de tut. §. fin. n. 1. per l. 27. C. de Epiſc. aud. l. fin. §. 6. verſ. in provinciis. C. de curat. furioſ.*

Si plures tutores dati ſunt, ad adminiſtrationem eligendus eſt, quem teſtator gerere voluit, aut cui major tutorum pars tutelam decernit, aut qui Prætori maximè probatur.

Si tutores Prætori non conſentiant, ſed velint omnes gerere; aut ſi tutelam partibus vel regionibus dividi inter ſe petant, *vid.l.2.& t.t.C. de div.tut.* audiendi ſunt. *l.* 3. 4. *hic.*

Cujuſcunque generis tutor, *Gloſſ. in l.* 24. *verbo, publica. & ibi Salicet. C.hic.* qui adminiſtrationem ſuſcipit, ſi primo quoque tempore repertorium omnium pupilli bonorum facere neglexerit, in id quod intereſt tenetur, quod jurejurando in litem æſtimatur; quin & removeri ut ſuſpectus poteſt. *l.* 7. *hic. l. tutores. C. eod. l.*5.§.5. *C.arb.tut.* Niſi neceſſariam & juſtiſſimam cauſam, cur id non fecerit, allegare poſſit. *d. l.* 7. *in princ.*

Et, ſi pecuniam pupilli relinquat otioſam, ad uſuras tenetur. *d. l.* 7. §. 3.

Singuli qui geſſerunt, finitâ tutelâ de eo quod dolo, culpâ, negligentiâ eorum, pupillo abeſt, *d. l.* 7. §. 2. *l.* 7. *C. arb. tut.* tenentur in ſolidum. *l.* 55. *hic.*

Iis non ſufficientibus, fidejuſſores: poſt, Magiſtratus, qui idoneè caveri non curarunt: *l.*1.§.*uſque adeo. de tut. & rat. diſt.* & poſtremo tutores honorarii. *l.* 39 §. 11. *hic.*

Tutoribus tamen, etſi in ſolidum teneantur, ſuccurri ſolet quatuor beneficiis.

1. Diviſionis, iis qui non diviſam tutelam ſimul adminiſtrarunt, dummodo omnes ſolvendo ſint, ut pro virilibus exigantur. *l.*1.*C.de div tut.l.*1.§.11. *de tut. & rat. diſt.*

Si à teſtatore vel lege diſtributa in partes ſit tutela, ipſo jure ſunt tuti, ne ultra portionem ſuam conveniantur: *l.* 2. *C. de div. tut.* ut & fidejuſſores. *l.* 51. *in pr. de fidejuſſ.*

Alicujus inopia, non pupilli, ſed contutorum periculo eſt, *d.l.*1. §.10. exemplo fidejuſſorum. *l. fin. C. de conſt. pec. l. fidejuſſores. C. de fidejuſſ.*

2. Ordinis; ut prius excutiantur bona, fidejuſſoreſque ejus qui geſſit: ac tum demum Magiſtratus, tutoreſque honorarii teneantur. *d. l.* 1. §. 10. & §. *uſque adeo.*

3. Cedendarum actionum, cum qui in ſolidum

pro

Digitized by Google

Reliqui cognati, Niſi ad mortui ſucceſſionem vocentur, *l. pen. C. eod.* & amici pro libitu petunt. *d. l. 2.*

Adultus ipſe ſibi curatorem petit, vel ejus voluntate quilibet alius. *d. l. 2. §. 4.*

Petendi tutores vel curatores ibi, unde is, cui dantur, per patrem, *l. 3. C. de munic. & origin.* originem ducit, vel major eſt facultatum pars. *l. 27. de tut. vel cur. dat. l. un. C. ubi pet. tut.*

De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum, qui geſſerint vel non : & de agentibus vel conveniendis uno vel pluribus.

TIT. VII.

Tutor ſimul atque datus eſt, ad adminiſtrandum obligatur & ſuo periculo ceſſat. *l. 1. in pr. hic.*

Et quia tutelam aliter gerere non poteſt, quam ſi decreto Magiſtratus, adminiſtratio ei ſit commiſſa: *l. 3. hic. §. pen. hic. l. 3. de poſtul. l. 5. §. pen. de leg. tut.* ideò eam ſibi decerni petere debet.

Ea tamen non ante decernetur, quam tutor rerum pupillarium inventarium conficiat, (Niſi forte perſona (ut ſi pupillus valetudine oppreſſus curandus ſit) & utilitas pupilli (ut ſi res ejus citiſſime ſint diſtrahendæ, quia alias perituræ.) aliud exigat: *l. 7. hic.)* & jusjurandum cautionemque, datis fidejuſſoribus, *l. 2. 3. 4. §. 1. ff. rem pup. ſalv. fore. l. 7. ff. de prætor. ſtip.* præſtet, Rem pupilli ex bona fide defenſum iri; *l. fin. §. pen. C. hic. Bart. in d. l. 5. Matheſ. ſing.* 107. ſubjectâ bonorum ſuorum omnium hypothecâ. *Spec. de tut. §. fin. n. 1. per l. 27. C. de Epiſc. aud. l. fin. §. 6. verſ. in provinciis. C. de curat. furioſ.*

Si plures tutores dati ſunt, ad adminiſtrationem eligendus eſt, quem teſtator gerere voluit, aut cui major tutorum pars tutelam decernit, aut qui Prætori maximè probatur.

Si

Si tutores Prætori non conſentiant, ſed velint omnes gerere; aut ſi tutelam partibus vel regionibus dividi inter ſe petant, *vid. l. 2. & t. 3. C. de div. tut.* audiendi ſunt. *l. 3. 4. hic.*

Cujuſcunque generis tutor, *Gloſſ. in l. 24. verbo, publica. & ibi Salicet. C. hic.* qui adminiſtrationem ſuſcipit, ſi primo quoque tempore repertorium omnium pupilli bonorum facere neglexerit, in id quod intereſt tenetur, quod jurejurando in litem æſtimatur; quin & removeri ut ſuſpectus poteſt. *l. 7. hic. l. tutores. C. eod. l. 5. §. 5. C. arb. tut.* Niſi neceſſariam & juſtiſſimam cauſam, cur id non fecerit, allegare poſſit. *d. l. 7. in princ.*

Et, ſi pecuniam pupilli relinquat otioſam, ad uſuras tenetur. *d. l. 7. §. 3.*

Singuli qui geſſerunt, finitâ tutelâ de eo quod dolo, culpâ, negligentiâ eorum, pupillo abeſt, *d. l. 7. §. 2. l. 7. C. arb. tut.* tenentur in ſolidum. *l. 55. hic.*

Iis non ſufficientibus, fidejuſſores: poſt, Magiſtratus, qui idoneè caveri non curarunt: *l. 1. §. uſque adeo. de tut. & rat. diſt.* & poſtremo tutores honorarii. *l. 39 §. 11. hic.*

Tutoribus tamen, etſi in ſolidum teneantur, ſuccurri ſolet quatuor beneficiis.

1. Diviſionis, iis qui non diviſam tutelam ſimul adminiſtrarunt, dummodo omnes ſolvendo ſint, ut pro virilibus exigantur. *l. 1. C. de div. tut. l. 1. §. 11. de tut. & rat. diſt.*

Si à teſtatore vel lege diſtributa in partes ſit tutela, ipſo jure ſunt tuti, ne ultra portionem ſuam conveniantur: *l. 2. C. de div. tut.* ut & fidejuſſores. *l. 51. in pr. de fidejuſſ.*

Alicujus inopia, non pupilli, ſed contutorum periculo eſt, *d. l. 1. §. 10.* exemplo fidejuſſorum. *l. fin. C. de conſt. pec. l. fidejuſſores. C. de fidejuſſ.*

2. Ordinis; ut prius excutiantur bona, fidejuſſoreſque ejus qui geſſit: ac tum demum Magiſtratus, tutoreſque honorarii teneantur. *d. l. 1. §. 10. & §. uſque adeo.*

3. Cedendarum actionum, cum qui in ſolidum pro

Reliqui cognati, Niſi ad mortui ſucceſſionem vocentur, *l. pen. C. eod.* & amici pro libitu petunt. *d. l. 2.*

Adultus ipſe ſibi curatorem petit, vel ejus voluntate quilibet alius. *d. l. 2. §. 4.*

Petendi tutores vel curatores ibi, unde is, cui dantur, per patrem, *l. 3. C. de munic. & origin.* originem ducit, vel major eſt facultatum pars. *l. 27. de tut. vel cur. dat. l. un. C. ubi pet. tut.*

De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum, qui geſſerint vel non: & de agentibus vel conveniendis uno vel pluribus.

TIT. VII.

TVtor ſimul atque datus eſt, ad adminiſtrandum obligatur & ſuo periculo ceſſat. *l. 1. in pr. hic.*

Et quia tutelam aliter gerere non poteſt, quam ſi decreto Magiſtratus, adminiſtratio ei ſit commiſſa: *l. 3. hic. §. pen. hic. l. 3. de poſtul. l. 5. §. pen. de leg. tut.* ideò eam ſibi decerni petere debet.

Ea tamen non ante decernetur, quam tutor rerum pupillarium inventarium conficiat, (Niſi forte perſona (ut ſi pupillus valetudine oppreſſus curandus ſit) & utilitas pupilli (ut ſi res ejus citiſſime ſint diſtrahendæ, quia alias perituræ.) aliud exigat: *l. 7. hic.*) & jusjurandum cautionemque, datis fidejuſſoribus, *l. 2. 3. 4. §. 1. ff. rem pup. ſalv. fore. l. 7. ff. de prætor. ſtip.* præſtet, Rem pupilli ex bona fide defenſum iri; *l. fin. §. pen. C. hic. Bart. in d. l. 5. Matheſ. ſing. 107.* ſubjectâ bonorum ſuorum omnium hypothecâ. *Spec. de tut. §. fin. n. 1. per l. 27. C. de Epiſc. aud. l. fin. §. 6. verſ. in provinciis. C. de curat. furioſ.*

Si plures tutores dati ſunt, ad adminiſtrationem eligendus eſt, quem teſtator gerere voluit, aut cui major tutorum pars tutelam decernit, aut qui Prætori maximè probatur.

Si

Si tutores Prætori non conſentiant, ſed velint omnes gerere; aut ſi tutelam partibus vel regionibus dividi inter ſe petant, *vid. l. 2. & t. 3. C. de div. tut.* audiendi ſunt. *l. 3. 4. hic.*

Cujuſcunque generis tutor, *Gloſſ. in l. 24. verbo, publica. & ibi Salicet. C. hic.* qui adminiſtrationem ſuſcipit, ſi primo quoque tempore repertorium omnium pupilli bonorum facere neglexerit, in id quod intereſt tenetur, quod jurejurando in litem æſtimatur; quin & removeri ut ſuſpectus poteſt. *l. 7. hic. l. tutores. C. eod. l. 5. §. 5. C. arb. tut.* Niſi neceſſariam & juſtiſſimam cauſam, cur id non fecerit, allegare poſſit. *d. l. 7. in princ.*

Et, ſi pecuniam pupilli relinquat otioſam, ad uſuras tenetur. *d. l. 7. §. 3.*

Singuli qui geſſerunt; finitâ tutelâ de eo quod dolo, culpâ, negligentiâ eorum, pupillo abeſt, *d. l. 7. §. 2. l. 7. C. arb. tut.* tenentur in ſolidum. *l. 55. hic.*

Iis non ſufficientibus, fidejuſſores: poſt, Magiſtratus, qui idoneè caveri non curarunt: *l. 1. §. uſque adeo. de tut. & rat. diſt.* & poſtremo tutores honorarii. *l. 39 §. 11. hic.*

Tutoribus tamen, etſi in ſolidum teneantur, ſuccurri ſolet quatuor beneficiis.

1. Diviſionis, iis qui non diviſam tutelam ſimul adminiſtrarunt, dummodo omnes ſolvendo ſint, ut pro virilibus exigantur. *l. 1. C. de div. tut. l. 1. §. 11. de tut. & rat. diſt.*

Si à teſtatore vel lege diſtributa in partes ſit tutela, ipſo jure ſunt tuti, ne ultra portionem ſuam conveniantur: *l. 2. C. de div. tut.* ut & fidejuſſores. *l. 51. in pr. de fidejuſſ.*

Alicujus inopia, non pupilli, ſed contutorum periculo eſt, *d. l. 1. §. 10.* exemplo fidejuſſorum. *l. fin. C. de conſt. pec. l. fidejuſſores. C. de fidejuſſ.*

2. Ordinis; ut prius excutiantur bona, fidejuſſoreſque ejus qui geſſit: ac tum demum Magiſtratus, tutoreſque honorarii teneantur. *d. l. 1. §. 10. & §. uſque adeo.*

3. Cedendarum actionum, cum qui in ſolidum pro

Digitized by Google

pro collega exigitur, petit à pupillo, cedi ſibi actiones, quibus contra contutorem experiatur, ſi forte is ad meliorem fortunam perveniat. *d. l.* 1. §. 10. *&* §. *plane. vid. Bart. in l. Modeſtinus. circa fin. de ſolut.*

4. Vtilis actionis negociorum geſtorum, qua ſolvens, omiſſa ceſſionis petitione, contutorem convenire poteſt. *d. l.* 1. §. 10. *l.* 30. *de neg. geſt.*

Quæ actio fidejuſſoribus denegatur. *l.* 39. *de fidejuſſ. l. Stichum.* §. 10. *de ſolut.* quia pro reo principali, non pro confidejuſſore, ſolverunt.

De auctoritate & conſenſu tutorum & curatorum.

Tit. VIII.

Dicitur tutor auctoritatem præſtare, cum probat id quod agitur. *l.* 3. *hic.*

Et neceſſe eſt in omnibus pupilli obligationibus eum cui adminiſtratio decreta, *l.* 4. *l.* 6. *hic.* licet non gerat, *l.* 49. *ff. de acq. hered.* modò ei non fuerit interdicta, *d. l.* 4. *junct. l.* 14. §. 1. *ff. de ſolution.* intercedere, & ſuo conſenſu obligationem approbare: alioqui pupillus non obligatur, *l.* 5. §. 1. *hic.* ut nec exigi poſſit, & ſi exactum ſolverit, habeat repetitionem: *l.* 41. *de cond. ind. l.* 59. *l.* 10. *de O. & A.* etiamſi naturaliter obligetur quod ad conſenſum naturalem attinet: *l.* 1. *in fin. de novat.* & quatenus factus eſt locupletior; qua ex cauſa & civilis actio datur. *l.* 1. §. 15. *depoſ.*

Si tutor auctoritatem præſtando res pupillares diminuat, extra damnum eſt pupillus: cum quia tutor rem illi ſalvam præſtare debet, *t. t. rem pup. ſalv. fore. l.* 21. *l.* 23. *C. de adm. tut.* tum quod in integrum reſtitui poteſt. *l.* 2. *& t. t. C. ſi tut. vel cur. inter.*

Sufficit unius tutoris auctoritas, quamvis plures dati ſint: *l.* 4. *ff. l. fin. C. hic.* & licet de plurium pupillorum re tractetur: *l.* 20. *hic.* niſi cum de communi tutelæ negotio, quod omnes tangit, agitur:

Digitized by Google

tur: *d. l. fin.* aut niſi tutela diviſa ſit; tunc enim quiſque in ſua adminiſtratione auctor fieri debet: *d. l. fin.* in parte enim adminiſtrationis quæ collegæ incumbit pro extraneo eſt. *l. 51. de adm. tut. l. fin. C. ſi ex plur. tut.*

Quare honorarius tutor, auctor non rectè fit. *l. 4. hic.*

Illi enim ſolum auctoritatem ritè interponunt, quibus adminiſtratio commiſſa eſt. *l. 6. hic. l. 1. C. ſi ex plur. tut.*

Minori curatorem habenti; in bonorum adminiſtratione conſenſu perinde ejus opus eſt, atque pupillo, auctoritate tutoris: *l. 3. C. de in int. reſt. min.* in obligatione perſonæ cui curator non datur, non item: *l. 101. l. ult. §. 2. de V. O.* ut nec in factione teſtamenti. *l. 20. § ult. de lib. leg. Bald. in l. 3. n. 13. C. de cond. ob cauſ.*

Quod ſi curatorem non habet, extra judicium quidem per ſe ſua curare, non tamen liberè & abſque auctoritate alienare poterit: *Cujac. in l. 1. & 2. de minor.* in judicio curatore opus habet. *l. 3. §. pen. de tut. l. 4. C. hic.*

In ſua cauſa tutor curatorve auctor fieri non poteſt. *l. 1. l. 5. ff. §. fin. Inſt. hic.*

Nam ipſum ſibi auctorem fieri, ac quaſi jus dicere ſuſpicioſum fuerit. *l. 10. de juriſd. l. un. C. ne quis in ſua cauſ.*

Debet in ipſo negotio & actu auctor fieri: alioqui poſtea conſentiens nihil agit. *l. 9. §. auctor. ff. §. pen. Inſt. hic.*

Eſt enim auctoritas pars actus ſeu ſolennitatis, quæ ab actu dividi nequit. *l. 28. C. de teſtam. l. 21. ff. eod. l. 9. ubi Bart. C. qui teſt. fac.*

Conſenſus, quia non ad integrandam perſonam ſed ad actus confirmationem interponitur, qui ex intervallo per ratihabitionem confirmari poteſt, *l. 60. de R. I.* ideo poſt rem geſtam ſequi poteſt. *l. fin. C. ad SC. Mac. c. ſuggeſtum. de jur. patr.*

Poteſt & auctoritas ſequi, quando tantum pro confirmatione actus requiritur; *Bald. in l. 1. C. qui admitt. & l. ult. C. de ſerv. reip. man. per l. fin. C. arb. tut.*

Digitized by Google

tut. Bald. Alex. in l. 25. §. juſſum. de acq. hær. aut ad commodum ejus qui confirmat. l. 1. §. ſed ſi filius. de legat. 3. l. ſi impubes. de Carb. edict. vid. Tiraq. de legib. connub. in fin. verb. conſentement. gl. 4. in pr.

Tutor vel curator, auctoritatem vel conſenſum interponens, tantum de re pupilli minorisve agere, non etiam jus ſuum remittere aut imminuere velle intelligitur. l. 26. C. de adm. tut.

Auctoritatem interveniſſe non præſumitur, niſi probetur. l. 13. §. fin. de Publ. in rem act. l. 30. ubi Dd. de V. O.

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri poſſunt.

TIT. IX.

Etiamſi ex contractu alterius, alteri regulariter actio non detur: l. 73. §. fin. de R. I. tamen ſi tutor, vel in rebus pupillaribus, vel nomine pupilli, utiliter contraxerit, ex eo utilis datur pupillo actio. l. 2. ff. l. pen. C. hic.

Dolus tutoris, pupillo neque prodeſt, neque nocet. l. 1. l. 3. ff. eod.

Si mandato tutoris, negotia pupilli adminiſtrata ſunt, inter hunc & geſtorem Directa & Contraria negotiorum geſtorum dabitur actio. l. 4. C. de neg. geſt.

Si tutor vel curator, pupilli minorisve nomine condemnatus, finito officio moleſtiæ & pericula finiuntur; l. fin. C. de peric. tut. & actio in ipſum minorem, cujus res geſta eſt, datur: l. pen. ff. l. 1. C. hic. l. 4. §. 1. de re jud. ut è contra impuberi quæritur actio ſi ſecundum tutorem aut ejus actorem res ſit judicata. l. tutor. hic.

Datur etiam in minorem actio, ſi pecunia à tutore mutuo accepta, in rem ejus verſa ſit: l. 3. C. eod. Si ex dolo tutoris locupletior factus ſit. l. 3. hic.

De

De ſuſpectis tutoribus & curatoribus.

TIT. X.

TVtor vel curator, qui officio non fungitur, removetur tanquam ſuſpectus.

Suſpectus eſt, qui malè tutelam gerit, geſturuſve eſſe videtur. §. 6. *Inſt. hic.*

Itaque dicitur ſuſpectus ex moribus, non facultatibus. *l. 8. ff.* §. *ult. Inſt. eod.*

Ejus accuſatio ex lege XII Tabularum deſcendit. *l. 1.* §. *2. eod.*

Cognitio pertinet in Vrbe ad Prætorem, in provincia ad Præſidem, *d. l. 1.* §. *1.* Proconſulem, ejus Legatum. *d. l. 1.* §. *3.*

Accuſari poſſunt omnes; *d. l. 1.* §. *5.* ab omnibus, etiam mulieribus, quæ pietate aut neceſſitudine ductæ, ad hoc procedunt; eſt enim quaſi publica actio. *d. l. 1.* §. *pen. & fin.* §. *2. Inſt. eod.*

Impuberibus non permittitur ſuſpectos tutores facere: Niſi plures tutores habentes, unius auctoritate hoc faciant: *fac. l. 1.* §. *2. ff. de adm. tut. l. 5. ff. de R. I.* §. *9. Inſt. de inutil. ſtip. junct. l. 3. princ. l. 5. ff. hic.* adoleſcentes de conſilio neceſſariorum ad accuſandum admittuntur. *l. 7. ff. l. pietatis, C. eod.* Quia ſuam proſequuntur injuriam; quibus in terminis judicio etiam publico accuſare poſſunt. *arg. l. 4. ubi Dd. C. de auct. præſt.*

Magiſtratus etiam ex officio tutorem removet, ſi apertiſſimis rerum argumentis liqueat, eſſe ſuſpectum. *l. 3.* §. *4. l. 7. hic.*

Suſpectus removetur, vel propter dolum, vel propter culpam latam, *d. l. 7.* §. *1. d. l. 3.* §. *5.* quandoque etiam levem, *l. 3.* §. *fin. ff. l. fin. ubi Gl. C. eod.* & ſi qua juſta cauſa judicem ad ſuſpicandum commoveat. *d. l. 3.* §. *12.*

Remotus ob dolum, infamis fit: ob aliam cauſam, non notatur. *d. l. 3.* §. *ult.* §. *Suſpectus. Inſt. eod.*

Extinguitur ſuſpecti cognitio, licet jam ſuſcepta; tutelâ, vel curâ, ſive morte tutoris, ſive aliâ ratione, finitâ. *l. 11. ff.* §. *8. Inſt. hic.*

Digitized by Google

DIGESTORUM LIBER XXVII.

De excuſationibus.

TIT. I.

Dictum quomodo tutorum officium eis invitis; dicendum nunc quomodo eis volentibus ceſſet. Quod fit, ſi juſta de cauſa excuſari mereantur.

Excuſatio eſt immunitatis allegatio.

Eſt vel propria, quâ niſi tutor utatur, neceſſariò adminiſtrare & obire injunctam provinciam debet. *l.* 11. *C. hic. l.* 2. *C. ſi tut. vel cur. ex falſ. all.*

Vel impropria, cujus allegatio non eſt neceſſaria, ſed propter quam ipſo jure tutor ab onere liberatus eſt, adeò ut ne volens quidem admitti poſſit. *Gl. in* §. *item propter.* & §. 13. *Inſt. hic.* Cujuſmodi eſt excuſatio minoris ætatis, *d.* §. 13. *verſ. minores.* militiæ. §. 14. *Inſt. eod.* &c.

Excuſationum juſtæ cauſæ ſunt Ætas, quæ vel infra vigeſimum quintum, aut ſupra ſeptuageſimum annum eſt. §. 13. *Inſt. l.* 2. *ff. eod.*

Numerus trium liberorum Romæ, in Italia quatuor, in Provincia quinque. *in pr. Inſt. eod. t. t. C. de his qui num. lib.* 10.

Numerus trium tutelarum aut curarum, non affectatarum. §. 5. *Inſt. l.* 4. *cum ll. ſeqq. ff. hic.*

Profeſſio artium & ſcientiarum, ut Grammaticæ, Rhetoricæ, Philoſophiæ, Medicinæ, Iuris, in ſcholis approbatis. *l.* 6. §. 12. *l.* 30. *ff. l. fin. C.* §. 15. *Inſt. eod.*

Dignitas, magiſtratus cum imperio. *l.* 41. *l.* 30. *ff.* §. 3. *Inſt. eod.*

Inimicitiæ capitales cum patre pupilli exercitæ: *l.* 6. §. 17. *ff.* §. 9. *Inſt. eod.* aut tutela; inimicitiæ causâ, id eſt, inimico animo, ut obligaretur negotiis;

Digitized by Google

tiis; *d. l. 6.* §. 17. impoſitâ. *d. l. 6.* §. 3. *l. un. C. ſi propt. inim. lib.* 10.

Fortuna, ut ruſticitas, & interdum paupertas, *d. l. 6.* §. *fin. l. 7. ff.* §. 6. *Inſt. eod.* tutoris, qua oneri injuncto impar, *d. l. 7. l.* 49. §. 1. *Inſt. hic.* non pupilli. *l.* 18. *C. eod.*

Abſentia, juſta, ut Reipublicæ. *l.* 10. §. 2. *ff. eod.*

Morbus ſive corporis, ſive animi, per quem propriis rebus præeſſe nequit. *l.* 10. §. 8. *ff.* §. 7. *Inſt. eod.*

Privilegium, ut veteranorum, *l.* 8. *eod.* (qui adverſus filios eorum qui ejuſdem ſunt ordinis, excuſationem non habent. *d. l.* 8.) piſtorum, menſorum, frumentariorum. *l.* 26. *l.* 46. *eod.*

Lis, de hæreditate, vel univerſis bonis inter tutorem & pupillum. *l.* 23. *ff.* §. 4. *Inſt. l.* 16. *C. eod.* Quod *Novel.* 72. *c.* 1. 2. 3. eſt correctum.

Item excuſare ſe quis poteſt, ne adminiſtret poſſeſſiones in alia provincia, *l.* 10. §. 4. *l.* 12. *l.* 19. *ff. hic.* vel quidem in eadem, ſed ultra centeſimum lapidem, ſitas. *l.* 21. §. 2. *ff. eod.*

Quæ omnia tutoribus & curatoribus communia: his tamen ſpeciale, quod non cogantur curam ejus ſuſcipere, cujus tutelam geſſerunt. §. 18. *Inſt. l.* 20. *C. eod.*

Quod maritus juſtè recuſat curam uxoris, §. *pen. Inſt. eod.* imò eam ſuſcipere nequeat. *l.* 2. *C. qui dar. tut.*

Qui ſe excuſare vult, debet intra ſtatuta tempora (id eſt, intra quinquageſimum diem, à tempore ſcientiæ computandum, *l.* 8. *C.* §. 18. *Inſt. l.* 13. §. 2. *ff. hic.*) ad judicem venire; non abſens per libellum excuſationem proponere. *l.* 25. *ff. eod.*

Debet excuſationem proponere, non appellare, niſi, illâ rejectâ, à ſententia judicis. §. 16. *Inſt. l.* 13. *ff. l.* 18. *C. hic.*

Falſa excuſatio, licet à judice admiſſa fuerit, tamen non prodeſt, nec à tutelæ vel curæ onere excuſatum liberat. §. *ult. Inſt. eod. t. t. C. ſi tut. vel cur. falſ. all. excuſ. ſit.* Suadente hoc favore pupilli, qui ob ætatem commiſeratione eſt dignus. Cum aliàs res judicata pro veritate habeatur.

Digitized by Google

Ubi pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis ei praeſtandis.

TIT. II.

DUM de ſuſpecto tutore aut excuſationibus litigatur, magiſtratus, ubi pupillus educari & morari debeat, habita ratione perſonæ, conditionis, & temporis, decernere debet. *l.* 1. *in pr. &* §. 1. *l.* 5. *hic.*

Id enim agere eum oportet, ut ſine ulla maligna ſuſpicione pupillus educetur. *d. l.* 1. *l.* 2. *C. eod.*

Et alimenta, & ſumptus ad inſtitutionem pupilli, pro modo facultatum, & ita ut aliquid ex reditu ſuperſit, decernere. *l.* 2. *l.* 3. *ff. eod.*

De ſuo enim, ſi egenus ſit pupillus, eum alere, tutores non compelluntur. *d. l.* 3. §. *fin.*

De tutela & rationibus diſtrahendis, & utili curationis cauſa, actione.

TIT. III.

DAtur pupillo adverſus tutorem duplex actio, una tutelæ, altera de diſtrahendis rationibus dicta.

Tutelæ actio, eſt perſonalis, quæ finitâ tutelâ, *l.* 9. §. 4. §. *ult. cum ll. ſeqq. hic.* pupillo, ejuſque hæredi, datur, adverſus cujuſlibet generis tutorem, *l.* 3. §. 2. *ff. de adm. tut.* ejuſque ſucceſſores, *l.* 1. §. 16, 17. *hic.* ut actus ſui, & adminiſtrationis rationes reddat, *d. l.* 1. *in pr. &* §. 3. & reliqua ſolvat: *d. l.* 9. *l.* 3. *C. arb. tut.* ita ut & dolum, culpam, & negligentiam præſtet. *l.* 1. *hic. l.* 6. *l.* 7. *C. arb. tut.*

Eſt enim bonæ fidei, *d. l.* 1. §. 1. famoſa, ſi quis ob dolum condemnetur. §. 6. *Inſt. de ſuſpect. tut.*

Actio de rationibus diſtrahendis, (hoc eſt, jam diſtractis, conturbatis, finitis, *Cujac. ad Paul. lib.* 2. *ſent. tit.* 30.) eſt ex lege XII Tabularum. *l.* 1. *hic. l.* 55. §. 1. *de adm. tut.* datur finito officio, *d. l.* 1. §. *fin.* adverſus qualemcunque tutorem, *d. l.* 1. §. 19. de iis rebus quas ex bonis pupilli, durante tutela, abſtulit.

Digitized by Google

tulit. *d. l.* 1. §. 22. *l.* 2. §. 1. *ff. hic.* in duplum. *d. l.* 2. §. *fin.* Nullâ ejus quod pupilli intereſt habitâ ratione. *l.* 1. §. 20. *l.* 2. §. *fin. hic.*

Vtraque hæc Vtilis, datur minori, adverſus curatorem, *l.* 3. *C. arb. tut. l.* 3. *l.* 20. *hic.* etiam durante ut videtur adminiſtratione, *l.* 26. *de adm. tut.* de aliqua particulari cauſa; *l.* 4. §. *ult. l.* 16. *in fin. hic.* *l.* 27. *de adm. tut.* non ut curationis rationes reddantur; quia non ante curam finitam reddi debent. *l.* 2. *l.* 14. *C. eod.*

Vtili negotiorum geſtorum minor rectè experitur. *l.* 7. *C. arb. tut. l.* 17. *C. neg. geſtor.*

Tenentur etiam adminiſtratores, condictione furtivâ & furti, iis de rebus, quas dolo malo in officio intervertiſſe probantur: *d. l.* 1. §. *pen. & fin. & ll. ſeqq. l.* 33. *ff. l.* 8. *l.* 16. *C. de furt.* Dummodò furandi animum non habuerint: *d. l.* 1. §. 21. *cum* §. *ſeq. d. l.* 2. §. 1. id eſt, ex propoſito clam res amoverint, ut eas ſibi perpetuo uſurparent; non verò ſimpliciter in uſus ſuos verterint.

De contraria tutela & utili actione.

TIT. IV.

Contraria tutelæ actio non ſolum tutori, ſed etiam utiliter protutori, & curatori datur, *l.* 1. §. 1. *hic.* illis finito officio, *d. l.* 1. §. 3. *l.* 4. *hic.* huic & cura durante, *l.* 1. §. 3. *eod.* adverſus pupillum vel adoleſcentem, ad ea conſequenda, quæ propter tutelam abſunt, quia pro eis impendit; *d. l.* 1. *in pr. &* §. *ult.* vel abfutura ſunt, quia pro eis ſe obligavit. *l. ult. eod.*

Eſt bonæ fidei, *Bart. in d. l.* 1. *in pr. l.* 28. *C. de adm. tut.* rei perſecutoria, perpetua, id eſt, hodie triginta tantum annis præſcribitur; *l.* 3. *in fin. C. de præſcr.* 30 *ann.* & hæredibus contra hæredes datur. *l.* 3. §. *fin. l. pen. hic.*

Digitized by Google

De eo qui pro tutore vel curatore negotia geſſit.

Tit. V.

Pro tutore negotia gerit, qui, cum tutor non ſit, munere tutoris fungitur in re impuberis, ſive putet ſe tutorem eſſe, ſive ſciens ſe fingat eſſe tutorem. *l.* 1. §. 1. *hic.*

Ergo ſimiliter pro curatore gerit falſus curator, ſive ſe putet eſſe, ſive ſe ſciat non eſſe curatorem.

Hinc datur à Prætore actio tutelæ, quæ minori contra eum, qui pro tutore negotia geſſit, etiam durante adminiſtratione, competit. *d. l.* 1. *in pr. l.* 4. *C. de teſt. tut.*

In quam venit quicquid geſtum, & quod non eſt geſtum, dummodò alius geſturus erat. *d. l.* 1. §. *fin. l. pen. hic.*

Competit etiam minori actio negotiorum geſtorum, contra eum, qui pro tutore vel curatore adminiſtravit. *l.* 4. *C. qui dar. tut. vel cur. poſſ.*

Adverſus minorem, dictis perſonis actio contraria de impenſis datur. *l. fin. hic.*

Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicitur.

Tit. VI.

Falſus tutor dicitur qui dolo malo & falsò adminiſtrat, quemadmodum & falſus procurator. *l. falſus. C. de furt.*

Prætor dat actionem in factum, qua falſus tutor, qui dolo malo auctor factus eſt, tenetur ei, quem decepit, in id quod ejus intereſt. *l.* 7. *hic.*

Et ſinguli, ſi plures ſint qui auctores fuerunt, tenentur, propter dolum, in ſolidum: ſed ſolutione unius cæteri liberantur, non electione. *d. l.* 7. §. *fin.*

Digitized by Google

Datur hæc actio hæredibus, non in hæredes: quia ex delicto eſt; nec poſt annum. *l. 9. §. 1. eod.*

Promittit etiam Prætor in integrum reſtitutionem ei, qui ignoravit ſe cum falſo tutore rem gerere. Scienti non ſubvenit, *d. l. 1. §. fin.* niſi minori. *l. 4. eod.*

Illius actionis exemplo datur actio in eum qui dolo fecit, ut aliquis falsò putans ſeſe eſſe tutorem, auctor fieret. *d. l. 9. in pr.*

De fidejuſſoribus & nominatoribus, & heredibus tutorum vel curatorum.

TIT. VII.

FActis non ſolvendo tutoribus, fidejuſſores eorum, (non tantum qui per ſtipulationem legitimo jure conceptam obligati ſunt; *l. 5. §. 2. ff. de V. O. l. 12. C. de fidejuſſ.* ſed & qui ſimpliciter à tutoribus nominati, ſi præſentes fuerunt & nomina ſua in acta publica referri paſſi ſunt; *l. 4. §. fin. hic.* qui tutores idoneos eſſe adfirmaverunt; *d. l. 4. §. fin.* qui eos in tutores poſtularunt, vel nominarunt; *l. 2. eod. l. 7. ff. l. 46. C. decur. lib. 10. l. un. C. de potior. ad mun. nom. lib. 10.*) tenentur eodem modo quo tutores. *l. 5. hic.*

Beneficium diviſionis pupillo objicere nequeunt, *l. fin. ff. rem pup. ſalv. for.* niſi ex perſona & cauſa tutorum, pro quibus fidejuſſerunt: *l. 6. & 7. hic.* modò tum hi omnes ſolvendo ſint. *d. l. 6.*

Hæredes etiam tutorum vel curatorum, quia ex quaſi contractu agitur; *l. 49. ff. de obl. & act.* actione tutelæ tenentur, & defuncti tutoris nomine, & (ſi negotia à defuncto inchoata abſolverint, vel res pupillares poſſideant,) ſuo, de dolo, culpa lata. *l. 4. l. fin. hic.* non de levi. Niſi lis cum defuncto fuit conteſtata: certent de lucro captando: aliquid gratioſè alteri in præjudicium minoris præſtiterint. *l. 1. C. de hæred. tut. l. pen. C. de in litem jurand.*

Digitized by Google

De magiſtratibus conveniendis, & eorum heredibus.

TIT. VIII.

SI ne ſic quidem pupillo ſatisfactum, Vtilis ſubſidiaria actio, in eos magiſtratus qui ſatiſdationem exigere debent, dari ſolet, ſi aut eam non exegerunt, aut non idoneè paſſi ſunt caveri. *l.* 1. *in pr. ff. l. ult. C. hic.*

Majores magiſtratus, ut Prætor, Præſes, eâ non tenentur. *d. l.* 1. §. *neque.* §. *præſes.* Quoniam ex aliorum relatione tutores dare, & fidejuſſores admittere ſolent. *d. l.* 1. §. *ſi præſes.*

Tenentur, ſi plures ſint, ſinguli in ſolidum, *d. l.* 1. §. *probatio.* ſi ex dolo conveniantur: ſi ex culpa, & omnes ſint ſolvendo, in portiones viriles æquius eos exigi. *l.* 7. *ff. l.* 3. *C. eod.*

Tranſit hæc actio eatenus in hæredes, quatenus dolus aut lata culpa arguitur: *l.* 4. *l.* 6. *hic.* ſive ex ſua perſona, ſive nomine hæreditario conveniantur. *l.* 2. *C. hic.*

De rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis vel ſupponendis.

TIT. IX.

ORatione D. Severi prohibentur tutores & curatores, prædia minorum ſine decreto Prætoris alienare, vel hypothecæ ſupponere. *l.* 1. *hic.*

Quod Conſtantinus ad omnes res minorum, quæ ſervando ſervari poſſunt, produxit. *l.* 22. *verſ. penult. & fin. C. de adm. tut.*

Alienatio autem ut valeat, requiritur, ut ſit urgens æs alienum, vel cauſa alienandi: aliundè non poſſit ſolvi: *l.* 12. *C. de præd. min.* hoc judici liqueat: *l.* 5. §. 11. *hic.* pupillus aliundè non poſſit ali: *l.* 5. & 7. *ff. l. pen. C. eod.* ut interveniat tutoris veri authoritas:

Digitized by Google

ritas: *l. 2. 3. C. de auth. præſt. l. ult. §. ſi a. C. ſi propt. publ. penſit.* omnia hæc decretum præcedant, & poſtea demum id interponatur. *l. 11. C. hic.*

Alioqui habet minor non modò perſonalem tutelæ actionem; *l. 3. l. 6. C. arb. tut.* ſed & rei vindicationem, ad res ſuas à quocunque poſſeſſore abſque pretii reſtitutione, *l. 4. l. 10. C. de præd. min.* revocandas. *d. l. 5. §. 14. §. 15. l. 9. hic.*

Nam ſi abreptum per falſam cauſam probetur Prætori, vel Prætor ſine neceſſitate decernit, nullum eſt decretum. *l. 1. in pr. ff. l. 5. C. hic.*

Niſi vitium, Principis confirmatio ſuppleverit. *l. 2. C. quand. decr. non eſt op. Alex. conſ. 79. circa n. 20. vol. 1.*

Licet alienatio ritè facta ſit, poteſt tamen minor, ſi appareat poſtea læſum, puta, quia res vili pretio diſtracta; in integrum reſtitutionem poſtulare. *l. 11. C. de præd. minor.* Licet emtor, quod juſto pretio deeſt, velit ſupplere. *l. 11. C. hic.*

Niſi alienationem jam major factus aut expreſsè ratam habuerit, *t. t. C. ſi maj. fact. rat. & t. t. C. ſi maj. fact. alien.* aut tacitè, ſcilicet patiendo tempora, inter quæ reſtitutio in integrum petenda, elabi. *l. fin. C. de temp. in int. reſt. l. fin. C. ſi major fact. alien. ſine decr. fact. rat.*

De curatoribus furioſo & aliis extra minores dandis.

Tit. X.

FVrioſo, prodigo, bonis ipſo jure interdicitur, *l. 1. hic.* & eis, ex magiſtratus cognitione, curator datur agnatus proximus maximè idoneus: ſi non ſit, alius. *d. l. 1. l. ult. C. hic. l. his qui. §. fin. de tut. & cur. dat. ab his. l. 6. ubi Dd. de V. O. §. 3. Inſt. de curat.*

Dat & curatores Proconſul his, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt: ut mente captis, ſurdis & mutis, & qui perpetuo morbo laborant. *l. 1. hic. §. 4. Inſt. eod.*

Digitized by Google

Qui curatores ſatiſdare debent rem ſalvam fore, niſi prædia idonea habeant pro prædiis: inventarium facere, *l. ult. §. & inventario. cum §§. ſeqq. C. hic.* nihil alienare ſine decreto judicis: *l. 2. C. l. 11. l. 12. l. fin. ff. hic.* & ex Iuſtiniani conſtitutione jusjurandum, de officio fideliter exequendo, dare. *d. l. fin. §. ſed cum antiquitas. C. eod.*

Iurant in urbe apud Præfectum urbi, in provinciis apud Præſidem, Epiſcopo & tribus primatibus Curiæ puta præſentibus, actiſque intervenientibus; tactiſque ſacris ſcripturis, ſe omnia recte & ex utilitate furioſorum, &c. acturos; neque quæ eis putaverint utilia omiſſuros. *l. ult. §. 5. cum Auth. quod nunc. & §. 6. C. hic.*

Finiuntur hæ curæ, cum cauſa dati curatoris ceſſat; ut, cum furioſus ſanam mentem, prodigus bonos mores recepit. *l. 1. in pr. hic.*

DIGEST. PARS V.

LIBER XXVIII.

Qui teſtamenta facere poſſunt: & quemadmodum teſtamenta fiant.

TIT. I.

Dictum hactenus de obligationibus quæ ex contractibus; dicendum nunc de iis quæ ex ſucceſſionibus naſcuntur.

Succeſſio, aut eſt ex ultima voluntate, aut ab inteſtato.

Ex ultima voluntate eſt, vel civilis, vel prætoria; illa aut univerſitatis bonorum, quæ teſtamento, & codicillis datur: aut rerum ſingularium.

Teſtamentum, (dictum quod ſit teſtatio mentis, *in pr. Inſt. hic.*) eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia,

tia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, *l.* 1. *hic*.

Teſtamentorum tria apud veteres fuere genera. Vnum quod calatis comitiis coram populo fiebat; quo in pace utebantur. Alterum procinctum, quod in prælium exituri condebant. Tertium, quod per æs & libram dicebatur: & fiebat per mancipationem, id eſt, imaginariam venditionem, coram quinque teſtibus, civibus Romanis puberibus, & libripende, id eſt, ponderatore, *l.* 1. *& t. t. C. de ponderat. lib.* 10. atque eo qui familiæ, id eſt, hæreditatis emptor dicebatur. §. 1. *Inſt. hic*.

Quibus ſucceſſit Prætorium: in quo nulla deſiderabatur imaginaria hæreditatis venditio: ſed ſeptem teſtium ſigna ſufficiebant. §. 2. *Inſt. eod.*

Hodie, ex Conſtitutionibus Imperatorum, duo genera ſunt in uſu, unum quod paganicum, alterum quod militare dicitur.

Paganicum, vel eſt ſolenne in ſcriptis, vel nuncupativum.

Ad ſolenne in ſcriptis, ut valeat, requiruntur: ut ſit ſcriptum vel à teſtatore vel alio, integris literis, *l.* 21. §. 1. *C. hic*. expreſſis verbis hæres inſtituatur, *l.* 19. *C. de teſtam*. ſubſcribatur & ſignetur à teſtatore, vel ab alio ejus nomine, *d. l.* 21. *l.* 29. *C. hic*. præſente tamen teſtatore, coram ſeptem teſtibus, civibus Romanis, ad id propter ſolennitatem rogatis: teſtes ſubſcribant vel ipſi, *d. l.* 21. vel unus pro alio, ſi tot literati non reperiuntur: *l. fin. C. hic*. & conſignent propriis, vel alienis annulis, ſi proprios non habent: *l.* 22. §. 2. *ff. l.* 12. *C. hic*. teſtator ipſe ſubſcribat, ſi alius teſtamentum ſcripſit; *l.* 29. *C. hic*. ſi ipſe, & ſe hoc feciſſe in eo teſtetur, non eſt neceſſe ut nomen ſubſcribat: *l.* 18. *in fin. C. eod.* ſi literas teſtator ignorat, octavus teſtis ejus nomine ſubſcribat. *d. l.* 21.

Nuncupativum fit ſine ſolennitate ſcripturæ, (etſi in ſcriptis redigi poteſt: *Imol. in c. cum eſſes. n.* 5. *de teſtam.*) hoc modo: ut teſtator coram ſeptem teſtibus rogatis, *l.* 21. §. *pen. ff. l.* 21. *C. hic*. heredem nuncupet, & ultimam voluntatem aperiat. *d. l.* 21. §. 2. §. *ult. Inſt. hic*.

Digitized by Google

Vtrunque teſtamenti genus uno actu & contextu abſolvi debet. *l. 21. §. ult. ff. l. 28. C. hic.*

Etſi regulariter in omni teſtamento ſeptem teſtes, ſupra Notarium, *Bald. in rub. C. de fid. inſtr. n. 19. per l. 21. de teſtam.* ſint neceſſarii: (de praxi puta Germaniæ. Civile enim Ius præter ſeptem teſtes, neminem exigit; excepto teſtamentò cæci; in quo & exigit Tabularium; *l. 8. C. hic.*) tamen ſufficiunt interdum nulli: ut in teſtamento inter liberos, *d. l. 21. §. 1. l. ult. C. fam. erciſc. Auth. quod ſine. C. de teſtam. Nov. 107. c. 1. Sichard. ad l. 21. Donel. 16. com. 9.* interdum pauciores; ut in teſtamento ad pias cauſas, *c. cum eſſes. Ext. hic.* ruſtici, *l. ult. C. hic.* & eo quod fit tempore peſtis, aut belli, *Alex. conſ. 70. & 177. vol. 2. Jaſ. n. 3. & Dd. in d. l. ult.* & quod actis inſinuatum eſt: *l. 19. C. hic.* licet privatim ſit abſolutum. *l. 19. l. 21. C. eod.*

Apud acta enim & ea fieri dicuntur (maximè in iis quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis, *l. 3. C. de emanc. lib. l. 1. C. de off. conſ. l. actus. C. de ſer.* ut eſt teſtamenti factio:) quæ coram judice, etiam extra locum judicii, geruntur. *d. l. 3. l. 1. C. de his qui in Eccl. man. Jaſ. in l. 2. n. 4. C. de eden. Bald. in l. illud. n. 3. C. de SS. Eccl.*

Vt teſtamentum valeat, requiritur teſtes omnes eſſe idoneos; alioqui etiam ex unius inhabilitate totum teſtamentum nullum redditur; *l. 14. cum ll. ſeqq. de teſtib. l. ſi unus. C. de teſtam.* niſi clauſula ſit adjecta codicillaris: quæ facit voluntatem ſubſiſtere, ſed non jure teſtamenti, ſed codicilli: & teſtatorem teſtamenti habere factionem activam.

Teſtes idonei non ſunt, mulier, *l. 20. §. 6. hic.* impubes, *§. teſtes. Inſt. eod.* ſervus, *d. l. 20. §. 7.* mutus, ſurdus, *d. §. teſtes.* furioſus, *d. l. 20. §. 4.* prodigus, *l. 18. eod.* hæres, *d. l. 20. §. ſed neque hæres. Inſt. eod.* qui in poteſtate eſt teſtatoris, *§. pater. Inſt. eod. l. 6. l. 10. C. de teſtib.* improbi & inteſtabiles, *l. 26. hic. d. §. teſtes.* id eſt, ob carmen famoſum damnati, *d. l. 26. l. 2. ff. de teſtib.* domeſtici teſtatores. *§. in teſtib. Inſt. eod.* Sunt idonei, Legatarius, *§. legatarius. Inſt. eod.* & executor. *Ang. in d. §. legatarius. n. 5.*

Teſta-

Digitized by Google

Teſtamenti factionem activam nemo habet niſi cui lex, *l.120. de V. S. Nov.22. c.2.* vel Princeps nominatim conceſſit. *l. 35. C. de inoff. teſt.* Eſt enim ſpecialis permiſſionis.

Conceſſa eſt patriſamilias, qui annum decimum quartum, & matriſamilias, quæ annum duodecimum complevit.

Compleviſſe videtur qui extremum diem anni quartidecimi, quave extremum diem anni duodecimi attigit. *l. 5. hic.*

Filiofamilias non permiſſa; *l.6. l.19. eod.* ne quidem patre permittente, *l. 5. §. 1. de mort. cauſſ. don.* niſi de peculio caſtrenſi: vel quaſi caſtrenſi. *l. ult. C. de inoff. teſt. in pr. Inſt. quibus non eſt perm. fac. teſt. §. ult. Inſt. de milit. teſt.*

Imò nec paterfamilias teſtari poteſt, ſi aliquod impedimentum obſtet: ut furor; *l.2. hic.* prodigalitas: *l. 18. hic.* tempore puta morbi; captivitas; *§. fin. Inſt. hic.* damnatio ad mortem, vel pœnam; *l.13. §.2. eod.* vel ob carmen famoſum, *l.26. l.18. §. ſi quis. eod.* maxima & media capitis diminutio; *l. 8. eod.* hæreſis. *l. 4. C. de hæret. &c.*

Surdi, muti, cæci, teſtari poſſunt; ſed juxta formam à Iuſtiniano traditam in *l. 10. l. 8. C. hic. §. item ſurdus. Inſt. hic.*

Poſſunt & plures in eodem teſtamento teſtari: ut pater & filius: *l.2. cum ll. ſeqq. de vulg. & pup. ſubſt.* maritus & uxor: *Bald. n.1. Jaſ. n.3. & Dd. in l. licet. 19. C. de pact. per l.5. quod ſi cert. pet. vid. Nov. 1. Valent. Cujac. ad l. unum. 24. hic.* ſed quot ſunt perſonæ, tot teſtamenta eſſe intelliguntur. *l. 20. ubi Dd. de vulg. & pup. ſub. l. ſcire. de V. O.*

Teſtari quis poteſt de omnibus rebus ſuis, non de alienis; *Bald. in c.1. n.3. de ſucc. feud. 1. F.8. Gl. in Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccl. text. in l.77. §. mando. de legat. 2.* licet eas legare poſſit. *§. non ſolum. Inſt. de legat. l. 10. C. eod. tit.*

Nec poteſt teſtator in teſtamento, juri publico, *Jaſ. in l. nemo. 55. n.1. de legat. 1.* juriſdictioni, *Jaſ. d. loc.* ſolennitatibus, *Jaſ. eod. n.13. in 1. lect. & n. 15. in 2. lect.* aut ſtatutis, *Jaſ. ibid. n.28. & in 2. lect. n.42.* derogare.

Digitized by Google

De liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis, vel præteritis.

Tit. II.

INter cætera quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principale jus eſt de liberis, &, ſi illi non ſint, parentibus, *l. pater.* 14. *cum l. ſeq. de inoff. teſt. Nov.* 115. *c.* 4. hæredibus inſtituendis vel exhæredandis. *l.* 30. *hic.*

Liberorum appellatione filii, nepotes, cæterique qui ex his deſcendunt, continentur. *l.* 220. *de V. S.*

Poſthumos hic accipimus qui poſt mortem patris, aut teſtamentum factum ſui hæredes agnoſcuntur. *l.* 3. §. 1. *l.* 13. *de injuſt. rupt. irr. teſt. l.* 28. §. 1. *hic.*

Qui omnes, indiſtinctè, ſive mares ſint, ſive fœminæ, hodie, *Bald. in l. hac conſultiſſ.* §. 1. *C. de teſtament.* ſi gradu proximi ſint, aut ſunt nominatim (id eſt, expreſſo nomine, aut deſignatione certâ & diſertè. *l.* 24. *de man. teſt.*) inſtituendi, aut ex certis & jure expreſſis *in Nov.* 115. *c.* 3. cauſis, vel (ut communis opinio,) illis ſimilibus aut gravioribus, *Jaſ. in Auth. non licet. C. de lib. præt. Hipp. ſing.* 78. *Alex. conſ.* 203. *ſuper. vol.* 2. exhæredandi, §. 1. *Inſt. de exhæred. lib. l.* 1. *&* 2. *hic.* alioqui teſtamentum ipſo jure corruit.

In poſthumum tamen infantem cauſa exheredationis juſta non cadit: quia nec ex ſua perſona dignus exhæredatione videri poteſt, nec debet alieno odio prægravari. *l.* 33. §. 1. *C. de inoff. teſt.*

Et ſi modò prætereatur, agnatione rumpit teſtamentum, *l.* 4. *C. hic.* ſive mas ſit ſive fœmina: modo integer ſit, & vivus; *l.* 3. *C. eod.* etiam cæſarius, licet voce non emiſſâ, in manibus obſtetricis moriatur. *l.* 12. *ff. l.* 3. *C. eod.*

Cauſas expreſſas veras eſſe, probare hæres inſtitutus cogitur: *d. Nov.* 115. *c.* 4. cæteroqui teſtamentum,

Digitized by Google

rum, reſpectu inſtitutionis, non legatorum & fidei-commiſſorum, annihilatur: *Auth. ex cauſa. C. de lib. præter.* & ad triginta annos, præpoſitâ nullitatis quæſtione, (quæ tamdiu durat. *Bart. in l. ſi expreſſim. 19. de appell.*) impugnari poteſt. *Guid. Pap. q. 597.*

Si ſufficiens exhæredationis cauſa inſerta, quam falſam exhæredatus inſimulat, inter quinquennium ex eo per querelam inofficioſi teſtamenti, reſcindere teſtamentum debet, teſtamento alioqui valituro.

Quod etiam in præteritione materna, quæ pro exheredatione eſt, §. 7. *Inſt. de exhær. lib.* & emancipatis liberis obſervandum. *com. concl. in d. Auth. non licet. Auth. ex cauſa. C. de lib. præt. Bald. conſ. 98. & 112. vol. 5. Salic. in l. ſi mater. C. de inoff. teſt.*

De injuſto rupto, & irrito facto teſtamento.

Tit. III.

INjuſtum teſtamentum propriè dicitur non jure factum, ſi deſint juris ſolennia: *l. 1. in pr. hic.* vel nullius momenti, ſi ſuus hæres ſit præteritus. *d. l. 1. verſ. 1. & §. 3.*

Ruptum, quod in eodem ſtatu manente teſtatore, vel poſteriore teſtamento perfecto, licet nemo ex eo hæres exiſtat: *l. 1. l. 16. hic.* vel agnatione aut quaſi agnatione ſui heredis, id eſt, poſthumi aut quaſi poſthumi, qui non inſtitutus, rumpitur. *l. 3. in pr. & §. 1. §. ult. l. 4. l. 5. l. 6. §. 1. 2. l. 8. in pr. eod.*

Irritum teſtamentum conſtituitur, cum teſtator capite minuitur. *l. 6. §. irritum. & §§. ſeqq. hic.*

Sed teſtatore ab hoſtibus capto, teſtamentum aut jure poſtliminii confirmatur, ſi in civitatem fuerit reverſus; aut Lege Cornelia, ſi ibi deceſſerit. *d. l. 6. §. penult.*

Deſtitutum aut deſertum teſtamentum ex quo nemo hæreditatem adit, viribus & effectu deſtituitur.

Digitized by Google

tur. §. 8. *in verb. deſtitutum aut deſertum. ubi Theoph. Inſt. de hæred. qua ab int.*

Quocunque modo teſtamento infirmato, ab inteſtato ſucceditur, perinde ac ſi nullum factum eſſet: *l.* 17. *hic.* exceptis tamen hodie, in quibuſdam caſibus, legatis: *vide Auth. ex cauſa. C. de lib. præt. Auth. hoc amplius. C. de fidei.* quæ effectum ſortiuntur.

De his quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.

TIT. IV.

QVæ ex teſtamento conſulto & ſciente teſtatore delentur, eatenus quatenus delentur, effectum juris non habent, *l.* 1. *hic.* niſi appareat teſtatorem eo animo induxiſſe, ut totum teſtamentum corruat. *l.* 3. 4. *eod.*

Inducere propriè eſt, ducto per ceras, in quibus olim ſcribebatur, ſtylo, memoriam ſcripti interlinire ac obliterare: & idem eſt quod delere, *l.* 1. §. *in pr. hic.* ſeu cancellare. *l.* 22. *C. de ſolut.*

Vt conſultò à teſtatore deleta vel inducta non debentur, ita ſuperſcripta, id eſt, ſupra verſus adjecta, debentur, ſi teſtatoris voluntate ſcripta ſunt. *l.* 12. §. 1. *C. de teſtam.*

De hæredibus inſtituendis.

TIT. V.

DIcendum nunc de hæredis inſtitutione; quæ fundamentum eſt totius teſtamenti, quo collabente cætera corruunt. *l. pen. in fin. ſupra. tit. prox.* §. *ante. Inſt. de legat.*

Hæres eſt, qui ſuo nomine, ſive per ſe, ſive per alium, hæreditatem eſt adeptus. *l.* 2. 3. *de pet. hæred. l. fin. C. hic.*

Hæreditas nihil aliud eſt, quam civilis ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit. *l.* 24. *de V. S.*

Quæ

Digitized by Google

Quæ vel eſt legitima, quæ ex lege ab inteſtato defertur: vel teſtamentaria, quæ ex teſtamento. *l. 8. petit. har.*

Dicitur & alia directa; alia fideicommiſſaria, ſed impropriè; *t.t. de fideic.har. petit. Bart. in l.liberto.§. filium. n.5. de ann.leg.* alia delata; *l.151. de V. S.* alia jacens; *Bart. in l. ſi quis.23. hic.* alia vacans. *l. poſtquam. ubi Bart. Vt legat. nom. cav.* Adita, non dicitur hæreditas, ſed hæredis patrimonium. *Bart. in L. Titius. in pr. ad SC. Treb. & in l. qui ſervum. §. 1. de legat. 2.*

Hæredem inſtituere, nihil aliud eſt, quam certum in teſtamento ſibi ſucceſſorem nominare, qui poſt mortem in univerſum jus ſuccedat. *l.1. §.1. L. 9. §. 12. hic.*

Hæredum alii neceſſarii, ut teſtatoris ſervi hæredes inſtituti: alii ſui & domeſtici; *§.3. Inſt. de hæred. qual. & diff. l. 11. de lib. & poſt.* ut liberi, qui in poteſtate morientis & gradu proximi fuerunt. *§. 2. Inſt. eod.*

Qui tam jure naturali, quam civili, *l. ſcripto. §. fin. unde lib. l. 7. de bon. dam.* ex communi parentum voto, *L. 15. de inoff. teſt.* proprii hæredes exiſtunt.

Cæteri omnes hæredes qui non ſunt in poteſtate & familia defuncti, extranei vocantur. *§. 3. Inſt. eod.*

Inſtitutio hæredis, aut eſt Vniverſalis, ſcilicet in tota hæreditate, aut quota ejus parte: aut eſt in re certa: *l.13. C.hic.* item aut pura; aut conditionalis: *t. t. de cond. inſt.* aut directa; aut obliqua, quæ in codicillis, vel per fideicommiſſum relinquitur. *l. 2. §. fin. ubi Gl. & Dd. de jure codicill. l. 2. C. §. pen. Inſt. eod.*

Hæredes inſtituere poſſunt, qui habent teſtamenti factionem activam. *Vlp. tit. 22.*

Inſtitui omnes, qui teſtamenti factionem paſſivam habent, id eſt, ex teſtamento capere poſſunt: liberi, ſervi, *pr. & §. 2. Inſt. hic.* proprii vel cum, vel ſine libertate; *l.pen. C. de neceſſ. ſerv. her inſt.* alieni, non tamen cum libertate; *L. 3. hic.* ex perſona domi-

norum,

norum, *l.9.* §.1. *hic*. Cum quibus ergo debet eſſe teſtamenti factio; *l.10.C.eod.* non deportati, *l.1.C.eod.* damnati in metallum, *l.3. De his quæ pro non ſcrip. hab.* hæretici, *l.4. Auth. credentes. C. de hæret.* liberi inceſtuoſi, *Nov.89.c.15.* collegia illicita, *l.8.C.hic.* incertæ perſonæ, *Vlp. tit.22.* quod poſtmodum ex æquitate à Iuſtiniano temperatum: §. *incertis. cum* §§. *ſeqq. Inſt. de legat.* Hoc modo, ut perſonæ plane incertæ, ut nec ex poſtfacto, nec vel per conſequentiam certæ fieri queant, inſtitui non poſſint: §. 25. *Inſt. de legat.* De facie modo ignotas, *l. 11. C. hic.* vel per conſequentiam alicujus corporis modo notas, licet alias omnino ignotas, inſtituere licet.

Teſtamenti factio paſſiva in extraneo requiritur & tempore teſtamenti facti, & mortis teſtatoris & aditæ hæreditatis; In ſuo aut neceſſario aditionis tempore non requiritur. Quod in illis nullum eſt: *l.11. ff. de lib. & poſth.* mediorum verò temporum ratio non habetur. *l. 6.* §. *ſolemus. l.49.* §.1. *hic.*

Inſtitutio fieri poteſt de omnibus teſtatoris bonis, *l. 13. in verb. de pecunia ſua. C. de teſtam.* mobilibus, immobilibus, (quorum tamen expreſſione non comprehenduntur nomina. *Bart. in l. quam Tuberonis.7.* §.4. *de peculio.*) etiam emphyteuticis, *vid. Jaſ. in l. fin. n. 55. cum ſeqq. & 76. C. de jur. emph.* non feudalibus, *c.1. de ſucceſſ. feud.1. F.8. c.1. in pr. de conſ. rec. feu. F.33.* nec alienis. *l.79.* §. *mando. de legat.1. Gl. fin. & Dd. in Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccl. per l. 8.* §. *3. de jur. codicill.*

Et poteſt fieri, vel de tota hæreditate, vel quota ejus parte, §. 5. *cum ſeqq. Inſt. hic.* vel etiam de re certa, *l. 13. C. hic.* atque adeo in minimo quoque nummo. *Nov.115. c.3. & 4. Gl. in l.2.* §. *ſed verum. de minor.*

Quibuſcunque, hodie, verbis, *l. quoniam. C. de teſtam.* directis, *vid. l.1.* §.3.4. *hic. l.14. C. de teſtam. ubi Bald.* communibus atque obliquis: *d. l. quoniam. Dd. in l. his verbis. ubi Gl. & Dd. & Bart. in pr. l.48. hic. & in l.13. C. hic.* ſed idoneis, *d. l. quoniam. ubi Dd.* & affirmativis, non negantibus vel privativis.

Bald.

Digitized by Google

Bald. in l. 2. per illum text. C. de cond. inſer. & per l. ex facto. hic.

Heres & purè, & extraneus ſub qualibet; ſuus tantum ſub poteſtativa conditione, & in diem incertum, quia pro conditione eſt, *l.75. De cond. & dem.* rectè inſtituitur: *l.62. l.38. hic. l. extraneum. C. eod.* non ex certo tempore, vel ad certum tempus. *§. hæres. Inſt. eod. l.34. eod.*

Et poteſt teſtator vel unum, vel plures, quotcunque velit, hæredes inſtituere. *§. 4. §. 6. Inſt. eod.*

Plures ſi inſtituit, intelligitur eos æqualibus partibus inſtituiſſe, niſi inæquales expreſſerit. *d. §. 6. l. 13. l. 2. §. hæredes. ff. eod.*

Hæreditas plerunque (nam teſtator ſuo arbitrio plures paucioresve partes rectè conſtituit. *§. hæreditas. 5. Inſt. eod.*) in duodecim uncias dividitur, quæ aſſis appellatione continentur. *l. 50. §. fin. hic.*

Quæ propria habent nomina ab uncia uſque ad aſſem. *quæ vide in d. §. hæreditas. & d. l. 50. §. fin.*

De vulgari & pupillari ſubſtitutione.

TIT. VI.

Diximus titulo præcedente de inſtitutione primi gradus: conſequenter dicendum de ſubſtitutionibus, quæ ſecundo, vel ulteriori gradu fiunt.

Poteſt enim teſtator in ſuo teſtamento plures gradus hæredum facere in quantum velit. *pr. Inſt. de vulg. ſub.*

Eſt ſubſtitutio, vel directa, quæ fit verbis directis; ut, *Si Titius hæres non erit, Seius hæres eſto.* de qua hic: vel Precaria, ſeu fideicommiſſaria; quæ fit verbis precariis: ut, *Rogo te, Titi, ut cum morieris, hæreditatem meam Seio reſtituas. l. 14. C. de fideicom.*

Directa ſubſtitutio nihil aliud eſt, quam ſecunda hæredis inſtitutio, *l. 43. §. Lucius. hic.* vel ſecundo ulteriorive gradu facta inſtitutio. *l. 2. in pr. eod.*

Fit

Fit in aliquem caſum, ſeu in certum eventum. Nec tamen propterea eſt conditionalis, ſed manet pura; *l.* 8. *hic.* Nunquam enim conditio quæ eſt actui eſſentialis actum facit conditionalem, ſive legato, *l.* 3. *de legat.* 1. *l.* 107. *de cond. & dem.* ſive heredis inſtitutioni, ſive ſubſtitutioni adjiciatur. *d. l.* 8.

Tales caſus generales duo ſunt; unus, *ſi hæres non erit*: alter, *ſi deceſſerit.*

Hic ſubdividitur in tres: videlicet, *ſi deceſſerit in pupillari ætate, ſi antequam mentis compos fiat, ſi poſt ætatem pupillarem.* & ſic ſunt quatuor caſus.

Hinc ſubſtitutio eſt vel Simplex, vel Duplex, *l.* 1. §. 1. *hic.* ſeu Multiplex.

Simplex, aut eſt Vulgaris; aut Pupillaris; aut Quaſi pupillaris, ſeu Iuſtinianea, vulgo exemplaris; aut Militaris.

Vulgaris ſubſtitutio (ſic dicta quia vulgò & paſſim fieri poteſt, & inter quaſcunque perſonas locum habet,) eſt, quæ fit in primum caſum, veluti, *Si Titius hæres non erit, Seius hæres eſto. l.* 8. *hic. pr. Inſt. eod.*

Sic ſubſtituere quilibet, teſtamenti factionem habens, cuilibet poteſt: ſed non niſi ei quem hæredem in teſtamento inſtituit. *l.* 36. *ff. hic.* §. *pen. Inſt. de codicill.*

Et ſubſtituit, vel ſingulis, vel unum in locum plurium; vel plures in locum unius; vel unum & eundem ſibi, cum, pluribus inſtitutis, unum ex inſtitutis cæteris omnibus ſubſtituit; denique cum invicem ipſe inſtitutos heredes ſubſtituit: Quam reciprocam Modeſtinus, Doctores breviloquam appellant. §. 1. *Inſt. l.* 4. §. 1. *ff. hic.*

Dividitur hæreditas inter ſubſtitutos eodem ferè modo ut inter inſtitutos. *vid.* §. 2. *Inſt. l.* 5. 9. 24. *ff. eod. l.* 9. *l.* 12. *ff. de hæred. inſt.*

Pupillaris ſubſtitutio (ſic dicta quia fit pupillo) eſt, quæ fit in ſecundum caſum; ut, *Si Filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Seius hæres eſto. l.* 8. *C. hic.* vel, *ſi filius meus intra decennium* (poteſt enim & intra arctius tempus coërceri) *deceſſerit, Gaius hæres eſto. l.* 21. *hic.*

Sic

Digitized by Google

Sic ſubſtituunt parentes, qui in poteſtate habent, liberis ſuis impuberibus, in alterius poteſtatem non recaſuris, *l. 2. in pr. ff. hic. pr. Inſt. de pup. ſubſt.* etiam exhæredatis, modò ſibi ipſis quoque aliquem hæredem inſtituant. *l. 1. §. pen. & ult. ff. §. non ſolum. & §. ſeq. Inſt. eod.*

Pupillare enim teſtamentum pars eſt & ſequela teſtamenti paterni; *l. 38. in fin. eod.* adeò ut ſi patris teſtamentum non valeat, nec filii quidem valebit. *§. 5. Inſt. eod.*

Et ſubſtituunt vel ſingulis liberis, ſi neminem eorum inteſtatum voluerint decedere: vel ei qui eorum noviſſimus impubes morietur, ſi jus legitimarum hæreditatum inter eos integrum cuſtodiri velint. *§. 6. Inſt. eod.*

Iuſtinianea, ſeu quaſi pupillaris, ſeu exemplaris (Sic dicta, quia quaſi pupillo fit, id eſt, furioſo, vel mente capto; ad exemplum pupillaris à Iuſtiniano introducta, *d. l. 9.*) eſt, quæ fit in tertium caſum; ut, *Si filius meus in furore deceſſerit, Seius hæres eſto. l. 9. C. de impub.*

Eâ ſubſtituunt ſolum parentes utriuſque ſexus; mater tamen non niſi honeſta ſit, & ad ſecunda vota non tranſierit. *arg. l. 22. §. pen. ff. de adm. tut.* liberis furioſis, vel mente captis, ſive eos in poteſtate habeant, ſive non; *d. l. 9.* & quidem illis tantum quibus legitimam portionem reliquerunt. *d. l. 9.*

Eo caſu ſubſtitui debent, liberi, fratres, ſorores, *fac. l. 35. de pact. l. 33. §. quæſitum. de legat. 3.* ipſius furioſi, ſeu mente capti, ſi habet: ſi non, quicunque poſſunt. *d. l. 9.* In aliis ſubſtitutionibus, quivis ſubſtitui poteſt, *l. 1. § pen. hic.*

Militaris ſubſtitutio, (ſic dicta quia fit à milite) eſt, quæ fit in tertium caſum; ut, *Quandocunque hæres meus deceſſerit*, (id eſt) *ſive hæres fuerit & poſtea hæres eſſe deſierit, Seius hæres eſto. l. 15. ff. l. 8. C. eod.*

Sic tantum ſubſtituunt milites, ex privilegio; *d. l. 15. d. l. 8.* licet neminem ſibi hæredem fecerint. *l. 41. §. ult. de teſtam. milit.*

Digitized by Google

Ex hac ſubſtitutione, & vulgari, ſuccedit ſubſtitutus ſubſtituenti teſtatori: ex ſubſtitutione pupillari & quaſi pupillari, ſuccedit ei cui ſubſtituitur. *d. l. 15. d. l. 8. l. 9. pr. Inſt. de pup. ſubſt.*

Multiplex ſubſtitutio, vel eſt reciproca, vel ab uno latere; Hæc fit tribus modis: aut enim duo caſus exprimuntur; ut, *Titius filius meus heres eſto: ſi Titius filius meus hæres non erit, aut hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, Seius hæres eſto.* aut alter exprimitur, alter tacitè ſubauditur; ſecundum regulam juris, *Quod vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem. l. 4. hic.* & *expreſſa pupillaris, tacitam vulgarem: d. l. 4. §. 1.* aut neuter caſus exprimitur, ſed generali verbo fit ſubſtitutio; veluti, *Titio filio meo Seium ſubſtituo.*

Fit ſimiliter reciproca tribus modis. aut enim utrinque caſus exprimuntur; veluti, *Titius & Seius hæredes ſunto. Si Titius hæres non erit, Seius hæres eſto. Si Seius hæres non erit, Titius hæres eſto.* aut ab una tantum parte, veluti; *Si Titius hæres non erit, Seius hæres eſto. Seio Titium ſubſtituo.* aut à neutra parte, veluti; *Titium & Seium invicem ſubſtituo. l. 4. l. 37. §. 1. hic. Pacius in Iſagog. hic.*

Et quidem hic Titulus de vulgari & pupillari ſubſtitutione tantum conceptus, tamen adjunximus & alia ſubſtitutionum genera, ut commodius hæc difficillima materia intelligatur, ſed parcè, tanta enim ejus eſt ſubtilitas, ut compendio, pro inſtituto noſtro, exhauriri nequeat.

De conditionibus inſtitutionum.

TIT. VII.

QVia ſupra diximus ſub conditione poſſe inſtitui, videamus nunc de conditionibus inſtitutionum.

Conditio, eſt modus, qui ſuſpendit actum, donec eo exiſtente, confirmetur.

Eſt vel poſſibilis, vel impoſſibilis; aut 1. natura, 2. aut jure, 3. aut de facto, 4. aut perplexitate verborum.

Duæ

Duæ priores pro non adjectis habentur, & proinde non vitiant hæredis inſtitutionem: *l.* 20. *hic.* poſteriores vitiant; *l.* 16. *hic.* cum ſint magis difficultates, quam impoſſibilitates, quæ non impediunt obligationem; *l. continuus.* §. *illud. de V. O.* & quia jus præſumit ita inſtituenti animum inſtituendi non fuiſſe.

Poſſibilis conditio, aut eſt poteſtativa, quæ in poteſtatem hæredis, aut caſualis, quæ in caſum; aut mixta, quæ in utrumque, confertur. *l. un.* §. *fin. a. C. de caduc. toll. l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſt. l.* 4. §. *pen. de hæred. inſt.*

Extraneus ſub quavis conditione poſſibili inſtitui poteſt, ita ut eâ exiſtente ſit hæres, non exiſtente non ſit.

Suus non niſi ſub poteſtativa. *l.* 15. *l. fin. hic.* Quam ad amuſſim tenetur implere. *l.* 44. *in pr. l.* 55. *de cond. & demonſtr.*

Habetur pro impleta, cum per hæredem non ſtat quominus impleatur. *l.* 8. §. *pen. hic. l.* 3. *C. inſt. & ſubſt.*

Poſſunt & inſtitutioni plures conditiones adjici, vel conjunctim, & omnibus parendum eſt; quia unius loco habentur: vel disjunctim, & cuilibet. *l.* 5. *hic.*

Quæ tamen differentia plerunque à ICtis propter voluntatis conjecturam negligitur. *ut in l.* 6. *C. de inſt. & ſubſt. ſub cond. fact.*

De jure deliberandi.

TIT. VIII.

INter alias inſtitutionum conditiones erat olim cretionum conditio: qua certorum (ordinariè centum, *Ulp. tit.* 22.) dierum ſpatium hæredi inſtituto à teſtatore præſtituebatur ad deliberandum, velletne hæreditatem adire, an non. *Ulp. d. tit.* 22. & 17.

Quo à teſtatore prætermiſſo, is qui juriſdictioni præerat, ex Edicto Prætoris tempus hæredi & quidem petenti, non minus centum dierum, præſtituebat,

tuebat, *l.* 1. §. 1. *&* 2. *l.* 2. *hic.* & vel ſemel tantum, vel iterum, ſi ex magna cauſa appareret hoc non ſuffeciſſe. *l.* 3. *&* 4. *ff. eod.*

Quod introductum, ne, cum hæredes olim adeundo creditoribus & legatariis obligarentur in ſolidum, *l.* 34. *ff. l. fin. C. ſolut. matr.* & hæreditas interdum lucroſa, §. 1. *Inſt. de auct. tut.* interdum damnoſa ſit, *l.* 33. *ff. ſolut. matr.* hæres cogeretur temerè & præcipiti conſilio hæreditatem accipere, vel amittere.

Poſtea Iuſtinianus voluit, non amplius novem menſibus à judice, nec ultra annum à Principe, hæredem deliberandi cauſâ impetrare poſſe. *l. ult.* §. *ſed quia. C. hic.*

Quod tempus non ſolum hæredi ſcripto vel legitimo competit, ſed etiam ad ejus ſucceſſorem, eo intra deliberandi tempus moriente, transfertur. *l.* 19. *C. hic.*

Idem Imperator noviſſimè hæredi indulſit, ut intra triceſimum ab adita hæreditate diem conficere poſſit inventarium, *Gl. in Auth. ſed cum teſtator. C. ad L. Falcid.* quo confecto, non ultra vires hæreditatis creditoribus & legatariis obligaretur, *l. fin. C. hic.* & ſua jura & actiones contra defunctum integras ſervaret. *d. l. fin.* §. 9. *ubi Gl. & Dd.*

Eſt inventarium (ſic dictum quod in eo omnium rerum hereditariarum deſcriptio inveniatur. *l. ult. C. arbit. tut.*) legitima bonorum in hereditate repertorum annotatio, & ſic in ſcripturam redactio: & Repertorium dicitur. *l.* 7. *in princ. ff. de adm. tut.*

DIGESTORUM
LIBER XXIX.

De teſtamento militis.

TIT. I.

Militibus, licet filii-familias, *pr. Inſt. hic.* & ex militari delicto capite damnati ſint, *l. ex militari. 11. ff. eod.* ſolennitates in paganorum teſtamentis requiſitæ, conſtitutionibus Principum ſunt remiſſæ: & illis permiſſum, modo ſint (ut voluit Iuſtinianus) in expeditione, quomodo velint, etiam pro parte, *l. 41. hic.* & quomodo poſſint teſtari, nudà eorum voluntate ſufficiente. *l. 1. ff. l. pen. C. §. 1. Inſt. hic.*

Silentium eorum non ignorantium ſeſe liberos habere, pro exheredatione habetur; *l. ſicut. 9. & l. ſeq. C. eod.* Nec eorum teſtamenta, de Peculio caſtrenſi facta, querelæ inofficioſi ſubjacent. *l. ult. §. 1. & 2. C. de inoffic. teſt.*

Extra expeditionem ſi ſint, habent quidem, licet teſtamenti factionem non habeant, *l. 3. l. 11. §. ſi miles. ff. §. 5. Inſt. eod.* jus teſtandi, ſed jure communi condere teſtamentum debent. *d. l. pen. d. §. 1. Inſt. eod.*

Valet eorum teſtamentum per annum integrum poſt miſſionem honeſtam: *§. 3. Inſt. l. 15. §. 4. l. 36. eod.* ſi inhoneſtè dimiſſi, ſtatim valere deſinit. *l. 26. eod.*

De acquirenda vel amittenda hæreditate.

TIT. II.

NON ſufficit aliquem hæredem inſtitutum eſſe, ſed præterea hæreditatis acquiſitio requiritur.

Quæ cum ſit ab hærede ſuo (Qui ipſo jure hæres

Q eſt,

eſt, §. 4. *Inſt. de hæred. quæ ab inteſt.* non poſſeſſor. *d.* §. 4. Poſſeſſio enim facti eſt, nec acquiritur niſi animo & corpore fuerit apprehenſa. *l.* 11. §. *Scævola. ff. ſi is qui teſt. lib. eſſe juſſ. l.* 23. *ff. de acq. poſſ. Cujac. in d. l.* 10. *&* 2. *obſ.* 129.) dicitur immixtio: cum ab extraneo, dicitur aditio. §. 6. *Inſt. de hæred. qualit. & diff.*

Hic & repudiare hæreditatem dicitur, ille abſtinere.

Acquiritur & amittitur hæreditas ſolo animo: §. *fin. Inſt. de hæred. qual. & diff.* ſive is verbis explicetur, ſive aliquo facto, quod tanquam ab hærede geritur. *l.* 20. §. 4. *l.* 88. *hic. d.* §. *fin.*

Fieri debet liberè miniméque coacta voluntate. *l.* 16. *C. de jur. delib. l.* 40. *cum ll. ſeqq. hic.* Niſi à ſervo hærede neceſſario à domino inſtituto. *l.* 66. *l.* 67. *hic.*

Dubitantibus, aut ignorantibus, hæreditas non acquiritur, niſi ſuis. *d.* §. 4. *l.* 63. *hic. l. fin.* §. 2. *C. de cur. fur.*

Nec enim aditio, nec repudiatio rectè fit, niſi certò conſtet, utrum ex teſtamento, an ab inteſtato, & quota ex parte, delata ſit hæreditas. *l.* 15. *cum l. ſeqq. l.* 21. §. *fin. cum ll. ſeqq. l.* 93. *hic.*

Adiri & repudiari debet hæreditas purè, ſine die, aut conditione: *l.* 51. §. *fin. hic. l.* 77. *de R. I.* & quidem in ſolidum. *l.* 1. *&* 2. *hic. l.* 7. *de R. I.*

Si pro parte adeatur; etiam invitis deficientium portiones accreſcunt. *l.* 35. *hic.*

Peti poteſt hæreditas, demum poſt nonum à morte defuncti diem. *Auth. ſed neque. C. de ſepul. viol.*

Adiri & peti intra triginta annos; *l.* 7. *C. de petit. hæred.* Idque ſive ſui ſint, ſive extranei. Niſi tempus deliberandi à teſtatore vel judice ſit præfinitum; quo caſu inter illud tempus hereditas eſt adeunda. *l.* 8. *l.* 9. *l. ult. C. de jur. delib. l.* 1. *C. de ſuis & legit. hered.* Nam & hereditatis petitio triginta annis durat. *l.* 3. 4. *C. de præſcr.* 30 *annor. Cujac. in par. C. de jur. delib. Don.* 7. *comment.* 17.

Poſſunt tamen creditores & legatarii petere, ut ſtatim, vel intra annum ſaltem, adeatur. *l.* 9. *&*

Digitized by Google

tit. quib. ex cauſſ. in poſſ. eat. l. 19. *l. fin. C. de jure delib.*

Facta aditio non modò efficax eſt in futurum, ſed etiam retrotrahitur ad tempus mortis defuncti. *l.* 193. *l.* 138. *de R. I.* 28. §. *fin. de ſtip. ſerv.*

Et ſemel adita hæreditas, amplius repudiari nequit. *l. ult. C. de repud. vel abſt. hæred.* §. *fin. Inſt. de hæred. qual. & diff.*

Sic ſemel renunciata amplius adiri non poteſt. *l.* 4. *C. eod.*

Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur.

TIT. III.

OLim ex lege Papia hæres ex aſſe hæreditatem adire clauſis tabulis poterat, non hæres ex parte. *l.* 1. §. *ult. de jur. & fact. ign. l.* 21. *in fin. de cond. & demon.*

Quæ differentia à Iuſtiniano eſt ſublata, ita ut hæres tam ex aſſe, quam ex parte, etiam ante apertas tabulas, adire hæreditatem poſſit. *l. un.* §. 5. *C. de caduc. toll.*

Nihilominus hodie teſtamentum aperiri & publicari: *l.* 18. *C. de teſtam.* intra tertium, aut quintum à morte (viventis enim teſtamentum non eſt aperiendum, *l.* 2. §. 4. *hic.*) diem, *ſec. Paul. lib.* 4. *ſent. tit.* 6. ejuſque inſpiciendi, (ut legi poſſit, *d. l.* 2. §. 5.) & deſcribendi, (non diei & conſulis, *d. l.* 2. §. 6.) copia cuilibet, etiam alieno nomine id poſtulanti, *l.* 1. *hic.* & de calumnia juranti, *l.* 3. *C. hic.* eſt facienda.

Et Prætoris, aut alterius magiſtratus eſt officium, ut cogat ſignatores convenire, & ſigna ſua adgnoſcere, vel negare ſe ſignaſſe. *l.* 4. & 5. *hic.*

Publicè enim expedit ſuprema hominum judicia exitum habere. *d. l.* 5.

Si quis neget ſigillum ſuum agnoſcere, non eo minus tabulæ aperientur: ſuſpectæ tamen hac ratione fiunt. *l.* 1. §. *fin. eod.*

Digitized by Google

Teſtamentum ſemel ſic publicatum & actis inſinuatum, *l. ult. §. 9. C. de jur. delib. l. ult. C. de re jud.* manet firmum, etiamſi charta fuerit amiſſa. *l. 2. C. de teſtam.*

Qui non vult exhibere tabulas teſtamenti, quas fatetur penes ſe eſſe, ad eas exhibendas præcisè officio judicis compellitur.

Si neget penes ſe eſſe, conveniri poteſt interdicto de tabulis exhibendis. *l. 2. §. ult. hic.*

Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato vel alio modo poſſideat hæreditatem.

TIT. IV.

Qui fraudulenter omiſſâ ſucceſſione ſibi ex teſtamento delatâ, hæreditatem ab inteſtato, & ſic titulo univerſali, *l. ult. hic.* poſſidet, utili actione prætoriâ perinde tenetur legatariis & fideicommiſſariis, acſi ex teſtamento ſucceſſionem accepiſſet. *l. 1. l. 12. §. ult. hic.*

Alioqui teſtamento relicta, ab inteſtato peti non poſſunt. *l. eam quam. ubi Dd. C. de fideic.*

Si tamen nulla fraus ſubeſt, ut ſi heres adire potuerit; quia teſtamentum ad irritum juris ratione eſt revocatum, *l. 2. in fin. C. hic.* aut teſtamento codicillaris clauſula adjecta, permiſſa eſt, omiſſo teſtamento, ab inteſtato aditio. *l. ult. de codicill. Bart. in l. licet. n. 2. & l. ult. n. 2. hic.*

De SC. Silaniano & Claudiano, quorum teſtamenta non aperiantur.

TIT. V.

Non omnibus indiſcriminatim, quæ relicta, ſunt præſtanda: prohibente id Senatuſconſulto Silaniano & Claudiano iis qui ſeſe indignos relictis faciunt.

Tales ſunt ex Senatuſconſulto ii, qui teſtamentum teſtatoris occiſi (intellige vi; non clam, ut veneno. *l. 1.*

Digitized by Google

l. 1. §. 17. *&* §§. *ſeqq. hic.)* aperiendum, recitandum, deſcribendumve, dolo malo curant, priuſquam de familia ejus quæſtio ex Senatuſconſulto habita, ſuppliciumque de ſervis noxiis ſumptum fuerit. *l.* 3. §. 17. *hic. Paul. lib.* 3. *ſent. tit.* 5.

Noxios intellige, qui vel necarunt, vel cum poſſent, opem non tulerunt. *l.* 1. *pr. l.* 19. *hic.*

Si hæres vel legatarius ante quæſtionem, ſciens, aperuerit teſtamentum; aufertur illi quod relictum, & in fiſcum redigitur. *l.* 5. §. 1. *hic.*

Sin alius, cui nihil relictum, id fecerit, in centum aureos condemnatur. *l.* 25. §. 2. *eod.*

Clam ſi teſtator occiſus, tabulæ quidem recitari, & hereditas adiri poteſt, ſed mortis defenſio, id eſt, ut crimen judicio perſequatur, heredi incumbit; *l.* 5. §. *fin. hic.* quod ſi neglexerit, tam hereditas, quam quod ei prælegatum, à fiſco aufertur. *l. ſi ſequens.* 15. *eod. l. cum fratrem. C. eod.*

Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coëgerit.

TIT. VI.

Ei, qui prohibuit, vel coëgit teſtari, denegantur ex D. Hadriani Conſtitutione actiones, iiſque denegatis, fiſco eſt locus: ſed tantum in parte delinquentis. *l.* 1. *ff. l.* 1. *&* 2. *C. hic.*

Aliis enim inſontibus factum ejus nocere non debet. *l.* 21. §. 1. *hic.*

Remotiores agnatos fiſcus excludit, ne pœna unius ſit alterius præmium. *l.* 15. *de SC. Silan. l.* 14. §. 5. *quod met. cauſſ.* Cum enim jus publicum violet. *l.* 3. *ff. qui teſt. fac. poſſ.* qui morienti liberam teſtandi voluntatem aufert, meritò pœna ejus quoque publica eſſe debet; & delinquentis, omne jus non in privatam agnatorum utilitatem, ſed in publicam converti.

Maritus, qui non vi, aut dolo, ſed maritali ſermone uxorem ſibi benevolam ita reddidit, ut ab ea hæres inſtitueretur, extra pœnam eſt. *l. ult. ff. l. ult. C. hic.*

Digitized by Google

De jure codicillorum.

Tit. VII.

Et ad cauſam teſtamenti pertinent Codicilli: *l.* 18. *hic.* Aut enim ex teſtamento fiunt, & ſunt quaſi pars & acceſſio & ſequela ejus; aut fiunt ab inteſtato, & vicem exhibent teſtamenti, id eſt, quaſi teſtamentum quoddam imperfectum; ut cum in eis hereditas dari vel adimi non poſſit. *l.* 2. §. 2. *& ult. l.* 14. *in princ. l.* 16. *ff. hic.*

Sunt nihil aliud, quam ultimæ voluntatis inſtrumentum, *l. pen. hic.* non ſolenne, *l.* 6. §. 1. *l.* 2. *eod.* citra hæreditatis directam dationem, vel ademptionem. *l.* 2. §. *ult. ff. l.* 2. *l. pen. C. eod.*

Eos facere poteſt is, qui teſtamenti factionem habet: *l.* 6. §. *pen. l.* 8. §. 2. *ff. eod.* tam in ſcriptis, & tum propriè ſunt Codicilli ex ſermonis proprietate; *l. ult. C. quemad. teſt. aper.* quam ſine ſcriptis, *l. ult.* §. *ult. C. eod. l. fin. C. de bon. libert.* ſi voluntatem nuncupet. *l. ult.* §. *ult. C. hic.*

Nullam ſolennitatem deſiderant: modò uno contextu fiant, *l.* 28. *in pr. C. de teſtam.* & quinque teſtes, licet non rogati, ad probationis fidem adhibeantur. *l. ult.* §. *ult. C. hic.*

Poſſunt plures fieri codicilli: *l.* 6. §. 1. *ff.* §. *ult. Inſt. eod.* & licet diverſi, ſuſtinentur: non ſi contrarii. *l.* 3. *C. hic. d.* §. *ult.*

Qui hæredem inſtituit, vel exhæredat, præſumitur teſtamentum, non codicillos, velle facere. *l.* 14. *C. de teſtam.*

Si tamen deſit teſtamenti ſolennitas, ne jure quidem codicillorum valebit: niſi ſit adjecta Clauſula, quam Codicillarem vocant: *Si non valet jure teſtamenti, valeat jure codicillorum. l. fin.* §. 1. *ubi Dd. C. hic. l.* 8. *in pr. ff. eod.*

Adjicitur vel nominatim, *d. l. fin.* §. 1. vel non; ut ſi jubeat ratum eſſe quacunque ratione, & quam optime poteſt; *l.* 28. §. 1. *ff. qui teſt. fac. poſſ.* ſi Titio jubeat hereditatem reſtitui ab omnibus heredibus, etiam legitimis. *l.* 14. *C. de fideicom.*

Efficit,

Efficit, ut heres legitimus intelligatur rogatus, ut ſervatâ ſibi quartâ, non ſolum legata, fideicommiſſa & libertates præſtet, verum etiam ipſam hereditatem heredi inſtituto reſtituat, ac ſi ea omnia per fideicommiſſum relicta eſſent. *l.* 24. §. 15. *de fideicom. libert. l.* 88. §. *ult. de legat.* 2. *l.* 29. *C. de fideicom. l.* 41. §. 3. *de vulg. & pup. ſubſt. l. ult.* §. 1. *&* 2. *hic.*

Conficiuntur Codicilli quatuor modis. aut enim in futurum confirmantur teſtamento, aut in præteritum (hodie neutro caſu ſpeciali confirmatione opus eſt. §. 2. *Inſt. l.* 6. *C. hic.*) aut per fideicommiſſum teſtamento non jure facto; ut, *ſi non valet jure teſtamenti, &c.* aut ſine teſtamento ab inteſtato. *d. l.* 8. *hic.*

DIGESTORUM

LIBER XXX.

De legatis & fideicommiſſis.

TIT. I.

QVoniam legata & fideicommiſſa in teſtamento, vel codicillis teſtamento confirmatis, relinquuntur: ideò, poſt expoſita teſtamenta, & codicillos, de legatis & fideicommiſſis agitur.

De quibus, ob materiæ ubertatem, tribus libris in genere agi volunt.

Primo de rebus legatis. Secundo de perſonis. Tertio de verborum ſignificatione.

Legare idem ſignificat quod mandare aut decernere.

Stricti̇m autem & propriè, (ut hic) legare dicitur, qui res particulares directis verbis in teſtamento relinquit.

Legatum, (à legendo deductum, qui enim legat, delibat, *l.* 116. *hic.* aliquid, ſeu deligit ex tota hæ-

Digitized by Google

reditate, quod mavult ad legatarium quam ad hæredem pertinere) eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator, ex eo quod univerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit. *Flor. in d. l. 116.* ſeu, *ſec. Ulp. in Enchir. tit.* 24. quod legis modo, id eſt, inſtar legis imperativè, & directis verbis teſtamento relinquitur.

Hodie velut fideicommiſſum quâlibet ultimâ voluntate rectè datur. §. 11. *Inſt. de fideic. hæred.*

Olim, ſecundum modum legandi, quatuor erant legatorum genera. Per vindicationem; quæ fiebant verbis; *do, lego, capito, ſumito.* Per damnationem; puta verbis: *damnas eſto hæres meus, vel, damno, jubeo, hæredem meum hoc, vel illud dare, vel facere.* Sinendi modo, puta, *damnas eſto hæres meus ſinere, ſeu ſinito, vel permittito Titium talem rem ſibi ſumere, vel habere.* Per præceptionem, hoc pacto, *hæres illam rem præcipito.* §. *ſed olim. Inſt. hic. Pater in Enchirid. de legat.*

Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani omnibus legatis, quibuſcunque verbis, imò & nutu, *l. 21. de legat.* 3. purè, in diem, vel ſub conditione, *l. fin. C. de codicill. t. t. C. de cond. inſer.* relictis, una eademque eſt natura, vis ac poteſtas; ac per verba qualiacunque relinqui poſſunt; modò ex iis de mente teſtatoris legantis conſtet. §. 2. *Inſt. eod. l. 1. & 2. C. commun. de legat.* & quinque teſtes relictum probent. *l. 22. C. de fideicom. vid. Bart. & Dd. in d. l. nutu. 21. de legat.* 3.

Legari poſſunt res omnes quæ in commerciis hominum exiſtunt, ſive eæ ſint teſtatoris, ſive hæredis, ſive alienæ; has enim legatas hæres aut redimere cogitur, aut æſtimationem ſolvere. §. *non ſolum. Inſt. hic. l. 67.* §. 8. *de legat. l. cum alienum. C. hic.*

Earum dominium ſtatim à morte teſtatoris tranſit poteſtate & auctoritate Iuris Civilis in legatarium: *l. 64. de furt.* ſi quidem is illud agnovit.

Ad legatum conſequendum tres competunt actiones: Rei vindicatio, Hypothecaria, & Perſonalis. *l. 1. & 2. C. com. de leg.*

Fidei-

Fideicommiſſorum (quæ precativè, id eſt, verbis precariis, qualia ſunt, *peto, rogo, volo, fidei tua committo; l. 2. C. com. de legat. §. ult. Inſt. de ſing. reb. per fideic.* relinquuntur) eadem eſt ratio: ſunt enim hodie à Iuſtiniano, *§. 3. Inſt. hic. l. 2. C. com. de leg.* legatis (quoad effectum quidem) adæquata: ſic, ut quod deeſt legatis, ex natura fideicommiſſorum ſuppleatur; & quod amplius eſt in legatis, per hoc natura fideicommiſſorum augeatur: ſalvâ tamen utriuſque ſubſtantiâ. Nempe quod legatum per mortem teſtatoris legatario ſtatim directè: fideicommiſſum verò ex fide, & per manum reſtituentis hæredis fiduciarii, acquiratur. *§. 3. Inſt. hic. l. 1. C. com. de leg. Pater in Enchir. Inſt. de legat.*

Adæquatio ergò legatorum & fideicommiſſorum eatenus intelligitur, quod iidem poſſunt fideicommittere qui legare, *l. 1. & 2. hic.* iiſdem fideicommitti, quibus legari: eædem res legari quæ fideicommitti: iiſdem verbis (modò ſint idonea,) legari & fideicommitti: iiſdem actionibus fideicommiſſa petantur, quibus legata. *l. 1. & 2. C. com. de legat. Schneidw. ad §. 3. Inſt. hic.*

Fideicommiſſorum tamen, non legatorum, duo ſunt genera: univerſale, id eſt, hæreditatis; & particulare, id eſt, ſingularum rerum. *l. 1. in pr. ff. ad Treb. §. ult. Inſt. per quas perſ. nob. acq. in pr. Inſt. de fideic. hæred. & in pr. Inſt. de ſing. reb. per fid. rel.*

Digitized by Google

DIGESTORUM LIBER XXXI.

De legatis & fideicommiſſis.

TIT. II.

Legare & fideicommittere tantum ii poſſunt, qui teſtamentum eo tempore quo legant, *l.* 1. §. 1. §. 5. *ff. hic.* 3. facere. *l.* 2. *de legat.* 1.

Legari iis, quibuſcum teſtamenti factio, §. *legari. Inſt. hic.* etiam tantum paſſiva, §. 4. *Inſt. de her. qual. & diff.* vel uni, vel pluribus: iiſque aut conjunctim, aut disjunctim. *l.* 33. *l.* 34. *hic. l.* 89. *de legat.* 3. *l.* 142. *de V. S.* §. *ſi eadem. Inſt. hic.*

Servo heredis legari non poteſt: cum heres, cui ſervus acquirit, ſibi ipſi ſolvere nequeat. §. *an ſervo. Inſt. eod.*

DIGESTORUM LIBER XXXII.

De legatis & fideïcommiſſis.

TIT. III.

Huic titulo, quo tractari de verborum quæ ad legata pertinent, ſignificatione diximus, reſpondet *tit.* 38. *lib.* 6. *Codic.*

Hic nota. A propria verborum ſignificatione non eſſe recedendum, niſi manifeſta ſit teſtatoris voluntas. *l.* 69. *in pr. hic.*

Teſtatoris voluntatem, ſi de ea conſtet, verborum proprietati prævalere. *l.* 18. §. 3. *de inſtr. vel inſtrum. leg. l.* 7. §. *ult. de ſupell. leg. l.* 19. *in pr. de cond. & dem. l.* 19. §. 1. *ad SC. Treb.*

Volun-

Voluntates defunctorum plenius, *l.* 12. *de R. I.* non ſtrictè, eſſe interpretandas. *l.* 12. §. 2. *de uſu & hab.*

DIGESTORUM
LIBER XXXIII.

De annuis & menſtruis legatis & fideicommiſſis.

TIT. I.

ANnuum ut & menſtruum legatum eſt primi anni purum, ſequentium conditionale. Videtur enim ineſſe conditio hæc, *Si vivat*: *l.* 4. *hic.* ideóque ad hæredem non tranſit. *d. l.* 4. *l.* 11. *eod.*

Putatur enim teſtator ipſi legatario, non ipſius hæredibus conſulere voluiſſe.

Legatum hoc ingreſſu cujuſque anni debetur: ideò legatarius in ingreſſu decedens illud hæredi relinquit. *l.* 5. *l.* 8. *l.* 22. *hic.*

Si legatum ſit annuâ, bimâ, trimâ die, id eſt, unis, ſecundis, tertiis penſionibus, tribus æquis penſionibus ſolvetur: niſi alia fuerit teſtatoris voluntas. *l.* 3. *hic.*

In annos ſingulos relictum perſonæ alendæ legatum, ſimile eſt uſufructui; cum morte finiatur: non tamen capitis diminutione, ut uſusfructus. *l.* 16. *C. de uſufr.*

Vſufructuarius, etiamſi maturis fructibus, nondum tamen perceptis deceſſerit, hæredi ſuo ad eos fructus actionem non relinquit: omninò hic legatarius. *l.* 8. *hic.*

Annuis hujuſmodi præſtationibus, quæ ex ultima voluntate debentur, *ſec. com. diſt. in l.* 7. §. 6. *C. de præſcr.* 30 *ann. Boër. dec.* 336. (ſecus ſi ex contractibus, *c. olim. de cenſib. Dd. in d. l.* 7. *Alb. de præſcr.* 4. 9. 4. *part. pr.* Quia ſtipulatio in annos ſingulos eſt

Digitized by Google

unica & ſimplex. *l.* 35. §. *ult. ff. de mort. cauſ. donat. l.* 16. §. 1. *ff. de verb. oblig.*) non præſcribitur: *d. l.* 7. §. *in iis. Guid. Pap. q.* 306. 407. 408. Quia legatum tale non eſt unicum & ſimplex, ſed ſunt plura legata ſingulorum annorum; Proinde non poteſt præſcribi quod non eſt, ſed incertâ conditione ſuſpenſum hæret. *Weſ. conſ.* 2. & 8.

Nec verò omne annuum relictum ita ſuſpenditur, *l.* 12. *l.* 20. *l.* 26. *quand. dies leg. ced.* ſed tum demum, cum in alimenta relinquitur: *l.* 8. *hic.* quod in dubio præſumitur. *d. l.* 8. *l.* 12. *l.* 14. *hic.*

De Vſu, & Vſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fideicommiſſum relictis.

TIT. II.

POteſt vel ſolus uſusfructus unius rei, aut omnium bonorum, *l.* 1. *l.* 5. *C. de uſufr.* legari, vel ſola proprietas; aut alteri proprietas, alteri uſusfructus.

Si, uſufructu legato, fundum leget teſtator, quia hoc verbum etiam uſumfructum comprehendit: *l.* 60. *l.* 115. *de V. S.* is inter duos legatarios communicabitur. *l. ſi alii.* 19. *hic.*

Si fructus annui fundi legentur, uſusfructus fundi legatus intelligitur: quia hæc mens teſtatoris fuiſſe videtur. *l.* 41. *hic.*

Si reditus fundi annuus legatur, fructus, vel eorum æſtimatio debetur, non habitatio. *l.* 17. *l.* 38. *eod.*

Morte legatarii finitur, & ad hæredes legatum non tranſit, cum ſimile ſit uſufructui; aut legato in annos ſingulos. *l.* 16. *l.* 17. *l.* 22. *eod.*

Habitationis legatum in ſingulos annos, ab initio anni debetur: *l.* 11. *eod.* & morte legatarii finitur. *l.* 10. *in pr.* & §. *utrum. de uſu & hab.*

Poſſunt hominis, tam ſervi, quam liberi, operæ legari. *l.* 2. 3. *eod.*

Quod legatum, nec capitis diminutione, nec non utendo,

Digitized by Google

utendo, nec morte legatarii finitur. *d. l. 2. & l. 2. de oper. ſerv.*

Omnia hæc legata, id eſt, annua, uſusfructus, uſus, reditus, habitationis, operarum, inter ſe ſunt ſimilia. *d. l. 22. hic. l. 8. de ann. leg. l. 3. 4. 5. de oper. ſerv. l. 10. in pr. de uſu & hab.*

De ſervitute legata.

TIT. III.

POſſunt ſervitutes prædiales, *l. 1. 2. 3. & t. t. hic.* ab iis, qui eas inter vivos conſtituere poſſunt, legari; iis qui prædium habent cui acquirantur. *l. 1. in fin. com. præd. §. pen. Inſt. de ſerv.*

Si à pluribus hæredibus legentur, à ſingulis ſolidum debetur: ſunt enim individuæ. *l. ult. hic.*

Eſt hoc legatum perpetuum, nec morte legatarii finitur; quia ſervitus eſt jus reale, & ipſo jure in perpetuum, non ad tempus conſtituitur. *l. 4. in pr. de ſervit.*

Uſus vel Uſusfructus ſervitutis legari non poteſt: quia nulla ſervitus ſervitutis eſſe poteſt.

Itaque incerti cum hærede agendum erit, ut legatario quoad vivet, facultatem ſervitutis præſtet. *L. 1. de uſu & uſufr. leg.*

De dote prælegata.

TIT. IV.

LIcet Uxor, marito mortuo, domina ſit dotis; tamen legatum dotis valet, quia plenius eſt, quam de dote actio. *§. 15. Inſt. de legat.*

Legatum enim ſtatim, dos verò annuâ, bimâ, trimâ die olim, hodie poſt annum mobilia, immobilia ſtatim, peti poſſunt. *l. un. §. cum a. verſ. exactio. C. de rei uxor. act.*

De dote datur actio in quantum maritus, vel ejus hæres, ſi ipſius & mulieris dotem petentis filius, nec refert ſuus ſit an emancipatus: *l. 18. ff. ſolut. matrim.* non ſi extraneus, facere poteſt. *l. 12. l. 13. ſolut. matrim.*

Digitized by Google

Legatum verò (niſi ſicubi Falcidiæ ratio aliud ſuaſerit) in ſolidum petitur & exigitur. *l.* 57. *ad l. Falcid.*

Pacta in præjudicium uxoris circa reſtituendam dotem facta, eâ prælegatâ tolluntur. *l.* 1. §. 1. *hic. Gl. in* §. 15. *Inſt. de legat.*

Legatâ dote, ſi non expreſſa quantitas, ſed ſimpliciter: nihil amplius, quod quidem quantitatem attinet, legato ineſt, quam actioni dotis. *l.* 2. *l.* 5. *hic.*

Si expreſſâ quantitate legetur: etiamſi nihil in dotem datum ſit, nihilominus legatum debetur. *l.*6. *l.* 8. *eod.* Quia falſa demonſtratio legatum non vitiat. *l.* 35. *ff. de lib. cauſ.* §. 30. *Inſt. de legat.*

Si quantitas aliqua ſupra dotem legata, & dos legata videtur. *Bart. in l.* 3. *n.* 4. *hic.*

De optione vel electione legata.

TIT. V.

OPtio olim ſolenniter proponebatur, *l.* 5. *l.* 10. *de legat.* 1. arbitraria erat electio. *l.* 76. *de V. O.*

Hodie, ſublatis ſolennitatibus, *l.* 1. 2. *C. com. de legat.* ſunt adæquata. *l. ult. C. d. t.*

Legatâ electione, legatario competit electio ut eligat quam rem volet, etiam optimam. *l.* 2. *l. ult. hic. l. ſi quis adfirmavit.* 9. §. 1. *ff. de dolo mal.*

Meritò enim electio ejus eſſe debet, cui poteſtas ſit, qua actione uti velit. *l.* 108. §. 2. *de legat.* 1.

Ceſſat illud jus in contractibus, ubi debitoris eſt electio, *not. in l.* 27. §. 5. *de pact. l. plerunque.* 10. *in fin. de jur. dot.*

Servorum, non expreſſo certo numero, electione legatâ, tres eligi poſſunt. *l.* 1. *hic.*

Pluribus, quibus optio legata, in electione diſſentientibus, ſorte res dirimetur; & illius in quem ſors ceciderit, optio prævalebit. §. 23. *Inſt. de legatis.*

Optio facienda poſt aditam hæreditatem. *l.* 16. *hic.*

Si

Digitized by Google

Si legatarius ceſſat eligere, Prætor tempus, intra quod optandum ſit, decernit. *l. 6. hic.*

Semel optione facta mutare voluntatem legatarius nequit: omne enim jus legati prima teſtatione conſumitur. *l. 2. hic.*

Tranſit optionis legatum hodie ad hæredes: non olim. *§. optionis. Inſt. de legat.*

De tritico, vino, vel oleo legato.

TIT. VI.

LEgato vino, omne continetur quod ex vinea natum eſt, & quicquid teſtator vini numero habuit, *l. 1. l. 9. hic.* item vaſa, *l. 3. §. 1. eod.* non magnæ amplitudinis.

Non dolia magna quæ ad perpetuum uſum ſervantur, neque cellis moveri, nec cum vino diſtrahi ſolent. *d. l. 3. l. 6. l. 14. l. 15. eod.*

Non zythum, *d. l. 9.* nec enim de genere vini eſt, cum potus ſit ex pluribus ſpeciebus factus & commixtus.

Vino veteri legato, legatum ex uſu teſtatoris æſtimabitur; eo non apparente, vinum ſuperioris anni, non hornum, legatario debetur. *d. l. 9. §. ult. cum lll. ſeqqq.*

Si quis triticum, expreſſo pondere impoſſibili, leget, non valet legatum: veluti ſi leget tritici modios centum, qui ſinguli pondo centum pendeant. *l. 7. §. 1. hic.*

Non expreſsâ qualitate, ſed tantum quantitate, puta, Centum pondo olei do, lego; hæres dabit quale volet: *l. 4. hic.* niſi electionem teſtator legatario dederit. *l. 2. §. 1. eod.*

Non expreſsâ certâ quantitate, non quantum hæres vult, ſed quantum teſtator reliquit, legatum putatur. *l. 7. eod.*

De

Digitized by Google

De inſtructo vel inſtrumento legato.

TIT. VII.

INſtrumentum fundi eſt apparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus exerceri poſſeſſio nequit. *l.* 12. *in pr. hic.*

Variis rebus tribuitur, dicitur enim inſtrumentum agri, *d.l.* 12. §. 12. *&* §§. *ſeqq.* villæ, *l.* 16. §. 21. vineæ, *d.l.* 16. §. 1. *l.* 19. §. 1. *hic.* domus, *d.l.* 12. §. 16. *&* §§§. *ſeqqq.* pictoris, *l.* 17. *in pr. hic.* piſtoris, *l.* 18. §. 1. *hic.* piſcatoris, *d. l.* 17. §. 1. *hic.* &c.

Multum refert, ſive quis fundum cum inſtrumento, ſive inſtructum fundum, aut fundum & inſtrumentum leget. *l.* 1. *l.* 5. *eod.*

Fundo cum inſtrumento legato, ea tantum continentur quæ ad fundi apparatum pertinent, ut ad colligendos & conſervandos fructus; Fundo inſtructo legato, ea præterea quæ ad patrisfamiliæ uſum ibi ſunt, ut ſupellex. *l.* 12. §. 27. *&* 28. *ff. eod. l.* 1. *&* 2. *C. de verb. ſign.* Hoc legato alienato fundo, inſtrumentum debetur. Puta ſi probetur teſtatorem id voluiſſe: alias non. §. 17. *in fin. Inſt. de legat.* Nihil ſi fundus cum inſtrumento legatus. *l.* 5. *ff. hic.* Quia tum manifeſta eſt teſtatoris voluntas, quod inſtrumentum ſeorſim à fundo non debeatur. *l.* 1. §. 1. *ff. hic.*

Veniunt ergo in fundi inſtructi legatum, ſervi, *l.* 18. §. 11. *eod.* cibaria, vinum paratum, & frumentum ſerendi cauſa ſepoſitum: *l.* 12. *hic.* non molæ manuariæ, & jumentariæ: *l.* 18. §. 1. *hic.* Sunt enim inſtrumenta ædium, non fundi: omnino pecus omne quod in fundo inſpicitur: *l.* 25. *hic. vid. paſſim. eod.* ſupellex patrisfamilias. *l.* 1. 2. *C. de verb. ſignif.*

Si ſimpliciter fundus legetur, dotes prædiorum, id eſt, eæ fundi acceſſiones, & emolumenta, quæ ad culturam ejus ex alio fundo paterfamilias ſumere ſolet; *l.* 9. §. 4. *de uſufr.* non veniunt. *l.* 2. §. *fin. l.* 21. *l.* 26. *hic.*

In omnibus iſtiuſmodi legatis, non propria verborum ſignificatio, ſed quod teſtator demonſtrare

voluit:

voluit : & in qua præſumptione & conſuetudine ſunt, qui in quaque regione commorantur, ſervandum. *l.* 18. §. 2. *eod.*

De peculio legato.

Tit. VIII.

SErvo legato, aut libertate data, non intelligitur peculium datum; niſi exprimatur: *l. antep. hic. l. un. C. de pecul. ejus qui lib. mer.* vel niſi jubeatur ſervus adminiſtrationis rationem reddere, & ex peculio reliqua ſolvere. §. 20. *verſ. peculium. Inſt. de legat.*

Quod ſi factum, de peculio hæres deducit, quod teſtatori, ejus liberis, & ſibi debetur. *l.6. l.21. l.22. cum ſim. hic.*

Hoc legatum acceſſionis vicem obtinet; itaque exſtincto ſervo ſimul exſtinguitur. *l.* 1. *&* 2. *eod.*

Poteſt etiam peculium filiifamilias, vel ipſi filio, vel extraneo, legari. *l. ult. eod.*

De penu legata.

Tit. IX.

PEnus propriè ſunt ea eſculenta & poculenta quæ longæ uſionis gratiâ contrahuntur & reconduntur. *Gell. lib.* 4. *c.* 1.

Eâ legatâ, continentur quæ eſui potuique ſunt, & vaſa penuaria: niſi contraria mens teſtatoris appareat. *l.* 3. *pr. &* §. *fin. l.* 4. *hic.*

Quod ſi aliquid penoris dare juſſus, & ni dediſſet pecuniam ſolvere, hæres damnatus eſt, penus erit in præſtatione; pecunia verò in petitione, poſtquam hæres eſt in mora dandi. *l.* 1. *eod. l.*19. *l.*24. *quand. dies leg. l.* 115. *de V. S.* Quia penoris legatum, poſt moram in obligationem pecuniæ transfunditur; cum quia voluntates defunctorum non debent in ſuſpenſo manere: *l. fin. ff. com. præd.* tum quod illa penoris eſt natura, ut facile corrumpatur.

Digitized by Google

De ſupellectile legata.

TIT. X.

SVpellex, eſt domeſticum patriſfamilias inſtrumentum, quod neque auro argentove facto, nec veſti annumeratur, *l.* 1. *hic.* & omninò quod in aliam ſpeciem non cadit, *l.*7. §.1.*hic.* & eſt res mobilis. *l.* 2. *hic.*

Quæ eo legato contineantur, intelligi, *ex l.*3.4.5. *hic.* aliunde licet.

DIGESTORUM

LIBER XXXIV.

De alimentis vel cibariis legatis.

TIT. I.

LEgatis alimentis cibaria, & veſtitus, & habitatio debebitur. Quia ſine his ali corpus non poteſt: cætera quæ ad diſciplinam pertinent legato non continentur. *l.* 6. *hic.*

Niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur. *l.* 7. *eod.*

Certa pecunia ſi relinquatur in alimenta, ea præſtanda. *l.* 10. *l.* 12. *eod.*

Cum alimenta per fideicommiſſum relicta, non adjecta quantitate, inſpiciendum eſt, quid defunctus præſtare ſit ſolitus: deinde quid cæteris ejuſdem ordinis reliquerit: ſi neutrum appareat, ex facultatibus defuncti, & caritate ejus cui fideicommiſſum datum eſt, modus ſtatui debet. *l. pen. hic.*

Neque enim incertitudo, niſi ſit abſoluta, vitiat legatum, cum facilè declarari poſſit. *Jaſ. & alii in l. Stichum.* 16. §. 1. *de V. O. Gl. in l.* 24. *de ann. leg.*

Prædio legato, ut inde alatur legatarius, illud ad vitam magis, quam alimenta legata videntur. *l.* 4. *verſ. quæro. l.* 22. §. *fin. hic.*

Diariis

Diariis vel cibariis relictis: neque habitatio, neque veſtiarium, neque calceariumdebetur: quoniam de cibo tantum teſtator ſenſit. *l.* 21. *eod.*

Non augentur, nec minuuntur hæc legata, ſi teſtator qui alimenta legavit, poſtea prædia juſſerit alimentario, ad alimenta inde percipienda, eſſe obligata. *l.* 12. *eod.*

De auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, veſte, vel veſtimentis & ſtatuis legatis.

Tit. II.

AVro vel argento legato, omne factum & infectum, non etiam ſignatum, continetur. *l.* 19. *in pr. hic.*

Aurum factum eſt, quod certam ſpeciem recepit: ut vaſa aurea: Infectum, quod certam ſpeciem non ſuſcepit, ſed eſt in maſſa, aut lamina: Signatum eſt, quod publicâ formâ percuſſum, inter pecunias numeratas refertur.

Mundus muliebris eſt, quo mulier fit mundior & elegantior: *l.* 25. §. 10. *verſ. mundus. l.* 32. §. 7. *eod.* exceptis iis quæ valetudinis cauſa parantur, *d. l.* 25. §. *ult.* & quæ vir ſibi retinuit. *l. pen. in pr. eod.*

Eo etiam unguenta continentur: *d. l.* 25. §. 10. *verſ. mundus.* præter ea, quibus ſanitatis cauſſa unguimur. *d. l.* 25. §. *ult.*

Ornamenta muliebria ſunt, quæ ad nullam aliam rem quam ornandi corporis cauſa parantur. *d. l.* 25. §. 10. §. 11.

Vtrum veſtis, an veſtimentum legetur, nihil refert. *l.* 23. *l.* 33. *hic.*

Veſtimentum dicitur, quod conſummatum eſt, non quod eſt tantum contextum. *l.* 22. *eod.*

Ad veſtimenta referuntur omnia, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, injiciendi, incubandi cauſsâ, parata ſunt, & quæ his acceſſionis vice

vice cedunt; ut ſunt quæ veſtibus inſuuntur. *d. l.* 23. §. 1. *& ult. l.* 22. *l.* 24. *cum ll. ſeqq. eod.*

Legari etiam poſſunt ſtatuæ & imagines. *vid. l.* 6. §. *ult. l.* 12. *& l.* 14. *hic.*

De liberatione legata.

TIT. III.

VAlet legatum liberationis debitori factum. *l.* 1. *&* 3. *hic.*

Quod fit variis modis; ut ſi vel nominis liberatio expreſsè, vel chirographum legetur, vel damnetur hæres ne agat, *l.* 1. *l.* 3. *l.* 8. §. *pen. eod.* vel ut debitorem liberet. *l.* 19. *eod.*

Itaque & res oppignorata debitori legari poteſt: quo caſu jus pignoris remiſſum, non debiti liberatio legata videtur. *l.* 1. §. 1. *hic.*

Legatur liberatio vel in totum, vel pro parte; *l.* 7. *in pr. eod. l.* 37. §. *nuptura. de legat.* 3. vel ad tempus, vel in perpetuum. §. *ſi quis debitori. Inſt. de legat.*

Liberatione legatâ, non modò exceptione tutus eſt debitor, ſed & poteſt agere adverſus hæredem, ut ſe acceptilatione liberet: *d. l.* 3. §. 3. *ubi Bart. eod.* & implorare officium judicis in hoc, ut ſilentium perpetuum hæredi imponat. *Bart. in d.* §. 3.

De adimendis vel transferendis legatis vel fideicommiſſis.

TIT. IV.

AMittuntur legata, ademptione, tranſlatione, dubio ſcripturæ, adjectione pœnæ, per regulam Catonianam, ſi quid pro non ſcripto habeatur, ſi legatarius indignum ſe reddat legato, ſi conditio vel cauſſa legati deficiat.

Ademptio, fit aut expreſsè, aut tacitè.

Expreſsè; Vel verbis, aut directè contrariis, aut aliis quibuſcunque, ex quibus contraria voluntas revo-

revocatoria teſtatoris conſtet; *l.* 5. *hic.* idque ſive eodem teſtamento, ſive alio æquè ſolenni; aut etiam codicillis: *l.* 17. *l. pen.* §. 1. *eod.* Vel facto aliquo; puta ſi teſtator eam teſtamenti partem in qua legatum reliquerat, & conſultò quidem, deleat. *pr. Inſt. hic. d. l.* 1. §. 3. *de his qua in teſt. del.*

Tacitè; vel nuda teſtatoris voluntate, cum rem legatam alteri donat: *l.* 18. *hic.* aut eam citra neceſſitatem alienat: §. *ſi rem. Inſt, de legat. l.* 26. *hic.* vel ex præſumpta modò voluntate, per inimicitias capitales inter teſtatorem & legatarium ſupervenientes, nec reconciliatione ſublatas. *l.* 3. §. *ult. l.* 22. *hic.*

Transfertur legatum, aut à perſona legatarii in perſonam; aut de perſona ejus qui dare juſſus, ut alius det; aut de re ad rem; aut de tempore præſenti in conditionis eventum. *l.* 6. *hic.*

De rebus dubiis.

Tit. V.

Si legatum adeò dubium, ut dubitatio tolli per commodam interpretationem non poſſit; ut, ſi nomen legatarii non ſit adſcriptum in teſtamento, *l.* 4. *hic.* aut legatum ſit Sempronio amico, & duo ſint Sempronii æquè amici teſtatoris, & ſimilibus caſibus, *l.* 9. *l.* 10. *eod.* infirmatur legatum. *l.* 11. *l.* 26. *eod.* Quia quæ in teſtamento ſcribuntur ita, ut quid ſignificent intelligi nequeat, ea perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent. *l.* 2. *ff. de his qua pro non ſcript. hab.*

De his quæ pœna cauſa relinquuntur.

Tit. VI.

Ex Antonini Pii conſtitutione legata pœnæ nomine relicta deficiebant. *l.* 1. & 2. *hic.*

Quia non ex pœna hæredis, ſed benevolentia & amore legatarii, proficiſci legata oportet. *l.* 9. *pro ſocio.*

Sed Iuſtinianus hæc legata valere voluit. Quia hodie

hodie pœna conditioni comparatur: *l. 9. l. 14. l. 15. ff. de cond. inſt. l. 3, l. 20. ff. de cond. & demonſt.* niſi quid probroſum, vel contra leges contineant. *l. un. C. hic. § ult. Inſt. de legat.* Quia non delinquit, non faciens juſſa, quæ facere non potuit. *l. 6. ff. eod.*

De regula Catoniana.

Tit. VII.

HÆc regula ſic definit: Legatum, quod, ſi facti teſtamenti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile foret; id, quandocunque teſtator decedat, non valet. *l. 1. in pr. hic.*

Obtinet in legatis & hæredum inſtitutionibus puris, non in conditionalibus. *l. 3. & 4.*

Nec ad novas leges, puta Iuliam vel Papiam, porrigitur. *l. fin. hic.*

Quia ex his dies poſt apertas demum tabulas cedit. *Cujac. 4. obſ. 4.*

De his quæ pro non ſcriptis habentur.

Tit. VIII.

PRo non ſcriptis habentur, quæ iis adſcripta qui in vivis eſſe deſierunt: *l. pen. hic.* quod ſibi quis adſcribit in teſtamento alieno: *l. 1. & fin. C. de iis qui ſibi adſcr. in teſt.* quod ita ſcriptum, ut intelligi non poſſit. *l. 2. hic.*

Quæ incapacibus expreſſim relinquuntur, apud hæredem manent: *Cujac. 7. obſ. 21.* quæ tacitè in fraudem, fiſco vindicantur. *l. 1. de jur. fiſc. l. 3. C. ad L. Falcid.*

De his quæ ut indignis auferuntur.

Tit. IX.

RElicta, quibuſdam ſucceſſoribus, eorumque hæredibus, auferuntur, tanquam indignis, & fiſco applicantur: *l. 29. cum ll. ſeqq. de donat. l. 1. de jur. fiſc. Bald. in l. 4. n. 9. C. hic.* modo ſint in dolo,

Bald.

Digitized by Google

Bald. in l. 8. *C. eod.* & poſt teſtatorem moriantur. *Bald. in l. eam. n.* 9. *C. de fideicom.*

Puta iis Qui teſtatorem occiderunt: cauſam mortis præbuerunt: *l.* 3. *hic.* mortem ejus intra terminum à judice dandum, *l.* 1. *l.* 10. *C. eod.* ulciſci (modò cædis authores invenire potuerint, *l.* 9. *C. eod.*) ſuperſederunt: ejus judicium, non propter ſolennitatum defectum, *l.* 5. §. 1. *l. pen. ff. hic.* ſed probroſo nomine impugnant: *l.* 5. *l.* 15. *l.* 16. *hic.* eum gravis delicti reum faciunt, aut ſtatus controverſiam ei movent: *l.* 1. *l.* 9. *hic.* qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem petierunt: *l.* 2. *hic.* uxorem contra leges duxerunt: *l.* 3. *l.* 13. *cum ll. ſeqq. eod.* (Niſi ætatis lubrico lapſi ſint, & ignorantiam ſuam probaverint: *l.* 4. *C. de incert. nupt.*) ſe à tutela teſtamentaria (hoc tamen caſu ad fiſcum non transfertur,) excuſant: *l.* 5. §. 2. *eod.* qui inimicitias capitales cum defuncto exercuerunt, aut illi malè dixerunt: *l.* 9. *eod.* uxorem ejus corruperunt: *Gloſſ. in l.* 10. *C. eod.* in fraudem juris promittunt reſtituere perſonæ, quam capere fas non eſt: *l.* 10. *l.* 11. *l.* 18. *ff. eod.* qui hæreditatem compilarunt, quatenus compilarunt: *l.* 6. *eod.* qui de hæreditate viventis improba pacta fecerunt. *l.* 30. §. *fin. cum ll. ſeqq. de donat.*

Aufertur illis, quatenus apud eos remanſit, aut remanere debet. *l.* 8. §. 14. *de inoff. teſt. Paul. lib.* 4. *ſent. tit.* 5.

DIGESTORUM LIBER XXXV.

De conditionibus & demonſtrationibus, & cauſſis, & modis eorum quæ in teſtamento ſcribuntur.

Tit. I.

Poſſunt non tantum legata purè relinqui, ſed iis & dies certus, aut incertus, aut conditio, *l.* 1. *pr. hic.* tacita, vel expreſſa, adſcribi.

Cum dies certus eſt adſcriptus, ſolvi ante diem poſſunt; quia certum eſt debitum iri. *d. l.* 1. §. 1.

Si dies incertus (ut eſt, *Hæres meus cum morietur dato*) adſcriptus, & legatarius ante deceſſerit, ad hæredem nihil transmittit: quia non ceſſit dies vivo eo. *d. l.* 1. §. 2.

Quando conditio tacitè legato ineſt, (ut quando ſimpliciter lego fructus qui ex eo fundo naſcentur: *d. l.* 1. §. *fin.* ſi enim nihil natum fuerit, nihil debebitur. *l.* 73. *de V. O.*) legatum, quod ad transmiſſionem attinet, conditionale non eſt: Tranſit enim legatore præmortuo, contra naturam legati conditionalis, in heredes: *l.* 4. *in pr. l.* 5. §. 2. *l.* 25. §. 2. *ff. quand. dies leg. ced.* quia extrinſecus, non ex teſtamento, conditio accedit. *l.* 99. *hic.*

Cum conditio eſt expreſſa, eam impleri (Sed, ei nullo tempore præfinito, quandocunque velit legatarius, *l.* 10. *hic.*) neceſſe eſt, & quidem præciſe; nec ei ſatisfit compenſando, vel intereſſe præſtando: *l.* 8. §. 6. *ff. de cond. inſt. l. un.* §. 7. *C. de caduc. toll. l.* 44. *in princ. ff. hic.* alioqui deficit legatum: *l.* 71. §. 3. *l.* 40. *l.* 27. *hic.* Niſi ſit impoſſibilis aut turpis, *l.* 3. *l.* 20. *eod.* ſtet per hæredem, vel cujus intereſt impleri, *l.* 24. *l.* 57. *eod.* (Qui eſt, non legatarius, ſed is in cujus perſona conditioni eſt parendum: *l.* 5.

§. 5.

Digitized by Google

§. 5. ff. quand. dies legat. l. 3. l. 11. ff. de cond. inſt. l. 78. in princ. ff. hic.) aut per eum in cujus perſona conditio poſita eſt, *l. 71. §. fin. l. 27. l. 28. eod.* quò minus impleatur. Non ſi alius ſit impedimento: *l. 23. §. 2. ff. ad leg. Aquil.* non ſi mortalitas obſtiterit: *l. 4. C. de cond. inſert. l. 31. ff. hic.* non ſi ejus cui adſcripta facto defecerit. *l. 3. C. de cond. inſert. l. 2. C. de inſt. & ſubſtit.*

Si in non faciendo conditio poſita; non aliter legatum ſolvetur quam præſtita à legatario per ſatiſdationem, *l. 67. l. 106. ff. hic.* cautione (Mucianâ; à Mucio IC. dicta) legatum ſe reſtituturum ſi contra fecerit. *l. 7. l. 18. eod.*

Cui cautioni non eſt locus, ſi conditio quæ in non faciendo, vivo teſtatore poſſit exiſtere; quia videlicet ea ex caſu pendet, nec in ſolidum eſt in poteſtate legatarii. Ex gr. *Si Titio non nupſeris. l. 72. §. 2. l. 77. §. 2. l. 101. §. 3. l. 106. ff. hic.*

Adjiciuntur etiam legato, demonſtratio, cauſa, modus.

Demonſtratio, eſt ſignificatio accommodata rei legatæ. *Cujac. in par. ff. hic.*

Non refertur ad futurum tempus, ut conditio; ſed ad præſens, ut, Stichum, qui meus eſt, do, lego: vel ad præteritum, ut, Stichum, quem à Seio emi. *l. 6. de legat. 1. Cujac. obſ. 2. cap. 59.*

Hæc licet falſa ſit, non vitiat legatum: *l. 17. in pr. & §. 1. l. 33. in pr. §. 1. hic.* ſi de teſtatoris voluntate conſtat.

Cauſa, eſt quæ animum teſtatoris ad legandum commovet, ſive antecedat, ſive ſequatur.

Non vitiat, licet falſa ſit, legatum; quia legato non cohæret; *l. 72. §. 6. ff. hic.* id eſt, ei non ineſt: niſi vel probetur teſtatorem alias non legaturum fuiſſe; *l. 72. §. 6. eod.* vel cauſa conditionaliter ſit concepta. *l. 17. §. 2. & §. 3. eod.*

Modus, eſt adjectio, quæ oſtendit quid legatarium ex legato facere teſtator velit. *Cujac. in par. hic. vid. d. l. 17. §. fin. l. 1. C. de his quæ ſub modo.*

Eſt ergò modus cauſa finalis; ut ſi teſtator dicat

Digitized by Google

ſi ideò legare, ut aliquid fiat; veluti, monumentum, aliudve. *l.* 17. §. *fin. ff. hic.*

Quem adſcriptum legatarius tenetur implere, nec aliter legatum conſequi poteſt; *d. l.* 1. pro conditione enim obſervatur. *l.* 1. & 2. *C. eod.*

Ad Legem Falcidiam.

Tit. II.

Minuuntur legata per legem Falcidiam: per Senatusconſultum Trebellianum fideicommiſſa.

Lege Falcidiâ (lata à Falcidio Tribuno Plebis) cavetur ne plus teſtatori legare liceat, quam dodrantem bonorum ab ipſo relictorum, id eſt, ita modò, ut quarta pars eorum inſtitutis hæredibus ſalva maneat. §. 2. *Inſt. l.* 1. *ff. hic.*

Introducta eſt principaliter, teſtatorum gratia; ne ipſorum voluntates, (quibus ex lege XII Tabularum totum ſuum patrimonium legatis exhaurire poterant,) irritæ fierent; hæredibus pro nullo, vel minimo lucro hæreditatem adire recuſantibus.

Nec lege Furia (quâ ne cui plus quam mille aureos legare liceret) & Voconia (quâ ne plus quam hæres, haberet legatarius cautum fuit;) ſatis malo iſti tollendo proviſum videbatur. *pr. Inſt. hic.*

Duo ſunt hujus legis capita. Primo confirmatur legandi facultas teſtatoribus per legem XII Tabularum data.

Altero limitatur ea facultas, ne teſtator poſſit ultra dodrantem legare, ut penes hæredem quarta pars ſalva maneat. *l.* 1. *in pr. hic.*

Competit hujus legis beneficium, hæredibus ſcriptis, *l. un. ubi Gl. & Dd. C. quor. legat.* & eorum ſucceſſoribus & hæredibus, *l.* 10. *l.* 16. *C. hic.* non legatariis, nec fideicommiſſariis. *l.* 47. *hic.* §. 18. *l.* 28. *ad SC. Treb.*

Et pluribus inſtitutis hæredibus, ſingulis competit: §. 1. *Inſt. l.* 77. *hic.* ut quartam quilibet ſuæ portionis ſalvam habeat. *d.* §. 1. *d. l.* 77.

Ex accidenti etiam hæredibus ab inteſtato, puta, quando

Digitized by Google

quando fideicommiſſa per codicillos, aut alio modo, ab inteſtato ita relinquuntur, ut univerſa hæreditas fideicommiſſo gravetur. *l.* 18. *hic.* *Nov.* 1. *c.* 4. §. 2. *& Weſ. hic. n.* 6.

Quantitas patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiæ refertur, eo tempore ſpectatur, quo teſtator mortuus eſt; (Eſt enim Falcidia quarta hereditatis;) nec ex eo legata minuuntur, vel conſervantur, quod poſt teſtatoris mortem bona ſunt diminuta, vel aucta. *l.* 30. *l.* 73. *ff.* §. 2. *Inſt. hic.*

Prius de patrimonio deducenda, quam ratio hujus legis ineatur; æs alienum, funeris impenſa, pretia ſervorum in teſtamento manumiſſorum. §. *ult. Inſt.* *l.* 18. *l.* 87. §. 2. *ff.* *l.* 15. *l.* 8. *C. eod.*

Nec locus eſt Legi Falcidiæ. Quando teſtator eam prohibuit: *Novell.* 1. *c.* 2. hæres inventarium non fecit: *d. N.* 1. *c.* 2. integra legata ſciens, vel non per errorem facti, ſolvit: *l.* 1. *&* 9. *C. eod.* integra ſe ſoluturum teſtatori promiſit. *l. ult. C. eod.* ut & in teſtamento militis: *l.* 7. *C. eod.* dote prælegata: *l.* 57. *hic.* legatis ad pias cauſas. *Nov.* 131. *c.* 12, &c.

Si cui plus quam per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur.

Tit. III.

Si dubitatur an locus Falcidiæ futurus ſit, & hæres ſolidum legatum ſolvat, cogitur legatarius, datis fidejuſſoribus, hæredi cavere, ſi apparuerit ſe amplius legati nomine cepiſſe, quam Lege Falcidiâ capere liceat, ſe quanti ea res erit, tantam pecuniam daturum, dolumque malum abfuturum. *l.* 1. *in pr.* *l.* 3. §. 1. *hic.*

Eâ cautione non petitâ, ſi heres ſciens integra legata ſolvat, ceſſat lex Falcidia, quia defuncti judicium videtur agnoviſſe: *l. error.* *C. ad L. Falc.* *Nov.* 1. *c.* 2. §. 2. Si ignorans, incerti condictione id quod potuit retinere, repetit. *l. hæres.* 21. *ad SC. Treb.* *l.* 1. §. 11. *ad Leg. Falc.*

DIGESTORUM LIBER XXXVI.

Ad Senatuſconſultum Trebellianum & Pegaſianum.

TIT. I.

SEnatuſconſultum Trebellianum temporibus Neronis, Annæo Seneca & Trebellio Maximo Conſulibus factum eſt. *l.* 1. §. 1. *hic.*

Eo cautum, ut actiones, quæ in hæredes, hæredibusve dari ſolent, poſt reſtitutam ex fideicommiſſo hæreditatem, eis & in eos darentur, quibus ex teſtamento fideicommiſſum reſtitutum eſſet. *d. l.* 1. §. 3.

Sed, quia ne ſic quidem hæredes ſcripti, qui adire hæreditatem, ſeu metu litium, ſeu alio prætextu, dubitabant, *d. l.* 1. §. 3. ad adeundum induci poterant, cum, aut totam hæreditatem, aut penè totam, reſtituere plerunque rogarentur, & ob id fideicommiſſa extinguebantur: ideò Veſpaſiani temporibus, Pegaſo & Puſione Conſulibus, Senatus rogato hæreditatem reſtituere permiſit, perinde quartam partem, etiam ex ſingulis rebus quæ per fideicommiſſum relinquuntur, retinere, §. *ſed quia. Inſt. de fideicom. hæred.* atque ex lege Falcidia in legatis retinetur. §. *reſtituta. cum ſeqq. Inſt. eod.*

Omnia tamen onera hæreditaria tum ſuſtinebat; non fideicommiſſarius: niſi quatenus ea pro rata, ſolennibus ſtipulationibus, in ſe recipiebat. §. *ergo. Inſt. eod. l.* 2. *C. hic.*

Sed poſtea à Iuſtiniano vis hujus Senatuſconſulti in Trebellianum tranſlata eſt: ſic ut ex eo quartam nunc retinere liceat, actionibus (ſcilicet creditorum,) nihilominus pro rata portione, tam hæredi, quam fideicommiſſario, & in eos competentibus. *d.* §. *ſed quia.*

Si

Si hæres nihil ultra quartam habeat, & fideicommiſſarii portio legatis ſufficiat, habebit quartam ſine onere: (*ut plerique putant in d. §. ſed quia. & §. ſi quis.*) & fideicommiſſarius ea præſtare ſolus cogetur; niſi aliud teſtator voluerit. *l.* 1. §. 17. *& §. fin. l.* 3. *hic. l. fin. C. hic.*

Si hæres nolit adire, poteſt eum fideicommiſſarius univerſalis, implorato judicis officio, cogere, & adire, & ipſi fideicommiſſario hæreditatem reſtituere. §. 7. *Inſt. l.* 13. §. 4. *l.* 14. *l.* 50. *hic.*

Quo caſu hæres quartam non detrahit: *d. l.* 14. §. 4. ſed ejus loco fideicommiſſarius, alias non detracturus; *d. l.* 1. §. 19. *l.* 28. *l.* 63. §. 11. *hic.* omneſque actiones integrè in eum tranſeunt. *l.* 40. *hic.*

Imputantur in quartam non tantum ea quæ jure hæreditario, quæ tantum in Falcidiam; ſed & ea quæ quovis alio jure, ſive legati, ſive præceptionis, *l.* 91. *l.* 74. *ff. ad L. Falcid. Ant. Fab.* 6. *conject.* 4. 5. *Diff. Cujac.* 8. *obſ.* 4. *& alii.* hæres percipit.

Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat.

TIT. II.

Legata acquiruntur, juris interpretatione, cum dies eorum cedit: id eſt, cum incipiunt deberi. *l.* 213. *de V. S.*

Cedit legati dies à tempore mortis teſtatoris, *l. un.* §. 5. *C. de caduc. toll.* ſive purè, ſive in diem certam relictum ſit: quamvis in diem relictum, antequam ea veniat, cum effectu peti non poſſit. *d. l.* 213.

Hoc introductum, ne legatario ante aditionem moriente, per moram hæredis deliberantis extinguatur legatum. *d. l. un.* §. 1. *&* 2. *Paul. lib.* 3. *ſent. tit.* 6. *& ibi Cujac.*

Legatum conditionale, vel in diem incertam relictum, neque debetur, neque peti poteſt ante conditionem, (niſi ea jure remittatur, aut pro non ad-

Digitized by Google

jecta habeatur; *l. 5. §. 3. 4. ff. hic.* aut extrinſecus, non ex teſtamento veniat: *l. 99. ff. de cond. & demonſt. l. 6. §. 1. ff. hic.*) vel diem exiſtentem. *l. 21. in pr. l. 4. & 5. hic, d. l. un. §. ſin autem.* Quia antea non eſt certum debitum iri, ſi hereditas adeatur.

Legata quæ ad hæredes non tranſeunt, ut uſus, uſusfructus, demum aditâ hæreditate cedunt. *l. 2. 3. hic. d. l. un. §. libertatibus.*

In legato annuo primi anni legatum, quod purum eſt, tranſmittitur, & ejus dies cedit à morte teſtatoris: ſequentium nequaquam, ſed ſingulis duntaxat annis; cum ſit conditionale; *l. 23. l. 10. l. 11. l. 12. hic. Si vivat legatarius: l. 4. l. 11. ff. de ann. legat.* Niſi ut unum eſſet legatum, teſtatorem voluiſſe appareat. *ut in l. 26. §. pater. l. 20. ff. hic.*

Effectus ceſſionis, ut legatum debeatur, *d. l. 213.* & ad hæredem legatarii, eo nondum acquiſito decedentis, tranſmittatur. *l. 5. in pr. hic.*

Ut legatorum ſeu fideicommiſſorum ſervandorum cauſa caveatur.

Tit. III.

Cavendum eſt, & quidem ſatiſdatione, *l. 1. §. 1. & ſeqq. hic.* id eſt, datis fidejuſſoribus, *l. 2. ff. qui ſatiſd. cogunt.* quodeſcunque ſolutio legati, vel fideicommiſſi, etiam univerſalis, *l. 4. C. hic.* differtur, vel quia dies legati nondum venit, vel quia conditio pendet, vel quia hæres de legato ſeu fideicommiſſo litigat, quaſi debitum non ſit. *l. 14. & l. ſeq. eod.*

Cavent hæredes, & cæteri, qui legatum, vel fideicommiſſum præſtare debent, *d. l. 1. §. 3. & §§. ſeqq.* legatario, vel fideicommiſſario, aut ejus procuratori, *d. l. 1. §. 15.* vel ei, qui legata præcipere & diſtribuere debet, *l. 96. §. pen. ff. de legat. 1.* ut quibus diebus teſtator dari, fieri, voluit, his diebus detur, vel fiat, dolumque malum abfuturum. *d. l. 1. in pr.*

Quam in ſtipulationem venit res legata & quicquid

Digitized by Google

quid in actione ex teſtamento ineſt. *d. l.* 1. §. 13. 14. *&* 16.

Ceſſat hæc cautio, ſi eam teſtator exigi noluit: *l.* 12. *hic.* ſi manifeſtum, non valere legatum: *l.* 14. §. *Divus. eod.* vel in continenti probare paratus eſt hæres, nihil deberi. *l.* 3. *ut in poſſ. leg.* Quia ante de legato, quam de ſatiſdatione conſtare poteſt.

Vt in poſſeſſione legatorum vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſa eſſe liceat.

TIT. IV.

PRætor, ſi legatariis non ſatiſdetur, in bonorum poſſeſſionem iri vult: *l.* 1. *tit. præc.* Hæreditariarum; ſi eas heres poſſideat; ſi non, ſed dolo malo deſierit poſſidere, heredis. *l.* 6. *C. l.* 5. §. *in poſſeſſionem. ff. hic.*

Bonorum appellatio hic continet omnes res, quarum proprietas pertinet ad hæredem ex hæreditate. *l.* 5. §. 5. *cum* §§. *ſeqq. hic.*

Mittuntur hodie pro quantitate legata. *Nov.* 53. *c.* 4. §. 1. Olim in poſſeſſionem omnium bonorum, etſi res minima legata, vel per fideicommiſſum relicta eſſet, *l.* 13. *hic.* mittebantur.

Miſſione decretâ, vel invito hærede legatarius inducendus eſt in poſſeſſionem, *d. l.* 5. §. 26. ut cuſtodiæ cauſa ſimul cum hærede poſſideat: & hæres tædio perpetuæ cuſtodiæ cautionem præſtet, aut legatum ſolvat. *d. l.* 5. *pr. &* §§. 22.

Conſtituitur eâ pignus prætorium, *l.* 5. *hic.* ob quod legatarius aliis creditoribus, quibus forſan poſt miſſionem heres res eas obligavit, præfertur, *l.* 3. *C. eod.*

Digitized by Google

jecta habeatur; *l.* 5. §. 3. 4. *ff. hic.* aut extrinſecus, non ex teſtamento veniat: *l. 99. ff. de cond. & demonſt. l. 6. §. 1. ff. hic.*) vel diem exiſtentem. *l. 21. in pr. l. 4. & 5. hic, d. l. un. §. ſin autem.* Quia antea non eſt certum debitum iri, ſi hereditas adeatur.

Legata quæ ad hæredes non tranſeunt, ut uſus, uſusfructus, demum aditâ hæreditate cedunt. *l. 2. 3. hic. d. l. un. §. libertatibus.*

In legato annuo primi anni legatum, quod purum eſt, tranſmittitur, & ejus dies cedit à morte teſtatoris: ſequentium nequaquam, ſed ſingulis duntaxat annis; cum ſit conditionale; *l. 23. l. 10. l. 11. l. 12. hic. Si vivat legatarius: l. 4. l. 11. ff. de ann. legat.* Niſi ut unum eſſet legatum, teſtatorem voluiſſe appareat. *ut in l. 26. §. pater. l. 20. ff. hic.*

Effectus ceſſionis, ut legatum debeatur, *d. l. 213.* & ad hæredem legatarii, eo nondum acquiſito decedentis, tranſmittatur. *l. 5. in pr. hic.*

Ut legatorum ſeu fideicommiſſorum ſervandorum cauſa caveatur.

TIT. III.

Cavendum eſt, & quidem ſatiſdatione, *l. 1. §. 1. & ſeqq. hic.* id eſt, datis fidejuſſoribus, *l. 2. ff. qui ſatiſd. cogunt.* quodeſcunque ſolutio legati, vel fideicommiſſi, etiam univerſalis, *l. 4. C. hic.* differtur, vel quia dies legati nondum venit, vel quia conditio pendet, vel quia hæres de legato ſeu fideicommiſſo litigat, quaſi debitum non ſit. *l. 14. & l. ſeq. eod.*

Cavent hæredes, & cæteri, qui legatum, vel fideicommiſſum præſtare debent, *d. l. 1. §. 3. & §§. ſeqq.* legatario, vel fideicommiſſario, aut ejus procuratori, *d. l. 1. §. 15.* vel ei, qui legata præcipere & diſtribuere debet, *l. 96. §. pen. ff. de legat. 1.* ut quibus diebus teſtator dari, fieri, voluit, his diebus detur, vel fiat, dolumque malum abfuturum. *d. l. 1. in pr.*

Quam in ſtipulationem venit res legata & quicquid

quid in actione ex teſtamento ineſt. *d. l.* 1. §. 13. 14. *&* 16.

Ceſſat hæc cautio, ſi eam teſtator exigi nolit: *l.* 12. *hic.* ſi manifeſtum, non valere legatum: *l.* 14. §. *Divus. eod.* vel in continenti probare paratus eſt hæres, nihil deberi. *l.* 3. *ut in poſſ. leg.* Quia ante de legato, quam de ſatiſdatione conſtare poteſt.

Ut in poſſeſſione legatorum vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſa eſſe liceat.

TIT. IV.

PRætor, ſi legatariis non ſatiſdetur, in bonorum poſſeſſionem iri vult: *l.* 1. *tit. præc.* Hæreditariarum; ſi eas heres poſſideat; ſi non, ſed dolo malo deſierit poſſidere, heredis. *l.* 6. *C. l.* 5. §. *in poſſeſſionem. ff. hic.*

Bonorum appellatio hic continet omnes res, quarum proprietas pertinet ad hæredem ex hæreditate. *l.* 5. §. 5. *cum* §§. *ſeqq. hic.*

Mittuntur hodie pro quantitate legata. *Nov.* 53. *c.* 4. §. 1. Olim in poſſeſſionem omnium bonorum, etſi res minima legata, vel per fideicommiſſum relicta eſſet, *l.* 13. *hic.* mittebantur.

Miſſione decretâ, vel invito hærede legatarius inducendus eſt in poſſeſſionem, *d. l.* 5. §. 26. ut cuſtodiæ cauſa ſimul cum hærede poſſideat: & hæres tædio perpetuæ cuſtodiæ cautionem præſtet, aut legatum ſolvat. *d. l.* 5. *pr. &* §§. 22.

Conſtituitur eâ pignus prætorium, *l.* 5. *hic.* ob quod legatarius aliis creditoribus, quibus forſan poſt miſſionem heres res eas obligavit, præfertur, *l.* 3. *C. eod.*

Digitized by Google

DIGEST. PARS VI.

LIBER XXXVII.

De bonorum poſſeſſionibus.

TIT. I.

HActenus tradidimus quemadmodum ex teſtamentis jure Civili ſuccedatur: demonſtremus nunc, quibus modis Prætor, tam ex ultima voluntate, quam ab inteſtato, ſucceſſiones deferat: quæ bonorum poſſeſſiones, non hæreditates, appellantur; cum Prætor neminem hæredem efficiat. §. 1. *Inſt. hic.*

Bonorum poſſeſſio, eſt jus (*prætorium*) perſequendi retinendique patrimonii; ſive rei, quæ cujuſque cum moritur, fuit. *l.* 3. §. 2. *hic.*

Bonorum appellatio hic comprehendit omnia commoda & incommoda hæreditaria, dominiumque rerum quæ in his bonis ſunt. *l.* 1. *hic.*

Poſſeſſio hic ſignificat jus & utile dominium rerum quæ in hæreditate ſunt. *l.* 1. 2. 3. *hic.*

Ius, id eſt, facultas perſequendi: ſcilicet officio judicis, extra ordinem. *vid. l.* 178. §. 2. *verb. perſecutionis. ubi Alciat. l.* 34. *cum ibi not. de V. S.*

Bonorum poſſeſſio, eſt vel Edictalis; quæ ex Edicto Prætoris mortui competens, jus quærendum decernit: vel Decretalis, quæ à Prætore vivo datur, & jus quæſitum reſpicit.

Illa vel eſt Ordinaria; quæ aliqua in parte Edicti fundatur: vel Extraordinaria; quæ ex novis legibus, prout quæque res incidit, extra ordinem datur. §. 3. & §. 4. *verſ. ſeptima. Inſt. hic.*

Illius plures olim erant ſpecies: Nunc aliquibus à Iuſtiniano evacuatis, ſex tantummodo utiles reperiun-

Digitized by Google

periuntur; duæ ex teſtamento; quatuor ab inteſtato. §. 1. 2. *Inſt. eod.*

Ex teſtamento ſunt Bonorum poſſeſſio contra tabulas; & ſecundum tabulas.

Ab inteſtato ſunt: Vnde liberi: Vnde legitimi: Vnde cognati: Vnde vir & uxor.

Extraordinariæ Bonorum poſſeſſionis quatuor ſunt ſpecies: Vt ex legibus, Carboniana, Ventris, & litis agnoſcendæ cauſa.

Introduxit Prætor Bonorum poſſeſſionem; Et juris civilis emendandi cauſa, idque per ſupplementum, tum in cauſa inteſtati: *(quomodo introduxit bonorum poſſeſſionem, Vnde liberi, & Vnde cognati)* tum in cauſa teſtati: *(ut bonorum poſſeſſionem contra tabulas.)* Et ejuſdem juris confirmandi gratia; idque admittendo ad bonorum poſſeſſionem, vocatos jure civili ad ſucceſſionem teſtati, *(in bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, data hæredibus inſtitutis,)* item inteſtati, *(in bonorum poſſeſſione Vnde liberi, Vnde legitimi.)*

Requirebat olim bonorum poſſeſſio petitionem & decretum: hodie ſola declaratio animi, coram judice facta, ſufficit. §. 7. *Inſt. hic. l. fin. C. qui adm. ad bon. poſſ.*

Quæ tamen declaratio intra legitimum tempus eſt facienda. Quod in liberis & parentibus, eſt annuum; in reliquis agnatis & cognatis centum dierum. §. 4. *Inſt. eod. d. l. fin.*

Si tabulæ teſtamenti extabunt.

TIT. II.

Bonorum poſſeſſiones competunt, cum tabulæ teſtamenti vel extant, licet non proferantur; *l.* 1. §. 2. *de bon. poſſ. ſec. tab.* vel ſemel verè mortuo teſtatore extiterunt; licet poſtea interierint. *d. l.* 1. §. 3. *l. un. hic.*

Non ergò dabuntur, ſi tabulæ teſtamenti non appareant, aut appareant quidem, ſed in iis nomen hæredis ita, quamvis inconſultò, deletum ſit, ut

penitus legi non poſſit, cum Prætor juſtam dubitandi cauſam habeat, utrum qui poſſeſſionem petit, hæres ſcriptus ſit, an non. *d. l. un. hic.*

De bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco, competenti.

TIT. III.

TEmpus petendæ Bonorum poſſeſſionis non currit furioſo, impuberi, quamdiu tales, etiamſi horum tutores vel curatores petere potuerint. *l.* 1. *hic. l.* 7. *l.* 12. *de bon. poſſ.*

Muti, ſurdi, cæci, dummodo intelligant quid agatur, jure communi uti debent. *l.* 2. *hic.*

De bonorum poſſeſſione contra tabulas.

TIT. IV.

BOnorum poſſeſſio contra tabulas datur liberis præteritis, *l.* 1. *hic.* non ſolum emancipatis, & eorum liberis, ſed etiam ſuis, ſiquidem jure inſtitui, mortis tempore potuiſſent, *l.* 3. §. *liberi. ff. hic.* non exheredatis, *d. l.* 1. *l.* 3. *in pr. l.* 10. §. *pen. & ult. hic. l.* 15. *tit. prox. l.* 17. *C. de collat.* (Quia eis inofficioſi teſtamenti querela ſufficit: *d. l.* 10. §. *pen.*) eodem omninò jure & ordine, quo vocantur ad ſucceſſionem jure Civili. *d. l.* 1. *l.* 2. *C. hic.*

Datur contra quodvis teſtamentum, ritè factum, *Duaren. hic.* excepto matris, *l.* 4. §. 2. *hic.* vel adſcendentium per lineam maternam; *d. l.* 4. §. 2. *ff.* §. *ult. Inſt. de exher. lib.* (Quod Iure Noviſſimo mutatum: *Novel.* 115. *c.* 3.) & militis. *l. un. de bon. poſſ. cont. teſt. milit.*

De legatis præſtandis, contra tabulas bonorum poſſeſſione petita.

TIT. V.

PEtitâ Bonorum poſſeſſione contra tabulas, legata ex eo teſtamento non debentur, niſi liberis,

Digitized by Google

tis, vel parentibus, vel dotis nomine uxori, nuruive, relicta ſint. *l.* 1. *hic.*

Hodie, evacuato quacunque ex cauſa præteritionis teſtamento, legata omnia debentur. *Azo, in tit. C. de bon. poſſ. cont. tab. per Auth. ex cauſa. C. de lib. præt. Diſſ. Pacius, hic.*

De collatione bonorum.

Tit. VI.

Emancipati à Prætore ad bonorum poſſeſſionem admiſſi, obligantur ad collationem. *l.* 1. *hic.*

Collatio, eſt rei propriæ in commune illatio, ut hæreditati communi permixta, inter omnes cohæredes æqualiter dividatur. *Bald. in l. emancipati.* 9. *n.* 11. *C. hic.*

Introducta eſt Edicto perpetuo: *l.* 9. *l.* 11. *C. hic.* ad propulſandam injuriam quam filii emancipati ſuis, dum bonorum paternorum per contra tabulas bonorum poſſeſſionem fiunt cum illis participes, inferunt. *l.* 1. *ff. eod.* Nam cum ſui patri acquirant, *l.* 79. *ff. de acq. hered.* emancipati ſibi, hi niſi bona ſua conferrent illis, melioris eſſent conditionis; cum & ſua bona præcipua haberent, & nihilominus ex bonis paternis æqualem partem cum liberis ſuis acciperent. Quod non erat ferendum. Quippe inter liberos diſcordia vitanda; æqualitas (Cujus ut & Iuſtitiæ Imperatores amatores ſunt. *Nov.* 2. *c. fin.*) ſervanda. *l.* 7. *C. eod.*

Habet locum in ſucceſſione legitima, *l.* 1. *§. vel maxime. cum §. ſeq. hic. l.* 7. *l.* 10. *C. eod.* etiam ex jure novo in teſtamentaria; *Nov.* 18. *c.* 6. niſi expreſsè remittatur; *l.* 1. *Auth. ex teſtamento. C. hic.* ſed tantum deſcendentium: ſive ſui ſint, ſive emancipati: *l.* 17. *l.* 19. *C. hic. Gl. in l.* 1. *C. de legit. hæred. Jaſ. in l. ſi emancipati. n.* 26. *C. hic.* ſive ex fœminis deſcendant: *d. l.* 17. *d. l.* 19. Modo ſint in primo gradu, aut in locum primi ſuccedant nulluſque eos præcedat: *d. l.* 19. Succedant adſcendenti titulo univerſali, non particulari, ut legati aut fideicommiſſi,

particularis: *l.* 10. *l.* 16. *C. eod.* non adſcendentium, aut collateralium. *d. Gl. ult. in l.* 1. *C. de legit. hared. Jaſ. in l. ſi emancipati. num.* 26. *C. hic.*

Conferunt ea quæ habuerunt cum pater moreretur, deducto ære alieno: *l.* 1. §. 17. §. 18. *ff. l.* 6. *C. hic.* ea quæ in legitimam imputantur ad excludendam inofficioſi querelam: & quidem hodie tantum profectitia; *l. ult. C. hic.* non adventitia, aut caſtrenſia, vel quaſi. *l.* 12. *C. eod. l.* 52. §. 8. *pro ſocio.*

Fit collatio, vel re ipſa, vel cautione de conferendo: *l.* 1. §. 9. *hic.* vel cautione de defendendo, ut ii, quibus confertur, à neceſſitate aliquid præſtandi liberentur: *l.* 2. *C. eod.* vel remiſſione, ut, ſi quis patiatur tantum fratrem præcipere ex bonis paternis, quantum ei conferre debet. *l.* 5. *C. eod. l.* 43. §. 1. *verſ. ſicut in collatione. de admin. tut.*

Quod ſi quis neque conferre, nec cavere velit, vel denegantur ei actiones hæreditariæ, *d. l.* 1. §. 10. §. 11. *l.* 8. *hic.* vel officio judicis implorato eò compellitur. *l.* 8. *C. hic. l.* 1. *de dot. coll. Dd. in d. l. ſi emancipati.*

Ius hoc collationis pacto tolli non poteſt; *l.* 15. *C. de pact.* teſtamento paterno poteſt. *l.* 5. §. 1. *hic. l.* 1. *cum Auth. ſeq. l.* 12. *C. hic.*

De collatione dotis.

TIT. VII.

Conferunt filiæ ſuæ vel emancipatæ hodie, ſive ab inteſtato ſive ex teſtamento ſuccedant; niſi pater hoc remiſerit; *Nov.* 18. *c.* 6. dotem profectitiam, non adventitiam, (ut olim) *l. ult. C. de collat.* tam ſuis, quam emancipatis, *l.* 4. *l.* 8. *C. eod.* ſive bonorum poſſeſſionem petierint, ſive ſe bonis paternis miſcuerint. *l.* 1. *pr. hic.*

Non conferuntur donationes ſimplices, puta factæ filio aut filiæ à parente de cujus ſucceſſione agitur; quia ut eas præcipuas haberent voluiſſe videtur. *l.* 15. *C. fam. erciſ. l. pen.* §. 1. *C. hic. Diſſ. Dd. per l.* 13. *l.* 17. *C. eod. vid. Cujac. lib.* 3. *obſ. cap.* 30.

Nec

Digitized by Google

Nec regulariter conferuntur impenſæ ſtudiorum; *l.50.fam.erciſc.Jaſ.in Auth.quod locum.n.3.& 4.h.t.* nec ſumptus in elocatione filiæ facti. *Bald. in l. filia. n.14. C. fam. erciſc. Bald. in Auth. ex teſtamento.C. de collat.*

De conjungendis cum emancipato liberis ejus.

Tit. VIII.

EMancipato filio, nepotes in poteſtate retenti, jure civili patris locum occupant: fiuntque avo ſui & proximi hæredes, excluſo patre. *§. ſui. Inſt. de her. qual. & diff.*

Prætor verò, emancipato bonorum poſſeſſionem ejus partis dat quæ ad eum pertineret, ſi in poteſtate permanſiſſet: ſed ita, ut ex ea parte dimidiam ipſe, reliquam liberi ejus habeant, iiſque bona ſua conferat. *l. 1. hic.*

Quod edictum hodie locum non habet, ſublatâ ſuitatis & emancipationis differentiâ. *Nov.118. c.1.*

De ventre in poſſeſſionem mittendo, & curatore ejus.

Tit. IX.

PRætor propter ſpem naſcendi, ventrem mittit in poſſeſſionem vice contra tabulas bonorum poſſeſſionis, *l. 1. hic.* ſi venter non eſt exhæredatus; & id quod in utero eſt, inter ſuos hæredes futurum. *d. l. 2. §. 2.*

Iure novo (cum venter exhæredari non poſſit, *l.35. §. 1. C. de inoff. teſt.* & ſublata ſit, quoad ſucceſſionem, ſuitatis & emancipationis differentia:) etiam exhæredatorum & emancipatorum habenda ratio eſt.

Ventre in poſſeſſionem miſſo, bonis curator unus vel plures dari ſolent. *l. 1. §. 17. & §. ſeq. hic.*

De Carboniano Edicto.

Tit. X.

SI impuberi controverſia fiat, an inter liberos ſit: cauſâ ſummatim cognitâ, perinde ex hoc Edicto poſſeſſio contra tabulas, Vnde liberi, Vnde cognati, *l.* 1. *in pr. l.* 3. *in pr. ff. l.* 1. *C. hic.* datur, ac ſi nulla de ea re controverſia eſſet, judiciumque in tempus pubertatis differtur. *l.* 1. *pr. hic. l.* 3. *l.*4. *verſ. ſummatim. hic.*

Hoc tamen Edictum, ita demum locum habet, ſi, & ſtatus, & hæreditatis quæſtio, ſimul moveatur. *l.* 6. §. 3. *hic.*

Si pro pupillo non ſatisdetur ei qui controverſiam movet, ſimul cum eo poſſeſſio à Prætore decernitur. *d. l.* 1. §. 1. Ita tamen ut ſolus pupillus rebus hereditariis utatur: *l.* 2. *C. hic.* id eſt, alimenta cæteraſque impenſas neceſſarias conſequatur. *l.* 6. §. 6. *ff. eod.*

Bonorum Poſſeſſio hæc, ſi ſatiſdatum ſit, non tantum ad poſſeſſionem adipiſcendam, ſed etiam ad rerum perſecutionem, & ad debita exigenda, & ad collationes, prodeſt. *l. pen. hic.*

De bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas.

Tit. XI.

BOnorum poſſeſſio ſecundum tabulas, datur directa ſcriptis hæredibus quibuſcunque: *l.* 2. §. 4. *l.* 6. *l.* 7. *hic.* Vtilis, nuncupatis: *l.* 2. *C. eod.* ſecundum tenorem teſtamenti.

Vt decerni poſſit, neceſſe eſt Tabulas exſtare, aut extitiſſe: *l.* 1. §. 3. *ff. eod.* Septem teſtium ſignis eſſe ſignatas: *l.* 2. *C. eod.* Eſſe ſupremas: *d. l.* 1. §. 1. In originali. *d. l.* 1. §. 3.

Regulariter cum bonorum poſſeſſione contra tabulas non concurrit. *l. fin. C. hic.*

Digitized by Google

Si à parente quis manumiſſus.

T I T. XII.

PAter, aut Avus paternus, præteritus, poteſt contra tabulas filii emancipati, bonorum poſſeſſionem petere.

Quia filius, emancipatione factâ, à parente acquirendorum bonorum beneficium habuit. *l.* 1. *&* *ſ.* *t.* *hic.*

Si tamen parens vel accepit pecuniam ut emanciparet, vel poſtea vivus in eum filius, quantum ſatis eſt, contulit, ne judicia ejus inquietet, exceptione doli repelletur. *d.* *l.* 1. §. 3.

De bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis.

T I T. XIII.

BOnorum poſſeſſio contra tabulas non datur contra teſtamentum militis, aut ejus qui in hoſtili agro decedit; etſi jure militari teſtari nequeat; ut præſes, legatus, &c. *l.* *un.* *hic.*

De jure patronatus.

T I T. XIV.

DAtur patronis bonorum poſſeſſio contra teſtamentum liberti, ſi liberi non ſunt inſtituti: §. 5. *verſ.* *ſed noſtra.* *Inſt.* *de ſucceſſ.* *lib.* quæ eſt pars juris patronatus.

Quod conſiſtit, in obſequiis, operis, & bonis libertorum. de quibus ſingulis titulis ſequentibus.

De obſequiis parentibus & patronis præſtandis.

T I T. XV.

OBſequium parentibus & patronis debetur.

Nam liberto & filio ſemper honeſta & ſan-

Digitized by Google

ĉta perſona patris ac patroni videri debet; *l. 9. hic.* ſi contra faxint, tanquam ingrati arbitrariè puniuntur, *l. 1. hic. l. un. C. de ingr. lib.* & in poteſtatem domini, ſeu patris, retrahuntur. *l. 2. C. de libert. & eor. lib. l. un. C. de ingrat. lib.*

Et propterea illos in jus ſine venia vocare non poſſunt. *l. 4. cum ſeqq. hic.*

Nec famoſa actio, aut exceptio in illos datur. *l. 2. 5. 6. 7. hic.*

Quandoquidem ab altero vita naturalis, ab altero civilis accipitur.

DIGESTORUM
LIBER XXXVIII.

De operis libertorum.

TIT. I.

PRæter obſequia debent etiam liberti operas; non liberi; quia ingenuis imponi nequeunt. *l. 56. de fidejuſſ. l. 10. ſup. tit. prox.*

Operæ, ſunt diurnum officium; quia luce & per diem, puta naturalem, non civilem; explicantur. *l. 1. hic. l. 2. de ann. legat.*

Sunt vel artificiales, quæ in artificio; vel officiales, quæ in officio exhibendo, conſiſtunt.

Hæ naturaliter debentur patrono, licet non ſint promiſſæ: *l. 26. §. libertus. de cond. ind.* Illæ non debentur, niſi ex promiſſione, vel jurejurando liberti. *l. 7. hic. l. 36. de man. teſt. l. ult. de liber. cauſſ. l. 56. de fidejuſſ. l. 13. de accept.*

Solvitur hæc obligatio, ſi libertus vel duos filios, vel unum quinquennem in poteſtate habeat: *l. 37. hic.* item infirmitate vel ſenio liberti: *l. 15. l. 17. l. 34. l. 35. hic.* & voluntate patroni. *l. 46. eod. l. liberta. C. eod.*

De

De bonis libertorum.

TIT. II.

DAtur patronis in authoramentum datæ libertatis, & Bonorum poſſeſſio Unde legitimi, per quam ſuccedunt liberto inteſtato, ſi ſui hæredes non exiſtant: §. 2. *&* §. *ſed noſtra. Inſt, de ſucceſſ. lib. l. ult. C. hic.* & Bonorum poſſeſſio contra tabulas, ſi à liberto in teſtamento ſint præteriti: per quam olim dimidiam, hodie ex Iuſtiniani Conſtitutione tertiam bonorum partem hæredi ſcripto auferunt: dummodò libertus centum aureos in bonis habeat, *vid. d.* §. *ſed noſtra.*

De libertis univerſitatum.

TIT. III.

DIctæ Bonorum poſſeſſiones dantur etiam univerſitati, quæ ſervum ſuum ad libertatem produxit. *l. un.* §. 1. *hic.*

Et jus quod patrono privato debetur, etiam defertur municipibus. *d. l. un. in pr.*

Quibus tempora bonorum poſſeſſionis petendæ exinde cedunt, ex quo decernere de petenda potuerunt. *d. l. un.* §. *fin.* Ipſi enim, cum conſentire nequeant, eam petere non poſſunt. *d. l. un.* §. 1.

De adſignandis libertis.

TIT. IV.

MOrte patroni jus patronatus ad ejus liberos æqualiter tranſit. *l.* 5. *l.* 18. *cum ſim. de bon. libert.*

Sed ſi uni ex liberis quos in poteſtate habet, libertum aut libertam, ſive in teſtamento, ſive extra illud, quibuſcunque verbis Pater, *Pater in Enchirid. Inſt. hoc tit.* adſignaverit, (hoc eſt, propriè ac pecu-

peculiariter attribuerit.) Ille ſolus cui adſignatio facta, ex Senatuſconſulto pro patrono habetur. *l.* 1. *in pr. hic.*

Poteſtate adſignantis per emancipationem ſolutâ, & adſignatio evaneſcit. §. 1. §. 2. *Inſt. hic.*

Si quid in fraudem patroni factum ſit.

Tit. V.

Competit patrono actio Fabiana, (quæ ex teſtamento,) & Calviſiana, (quæ ab inteſtato locum habet: *l.* 3. §. 2. *&* 3. *hic.*) quâ unà cum fructibus, *l.* 1. §. 21. §. *ult. cum ll. ſeqq. hic.* non tam ante, quam poſt litem conteſtatam perceptis, *d. l.* 1. §. *ult. l.* 2. *ff. eod.* revocat ea, quæ libertus vel mortis cauſa, *l.* 1. §. 1. *hic.* vel in fraudem patroni, ne portionem legitimam ei relinqueret, alienavit. *d. l.* 1. *in pr. hic.*

Datur, (quia rei perſecutionem continet,) in perpetuum. *d. l.* 3. §. 1.

Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, Vnde liberi.

Tit. VI.

Cum tabulæ teſtamenti vel non, vel non validæ extant, ſucceditur, *l.* 1. §. *plane.* *&* §. *pen. hic.* & dantur bonorum poſſeſſiones, ab inteſtato. *l.* 3. *hic.*

Et quidem hoc ordine. Vnde liberi, Vnde legitimi, Vnde cognati, Vnde vir & uxor. *d. l.* 1. §. 1.

Vnde liberi, datur liberis, tam in poteſtate conſtitutis, etiam adoptivis, quam extra; ut ſunt emancipati. *d. l.* 1. *pr.* §. 6. *l.* 4. *eod.*

Vnde

Vnde legitimi.

Tit. VII.

AD Bonorum poſſeſſionem Vnde legitimi vocantur adgnati. *t. t. hic.*

Quia hi Lege XII Tabularum ad ſucceſſionem ab inteſtato poſt ſuos vocabantur: unde & legitimi dicti. §. 1. *& 2. Inſt. de legit. agn. ſucc.*

In ordine legitimorum primò vocabantur fratres & ſorores, etiam ante parentes. *l. 7. unde lib. l. 2. C. ad SC. Tertull.*

Nam quamdiu conſanguinei fratres ſuperſunt, reliquis legitimis non defertur hæreditas. *l. 2. §. 2. de ſuis & legit.*

Poſt conſanguineos legitimi reliqui, etſi longiſſimo gradu ſint, admittuntur; ſcilicet ubi nullus in gradu propiore præcedit. §. 2. *& 3. Inſt. de legit. agn. ſucc.*

Inter legitimos hoc Edicto recenſentur & illi, qui, licet non ut agnati, tamen, alia ex cauſſa, Lege, vel Senatuſconſulto, ad ſucceſſionem vocantur; *l. 2. §. ult. cum ll. ſeqq. hic.* ut patroni, *Inſt. de legit. patr. tut. & ff. de bon. lib.* parentes. §. *fin. Inſt. de leg. agn. ſucc. & de SC. Tertull.*

Qui hodie ſine ulla diſtinctione ſexus potiore jure veniunt. *Nov. 118. cap. 2.*

Vnde cognati.

Tit. VIII.

HAc bonorum poſſeſſione vocat Prætor eos qui jure civili ad ſucceſſionem admitti non poſſunt; id eſt, cognatos.

Cognati hic ſunt, qui ratione ſanguinis juncti erant defuncto, non tamen erant in ejus familia; ut conjuncti per fœminas, *l. ult. §. cognati. & §. cognationis. de gradib. §. pen. Inſt. de ſucceſſ. cogn.* & conjuncti per maſculos, quorum adgnatio per capitis diminutionem ſublata eſt. §. 1. *Inſt. eod.*

Ad-

Admittuntur poſt ſuos & legitimos; & quidem gradu proximi, *l. 1. & t. t. hic.* ordine ſucceſſivo, *inf. tit. prox.* ad ſextum, interdum ad ſeptimum uſque gradum. §. *ult. Inſt. eod.*

Sed hodie, ſublato agnationis & cognationis, emancipationis & ſuitatis, diſcrimine, *Nov.* 118. *c.* 4. omnes indifferenter ad decimum uſque gradum, (ex communi ſententia;) admittuntur: *Gl. & Dd. in d.* §. *ult.* & quidem in capita, non in ſtirpes. *l. 2. C. l. 2.* §. 2. *ff. de ſuis & legit.* Niſi ſint fratrum liberi: qui cum patruis concurrunt. *d. Novel.* 118. *cap.* 3.

Diverſum eſt in deſcendentibus (præter filios) qui non in capita, ſed ſtirpes majorem ſucceſſionem jure repræſentationis, capiunt. §. 7. *Inſt. de hered. qua ab inteſt.*

De ſucceſſorio Edicto.

Tit. IX.

SVcceſſorio Edicto (ſic dicto quia ordinem ordini, gradum gradui, perſonam perſonæ, quaſi per ſucceſſionem ſubſtituit, *tit. ff. & C. hic.*) Prætor; ne creditores longiore mora circumducerentur, *l. 1. in pr. hic.* certum tempus petendæ Bonorum poſſeſſionis præfinivit; liberis quidem & parentibus anni, cæteris centum dierum ſpatium; utile, non continuum, §. 4. *& 6. Inſt. de bon. poſſ. l. 1.* §. 9. *&* §. 12. *hic.* à die ſcientiæ currere incipiens. *l. 9. hic. l. 2. & 5. C. qui adm. ad bon. poſſ.*

Quo elapſo proximo in ordine jus accreſcendi; ita tamen ut & ei ſua tempora currant, tribuitur. §. 4. *& 5. Inſt. eod. t. t. ff. & C. hic.*

Quæ graduum ſucceſſio locum habet in Bonorum poſſeſſione Vnde liberi; ut repudiante filio ſuccedat nepos, repudiante nepote pronepos; &c. *l. 17.* §. *pen. ff. ſi tab. teſt. ext. null.* & in Bonorum poſſeſſione Vnde cognati; §. 7. *Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* ut cum deficiente avunculo; qui eſt cognatus in tertio gradu, in ejus locum ſuccedit conſobrinus, qui eſt in quarto gradu, & deficiente conſobrino vocatur

Digitized by Google

vocatur ſobrinus, qui eſt in ſexto gradu. *l. fin. C. hic.*

De gradibus & affinibus, & nominibus eorum.

Tit. X.

Quia cognatorum & agnatorum varia eſt ratio & ad proximum gradum tam hæreditates, *l. 2. de ſuis & legit.* quam tutelæ redeunt, gradus cognationum noſſe oportet, ut quis, cui præferatur & proximior ſit, intelligi poſſit. *l. fin. in pr. hic.*

Gradus ut numerari poſſint, lineis ſeu limitibus diſtinguuntur; lineæ gradibus. *Pater in Enchir. Inſt. hic.*

Linea, eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens & diſtinguens cognationes.

Gradus (ad ſimilitudinem ſcalarum dictus. *l. ult. §. 10. hic.*) eſt tranſitus de proximo cognato in proximum, quo quæ perſona ſit ſtipiti proxima cognoſcatur. *Weſ. hic.*

Linea, eſt vel recta: eaque aut ſuperior, quæ eſt parentum, ſeu adſcendentium; aut inferior, quæ liberorum ſeu deſcendentium: *pr. Inſt. hic.* vel tranſverſa, quæ eſt inter fratres & ſorores, cognatoſque cæteros. *d. pr.*

Hæc, vel eſt æqualis, quando cognati æqualiter à ſtipite diſtant; vel inæqualis, quando ab eo diſtant inæqualiter. *Pater in Enchir. Inſt. hic.*

Sunt in utroque lineæ genere tot gradus cognationis, quot generationes.

Et ſuperior & inferior linea, à primo gradu incipit: *l. 1. hic.* cum primus tranſitus quaquaverſum de patre fiat in filium, & è contrario. *d. l. fin. §. primo gradu.*

Tranſverſa, non à primo gradu (qui nullus eſt jure civili;) ſed à ſecundo incipit. *d. l. 1. §. 1.*

Ergò quot ſunt generationes remotiores, tot ſunt gradus; ſtipite dempto.

No-

Digitized by Google

Nomenclaturam graduum omnium vide *in l.* 10. §. 12. 13. 14. *ff. & t. t. Inſt. hic.*

Ius Canonicum, quia conſiderat gradus nuptiarum, duorum conſenſu conſtantium, ideò aliter in transverſa linea non recta, quam jus civile gradus numerat. Nempe duas perſonas in iis numerandis conjungit.

Et in linea æquali dicit: Quoto gradu utraque perſona diſtat à ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe.

In inæquali: Quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, eodem diſtant inter ſe.

Affinitas eſt conjunctio inter conjugem & alterius conjugis cognatos.

Contrahitur de jure civili per nuptias. *l.* 4. §. *quoniam. hic.*

Iure Pontificio ex quavis, etiam illicita, conjunctione. *c. diſcretionis. ubi Gl. ad verb. nec affinitas. & Panor. de eo qui cogn. conſ. ux. c. ex literis. de conſang. aff. Dd. comm. in c. non debet. Ext. hic.*

Gradus affinitatis jure civili nulli ſunt. *l.* 4. §. 5. *hic.* Quia generatio, quæ cauſa eſt cognationis, non affinitatis, etiam gradus efficit. §. 7. *Inſt. hic.*

Iure Canonico, eodem modo computantur, quo gradus conſanguinitatis. *c. pen. & fin. Ext. h. t.*

Quod jus tria facit affinitatis genera. Vnum quod per perſonam adjunctam carnis copula contrahitur: Alterum, quod per perſonam primo generi additam: Tertium quod per perſonam ſecundo additam. *Weſ. hic.*

Affinitas non extenditur ad affines perſonæ conjunctæ. *d. c. non debet*; ſicuti nec ad cognatos viri & mulieris inter ſe. §. *mariti. ubi Gl. ad verb. poſtea. Inſt. de nupt. c. pen. c. quod ſuper. Ext. de conſang.*

Vnde vir & uxor.

Tit. XI.

Poſt agnatos & cognatos Prætor, excluſo fiſco, ad bonorum ſucceſſionem virum & uxorem vocat,

vocat, qui quæve in juſto matrimonio mortis tempore fuerit. *l.un. C. hic.*

Sed hodie his perſonis, cum jure communi, *in Auth. preterea. C. eod. in Nov. ut liceat matri & aviæ.* 117. tum ſtatutario, aliter proviſum.

De Veteranorum & militum ſucceſſione.

Tit. XII.

SPeciale in milite & veterano eſt, ut ſi capitali pœna ex delicto militari damnatus ſit, ex ejus teſtamento peti poſſit bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas: & ab inteſtato ei ſuccedat legitimus hæres, vel proximus cognatus, uſque ad quintum gradum. *l. 1. & 2. hic.*

Quibus non competit bonorum poſſeſſio.

Tit. XIII.

NOn competit Bonorum poſſeſſio ei qui renunciavit, qui tempore excluſus, qui prohibendo defunctum teſtamentum mutare, ſe indignum hæreditate reddidit. *l. un. hic.*

Vt ex legibus Senatuſve conſultis bonorum poſſeſſio detur.

Tit. XIV.

PRætor bonorum poſſeſſionem, iis pollicetur, quibus ut detur, Lege, vel Senatuſconſulto vel Conſtitutione comprehenſum eſt. *l. un. hic.*

Quæ extraordinaria dicitur: quia neque bonorum poſſeſſionibus, quæ ab inteſtato veniunt, neque iis quæ ex teſtamento ſunt, connumeratur. §. *ſeptima. Inſt. de bon. poſſ. l. un. hic.*

Eam, bonorum poſſeſſio ex alia parte Edicti agnita, nunquam impedit. *d. l. un.* §. 1.

Quis

Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſervetur.

T I T. X V.

IN petenda bonorum poſſeſſione ab inteſtato primum vocantur ſui : ſecundò legitimi : tertiò proximi cognati : deinde vir & uxor. *l. 1. pr. hic.*

De ſuis & legitimis hæredibus.

T I T. XVI.

QVo ordine Prætor ad bonorum poſſeſſionem vocat, eodem fere jus Civile hæredes facit ab inteſtato.

Inteſtatus mori dicitur, qui relinquens hæreditatem aut omninò non fecit teſtamentum, aut non jure fecit, aut quod fecerat ruptum irritumve factum eſt, aut ſi ex eo nemo hæres extitit. *l. 1. hic. pr. Inſt. de hæred. quæ ab int.*

Sic decedenti ſuccedunt ex Iuſtiniani Conſtitutione *in Nov.* 118. primò deſcendentes, (Id eſt, liberi, tam naſcituri, quam nati, tam fœminæ, quam mares, tam emancipati, quam ſui, tam primi, quam ulteriorum graduum, tam ex filio, quam filia, tam ex emancipato, quam ſuo nati :) ſublatâ omnis emancipationis & ſexus, (quæ olim obtinebat) differentiâ.

Et ſuccedunt filii primi gradus in capita, ulterioris, (ſive ſoli ſint, ſive cum primi gradus liberis concurrant) ob jus repræſentationis, in ſtirpes; *d. Nov.* 118. *c.* 1. *verſ. In hoc.* §. *ult. Inſt. eod.* id eſt, tantum nepos unus, aut plures, aut horum liberi, capiunt, quantum ipſorum parens in diviſione accepiſſet.

Deficientibus deſcendentibus jure novo (ſecus veteri. *l. 7. unde lib. l. fin. C. com. de ſucc.*) adſcendentium (Quorum nomine non modo pater

&

Digitized by Google

& mater, ſed avus, avia, aliique ſuperiores uſque ad tritavum intelliguntur,) ſucceſſioni locus fit.

In qua, ſervatâ gradus prærogativâ, proximus parens excludit remotiorem, nec repræſentationi locus eſt. *Auth. defuncto. verb. ſalva gradus. C. ad SC. Tertyll.*

Si in eodem ſunt gradu, & ſoli exiſtant, ex æquo hæreditatem in ſtirpes, non in capita, dividunt. *d. Nov. 118. c. 2. d. Auth. defuncto.*

Exiſtentibus fratribus, vel eorum liberis, fratres aut ſorores germani, (non ab uno latere tantum conjuncti. *d. Auth defuncto. Dubitant tamen Doctores de à latere defuncti, ſeu mortuario conjunctis. Graſſ. §. ſucceſſio. ab inteſt. q. 24. n. 5.*) una cum proximis adſcendentibus ſuccedunt, ſed fratres in capita, fratrum vel ſororum liberi in ſtirpes; *d. Auth. defuncto. & Nov. 118. c. 3.* nepotibus ulterioribus excluſis. *Auth. poſt fratres. C. de leg. hered. & ibi Gl. Graſſ. §. ſucceſſio ab inteſt. q. 23. n. 4.*

Deficientibus deſcendentibus & adſcendentibus, ſuccedunt collaterales, hoc eſt, defuncto à latere conjuncti.

Et fratri vel ſorori defuncto, ſuccedunt primò fratres & ſorores utrinque conjuncti; in bonis tam paternis, quam maternis, aliiſque; ſi ſoli ſunt, in capita; ſi fratrum & ſororum filii concurrant, in ſtirpes. *d. Nov. 118. c. 3.*

Qui, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt jure civili, non in ſtirpes, ſed in capita. Quia & olim ſic ſuccedebant. *l. 1. §. fin. ff. ſi pars hered. pet. l. 2. §. 2. ff. hic. l. pen. & ult. §. 3. verſ. illo. C. de legit. hered.* Nec eſt ſpecialiter mutatum. *Novel. 118. c. 3.* Quinimò Iuſtinianus, *d. c. 3. verſ. ſed & iſtis. & §. ult.* tum demum in parentum ſuorum locum ſuccedere eos voluit, cum cum patruis concurrunt. *Zaſ. 1. ſing. 7. Don. 9. com. 4. Hot. illuſt. qu. 14. Bart. Baldwin. & alii ad §. hoc etiam. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. Diſſ. Graſſ. d §. 4. 5. num. 4.*

Poſt utrinque conjunctos vocantur conjuncti ab uno latere, eorumque liberi: *Auth. poſt fratres. 1. C.*

S de

de lib. hæred. Ita ut in bonis paternis conſanguinei ſoli, in maternis ſoli uterini ſuccedant ratione unde ea profecta habitâ. *Dd. per l.* 13. §. *fin. ibi: exceptis maternis rebus. C. de legit. hered.* in aliunde quæſitis ex æquo. *l. ult.* §. *ſed nec fratrem. d. l.* 13. *C. eod. Novel.* 118. *cap.* 3. *Nov.* 84. *c.* 1. §. 1. *& ibi Gl. in verb. meliora.*

Fratribus omnibus deficientibus, & eorum liberis, reliqui cognati ulterioris gradus, ex ſola gradus prærogativa vocantur in capita: *Dd. in d. Auth. poſt fratres.* 2. *Nov.* 118. *c.* 3. §. 1. etiam in infinitum ſi de cognatione conſtat. *d. Nov.* 118. *c.* 3. §. 5. *vers. verb. omnes deinceps à latere. Donel.* 9. *comm.* 4.

Ad SC. *Tertyllianum & Orphytianum.*

TIT. XVII.

LEX quidem XII Tabularum nullum jus ultrò citróque capiendæ hæreditatis matri & liberis dedit; quia nulla agnatione ſibi invicem junguntur.

Sed poſtea Senatuſconſulto Tertylliano (quod D. Hadriani temporibus factum. §. *poſtea. Inſt. de SC. Tertyll.*) cautum eſt, ut mater ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor, ad liberorum inteſtatorum bona admitteretur. *d.* §. *poſtea.*

E contrario ex Senatuſconſulto Orphytiano (quod D. Marci temporibus factum. *pr. Inſt. de SC. Orphyt.*) filii & filiæ matri ſuccedunt: & ex conſtitutionibus Principum nepotes & neptes ſuccedunt aviæ, §. 1. *Inſt. eod.* etiam vulgo quæſiti. §. *vulgo quæſitos. Inſt. de ſucc. cogn.*

Sed hodie inter matrem & liberos, & hos etiam naturales & vulgo quæſitos, eſt jus hæreditatem capiendi: *ex Novel.* 118. *c.* 1. & 2. ideoque his Senatuſconſultis opus non eſt.

D I-

Digitized by Google

DIGESTORUM
LIBER XXXIX.

De operis novi nunciatione.

TIT. I.

MAteriæ ſucceſſionum ſubjungit Iuriſconſultus interdicta, quæ ad ſarcienda damna coërcendaſque injurias illatas, pertinent.

Idque vel ex publica cauſa; cum ſupra bonum & æquum publicani illicita vectigalia extorquent: vel ex privata; cum vel injuria facta, damnumve datum eſt, vel timetur fieri per novum opus.

Novum opus, hic, eſt quod ſolo conjunctum, cujus ædificatio vel demolitio videtur opus novum continere: Ceterum ſi quis meſſem faciat, arborem ſuccidat, vineam putet, quanquam opus facit, tamen ad hoc Edictum non pertinet. *l.* 1. §. *hoc autem.* 12. *hic.*

Prætor, reſpectu operis faciendi, jus nunciandi introduxit: reſpectu facti, Interdictum quod vi aut clam. *l.* 1. §. 1. *ff. hic.*

Nunciare ſignificat hic prohibere. *Gl. in l.* 17. *eod.*

Novum opus facit, qui priſtinam operis faciem mutat. *l.* 1. §. 11. *l.* 21. §. 3. *eod.*

Nunciatio ergo eſt legitima prohibitio facta ædificanti; ut ab opere novo, nobis nocituro deſiſtat, donec de jure ædificantis conſtet, aut præſtita ſit eo nomine ſatiſdatio.

Verſatur circa ſtructuras, & res ſoli; non mobiles: *d. l.* 1. §. 12. res prophanas, non religioſas: & opera futura, non facta. *d. l.* 1. §. 1.

Rectè nunciat, in cauſa publica, omnis ejus loci civis, *l.* 3. §. *ult. eod.* inquilinus, vel colonus etiam nomine locatoris; *arg. l.* 1. *C. ſi per vim.* In privata, is demum qui eſt dominus, etiam emphyteuta, ſuper-

perficiarius, creditor pignoratitius, etiam qui modò habet ſervitutem; *l.* 3. *§. pen. l.* 9. *eod. l. un. De remiſſ.* urbanam ſcilicet; *l.* 15. *in fin. de ſerv. præd. urb.* non qui ruſticam. *l.* 14. *hic.*

Ei rectè nunciatur qui priſtinam operis faciem, etiam reficiendo, *Duar. hic. cap.* 2. mutat, *l.* 1. §. 11. *l.* 21. §. 3. *eod.* Et quidem vicino proximo, vel inferiori. *l.* 8. *eod.*

Satis tamen eſt in re præſenti cuicunque fieri qui domino renunciare poſſit. *l.* 5. §. 1. & 2. *l.* 10. *eod.*

Quod ſi opificibus, domino ignorante nuncietur, & illi, ſpretâ nunciatione, ædificare pergant, dominus, etiam infans vel furioſus, novum opus impenſis artificum, qui ædificando culpam commiſerunt, *Gomez. in leg. Tauri.* 46. *num.* 29. deſtruere cogitur. *arg. l.* 5. §. 3. 4. *l.* 1. §. 5. *l.* 10. *l.* 11. *eod.*

Fit nunciatio, vel nudis verbis; quæ uſurpatur tum cum in ſuo quidem, ſed contra jus ſervitutis vicinus ædificat, *l.* 1. §. 2. *l.* 5. §. 10. *hic.* non cum in noſtro ædificatur, niſi poſſeſſionem amittere velimus: *l.* 1. §. 3. *l.* 5. §. 10. *hic.* vel lapilli jactu; *l.* 1. §. 6. *quod vi aut clam. d. l.* 5. §. 10. vel per Prætorem, ejus officio implorato, *d. l.* 1. §. 2. 6. & *ſeqq.* & tum poſſeſſionem nuncians non amittit. *dd. ll.*

Poteſt Nunciatio aut noſtro, aut alieno nomine fieri, & omnibus diebus: & adverſus abſentes etiam atque invitos procedit. *d. l.* 1. §. 2. & §§. *ſeqq.*

Eâ factâ, ædificator ceſſare ab opere debet, & cum nunciante committere ſe prætoriæ juriſdictioni, ut jus ædificationis examinetur: *d. l.* 1. §. 9. ſi ſecus faxit, antequam miſſa facta ſit nunciatio, aut in ea cauſa exiſtat ut mitti debeat, puta, oblatà ſatiſdatione, demoliri juſſu magiſtratus compelletur, nullâ facta cognitione jus ædificandi habuerit ædificans, nec ne. *l.* 20. §. 1. *hic.* Nec refert eum ſuper jure ædificandi litem fuiſſe conteſtatum. Quia litis conteſtatio, eorum qui litem ſunt conteſtati, conditionem non ſolet reddere deteriorem; *l.* 87. *ff. de R. I.* nec quominus ſpoliatus aut injuria affectus,

ante

Digitized by Google

ante omnia reſtituatur, impedire. *Fachin.* 8. *contr.* 45.

Dat Prætor & hoc titulo alterum Interdictum, quo vetat in ædificando impediri eum qui ſatiſdare paratus eſt de opere demoliendo, ſi contra jus ædificatum conſtiterit. *d. l.* 20. §. 9.

De Damno infecto, & de ſuggrundis, & projectionibus.

Tit. II.

Damnum infectum, eſt damnum nondum factum, ſed quod futurum veremur. *l.* 2. *hic.*

Suggrunda ſive ſuggrundiæ, ſunt eminentes tecti partes, ad tuendas ab injuria imbrium ædes.

Projectiones, ſunt projecta, quibus tectum & parietes defenduntur. *vid. l.* 242. §. *inter. de V. S.*

Qui damnum ab ædibus vicini ruinoſis ſibi metuit, petere ab eo poteſt, ut ſibi eo nomine caveat: nam, (modo ſe non calumniæ cauſa id petere juret,) Prætor vicinum, ſi dominus ſit, repromittere: ſi alieno nomine interveniat, ſatiſdare: ſi dubitetur an ſit dominus, ſub exceptione ſatiſdare jubet: eoque ita ut oportet non cavente, adverſarium ejus in poſſeſſionem ex primo decreto mittit; in contumaciam perſeverante, etiam poſſidere ſecundo decreto jubet. *l.* 7. *hic.*

Quod ſi judex decretum neget, in eum actio in factum (quæ perpetua eſt. *l.* 17. §. 3. *hic.*) ad id, quod revera intereſt poſtulantis cautionem vel decretum, *l.* 4. §. 7. *hic.* competit.

Quâ actione perſequimur, ut nobis tantum præſtetur, quantum damni dedit res vitioſa, cujus nomine neque cautio, neque poſſeſſio ex primo vel ſecundo decreto petita, admittebatur. *l.* 15. §. *fin. l.* 18. §. *fin. hic.*

Ceſſat actio damni infecti; quotieſcunque alia actione damnum datum ſarciri poteſt: *l.* 32. *l.* 37. *hic*, ſi quis in ſuo quid, jure ſuo facit: *l.* 24. §. *ult*, *l.* 26. *hic.*

Digitized by Google

ſi vitium ſit naturale, aut vi ventorum contingens. *d. l.* 24. §. 2. §. 3. 4. 5. §. 9. §. 10. *l.* 43. *hic.*

De aqua & aqua pluvia arcenda.

Tit. III.

SI cui aqua pluvia damnum dabit, aquæ pluviæ arcendæ actione avertetur aqua.

Quæ locum habet, cum quis manu fecit, quo aliter flueret aqua quam natura ſolebat. *l.* 1. *in pr. &* §. 1. *hic.*

Datur domino prædii cui ex opere damnum timetur: *d. l.* 1. §. 11. *l.* 6. §. 4. *hic.* etiam utilis, utile dominium habentibus. *l.* 23. §. 1. *l.* 22. *l.* 3. *eod.*

Adverſus dominum ejus loci in quo opus factum eſt. *l.* 4. §. *pen. l.* 5. *eod.*

In hoc ut opus in priſtinum ſtatum reſtituat; ſuis impenſis, ſi illud fecit, aut facere curavit: impenſis actoris, ſi nulla ſit in culpa: *l.* 11. §. 2. §. *fin. l.* 12. *eod.* una cum damno & intereſſe quod eâ occaſione poſt litem conteſtatam accidit, *l.* 11. §. 3. *l.* 14. §. 2. *hic. & Cujac. in par. eod.*

De publicanis, & vectigalibus, & commiſſis.

Tit. IV.

PVblicani ſunt vectigalium & redituum publicorum redemptores. *l.* 1. §. 1. *hic.*

Vectigal hic eſt, id quod fiſco, ex rebus quæ veneunt, penditur.

Penditur propter uſum viæ publicæ, *l.* 21. *de don. int. vir. & ux.* quoniam Princeps planam & tutam commeantibus eam præſtare debet. *l.* 13. *de off. praeſ.*

Præſtari ſolet octava pars: *l.* 7. *C. de vectigal.* olim quinquageſima tantum, aut etiam centeſima. *Cujac. lib.* 6. *obſ. c.* 28.

Quæ ſi ab aliquo non ſolvatur, res non profeſſæ

(non

(non aliæ, ne pœna culpam excedat; *l. ult.* §. 2. *ff. hic.*) incidunt in commiſſum, & fiſco vindicantur; quæ vocatur pœna commiſſi. *l. ult.* §. *quoties.* §. 5. *l.* 14. *hic.*

Si quis non dolo, ſed per errorem incidit in commiſſum, duplum vectigal præſtando liberatur. *d. l. ult.* §. 10.

Sed, quoniam publicani vectigal quandoque ſupra bonum & æquum extorquere ſolent, Prætor contra eos Interdictum dedit.

Quo id quod illicitè, id eſt, vel ultra antiquam conſuetudinem, vel ab eo qui vectigal non debet, *l.* 4. *C. vect. nov. inſt. non poſſ. l.* 4. §. *ult. hic.* extorſerunt, in duplum, *l.* 1. *in pr. l.* 9. §. 5. *hic.* (in quo res ipſa ineſt. *l.* 5. §. 1. *eod.*) aut, ſi poſt annum agatur, in ſimplum, *d. l.* 1. *l.* 13. *eod.* reſtituere coguntur.

Quod ſi per vim plus debito exegerint, puniuntur in quadruplum. *d. l.* 9. §. 6.

Idem eſt in eo qui ſine poteſtate magiſtratus exigit. *Menoch.* 2. *arb. qu. caſ.* 443. *n.* 3.

Datur hæredibus, & in hæredes quatenus locupletati ſunt. *d. l.* 13. *in fin. l.* 4. *pr. eod.*

Publicani & extra ordinem, ad vigorem publicæ diſciplinæ, hoc nomine plectuntur. *d. l.* 9. §. 5.

De donationibus.

TIT. V.

SEquuntur jus prætorium donationes, quia eas, poſtquam perfectæ ſunt, Prætor, veluti juſtum acquirendi modum, *pr. Inſt. hic.* tuetur.

Eſt donatio liberalitas, quæ nullo jure cogente, ex ſola animi benignitate, alteri fit & conceditur. *l.* 29. *hic. l.* 82. *de R. I.*

Quæ animi benignitas non præſumitur, niſi aut ipſa, aut certa ſcientia, probetur: *l. cujus. de R. I. l. error. C. ad l. Falcid.* cæteroquin error potius, & ignorantia, *l. verius. de probat.* eóque fatua ac nulla potius cauſa præſumitur, quam donatio, *Bald.*

l. 3. 5. l. generaliter. C. de non num. pec. Jaſ. l. 3. de pact.

Fieri debet donatio verbis præſentibus, vel æquipollentibus; *Ang. & Fab. poſt Gl. in §. alia. Inſt. hic. Bald. in l. ſi quis argentum. §. fin. C. eod.* alioqui non eſſet donatio, ſed pactum futuræ donationis. *Salic. in l. 2. n. 4. & 5. C. de cond. ob cauſ. per l. in bonafidei. de eo quod cert. loc. Fab. in d. §. alia. n. 3. per l. ſteriles. §. fin. de act. empt.*

Eſt donatio, aut ſimplex, aut ob cauſam, aut ſub modo, aut conditionalis.

Donatio ſimplex, quam ſupra definivimus, eſt propriè donatio.

Donatio ob cauſam, & ſub modo, eſt cum datur, vel ut aliquid fiat; vel ut non fiat, vel cum certo modo certaque lege donatur. *l. 1. §. 1. hic. t. t. C. de donat. quæ ſub mod.*

Conditionalis eſt, vel cum quis ita dat, ut tunc demum accipientis rem fieri velit, cum aliquid ſecutum erit: vel ut ſtatim quidem accipientis fiat, ſi tamen aliquid aut factum fuerit, aut non fuerit, velit eam ad ſe reverti: qualis eſt donatio cauſa mortis.

Donare omnibus, *l. 5. ff. hic.* niſi iis donari prohibeatur, *arg. l. 43. §. 1. de proc.* poſſunt omnes qui & contrahere; nec ſenectus aut morbus donationi obſtat: *l. 16. C. hic.* non tamen pater filio in poteſtate conſtituto; *l. 11. C. hic.* niſi ob benemerita, aut aliam juſtam cauſam: *Jaſ. poſt alios. in l. ſi donat. C. de collat. Bald. in l. cum oportet. §. fin. C. de bon. quæ lib.* nec maritus conjugi, aut contra. *t. t. de donat. int. vir. & uxor.*

Factæ tamen ab his donationes, ſolâ morte, quaſi tacitâ ultimæ voluntatis ſignificatione, *vid. Jaſ. in l. fin. C. de pact.* confirmantur. *l. 25. C. de don. int. vir. & ux. l. 2. C. de inoff. don.*

Mulier res paraphernales jure civili & alienare & donare poteſt: *l. 6. C. de revoc. don. l. 8. C. de pact. conv.* non dotales. *l. 21. C. hic.*

Reus capitalis criminis ante ſententiam, non poſt, donare poteſt. *l. 15. hic.*

Donari

Donari poſſunt res omnes, quæ in commercium cadunt: *l. 9. l. 35. ff. hic.* etiam omnia bona, præſentia & futura, *l. 35. § ſed & ſi. C. hic. l. 8. C. de revoc. don. l. 5. C. de inoff. don. l. 42. ff. de mort. cauſ. don. l. 17. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. Hott. diſp. de donat. c. 8. Ant. Fab. 48. err. pragm. 6. Vaſq. 6. contr. 62. Vid. l. ult. ſup. quæ res pign. oblig.* Licet enim pactionibus non poſſit; *l. 15. l. ult. C. de pact.* poteſt tamen donando auferri libera teſtandi facultas. *Diſſ. Bart. & Dd. in l. fin. C. de pact. & l. ſtipulatio. 38. de V. O.*

Donatio olim non perficiebatur, niſi interpoſitâ ſtipulatione, aut præcedente traditione. *l. 2. l. 12. l. 17. l. 19. l. 20. l. 21. l. 22. l. 24. l. 33. l. 6. hic. l. 35. §. fin. eod.*

Hodie ſolo conſenſu, id eſt, ſimul ac donator animum donandi declaraverit, & donatarii acceptatio acceſſerit, etiam ſcriptura deficiente, perficitur. *§. 2. Inſt. l. 2. §. 3. ff. eod. l. 29. C. eod.*

Fieri poteſt, inter abſentes, per procuratorem, epiſtolam, *l. 4. l. 10. ff. l. 6. l. 29. C. eod.* ſine teſtibus, *l. 31. C. eod.* dummodò alia ratione, *l. 13. l. 20. l. 29. C. eod.* probari poſſit.

Si tamen donatio quingentos aureos excedat, inſinuatio, ſive judicialis, ſive extrajudicialis, apud judicem competentem, requiritur, ut in acta publica ad pleniorem fidem redigatur. *l. pen. §. 3. C. eod.*

Sine qua inſinuatione, ultra iſtam ſummam donatio non valet, *l. 34. pr. C. eod.* niſi aut à Principe ſit facta, aut in eum collata; *d. l. 34.* aut in milites à magiſtro militum; *l. 36. §. 1. C. eod.* aut pro redimendis captivis; *d. l. 36. pr.* aut pro refectione ædium. *d. l. 36. §. 2.*

Donationes omnes generis pacta recipiunt, quæ quidem per ſe valida ſint: ſi jure invalida ſint, iis rejectis, pura ſubſiſtit donatio. *l. 25. l. 34. C. hic.*

Habent hodie donationes in ſe traditionis neceſſitatem: *§. 3. Inſt. hoc tit. l. fin. C. de revoc. don.* ex iiſque datur condictio ex lege, & (ſi ſtipulatio interceſſit), actio ex ſtipulatu: *l. 35. §. fin. C. hic.* interdum

Digitized by Google

& rei vindicatio, inſtrumentis ſcilicet rei donatæ traditis. *l.* 1. *C. eod.*

Donator de evictione non tenetur, niſi quatenus dolo malo fecit: ne videlicet liberalitas ei ſua ſit damnoſa. *l.* 18. *§. fin. hic.*

Semel elargitæ, non revocantur amiſſione inſtrumentorum, *l.* 2. *C. de revoc. don.* alienatione quam donans poſtea fecit, *l.* 3. *C. eod. tit.* allegatione doli, *l.* 4. *C. d. t.* reſcripto Principis. *l.* 5. *C. eod.*

Revocantur, ſi conditio, modus, aliave pacta adjecta non ſerventur. *l.* 1. *l.* 3. *& t. t. C. de don. quæ ſub mod. l. fin. C. de revoc. don.*

Retractantur propter ingratitudinem ex cauſis jure expreſſis: *l.* 1. *l. pen. l. fin. Auth. quod mater. C. de revoc. don.* & ſi factæ in libertum propter ſupervenientiam liberorum; ex tacita puta donationis conditione, niſi liberi ſuperveniant. *l.* 8. *C. de revoc. don. vide Hott.* 12. *obſ.* 11. *Don. Gyph. ad d. l.* 8. *Connan.* 5. *comm.* 10. Alias non. *Diff. Dd. com. Vide Method. noſtr. C. enarr. h. t.*

De mortis cauſa donationibus & capionibus.

TIT. VI.

MOrtis cauſa donatio, eſt liberalitas quæ conſideratione mortis inſtantis vel futuræ fit, cum donans mavult ſe habere, quam eum cui donat, magiſque eum quam hæredem ſuum. *l.* 1. *hic.* §. 2. *in pr. Inſt. eod.*

Ejus tres ſunt ſpecies. 1. Quæ non metu imminentis mortis, ſed extra periculum, ſolâ mortis cogitatione fit, non ſtatim, ſed poſt mortem modo effectum habitura.

2. Quæ eadem fit conditione à conſtituto in periculo mortis.

3. Quæ ita fit metu mortis & periculi, ut res donata ſtatim quidem fiat accipientis, ſed poſt evitatum periculum repetenda. §. 2. *Inſt. l.* 2. *hic.*

Quæ donatio ſub conditione pendet: ſuperiores ſtatim

Digitized by Google

ſtatim quidem perfectæ ſunt, ſed ſub conditione reſolvuntur. *l.* 35. §. 4. *l.* 13. §. 1. *hic.*

Mortis cauſa donare poteſt, cui teſtamenti factio eſt, licet id non faciat: *l.* 25. *hic.* & filiusfamilias, ſed conſentiente patre. *d. l.* 25. Si quidem donet, profectitia; *l.* 29. *ff. hic.* ſin adventitia, & eo ignorante. *Bachov. in not. ad Weſenbec. hic. num.* 4. Quia donatio & ab inteſtato fieri poteſt. *Goth. ad d. l.* 25. *in marg.*

Donari poteſt mortis causâ, omnibus qui legata accipere poſſunt; ut quibus in pleriſque hæc donatio comparatur. §. 1. *Inſt. l.* 9. *l.* 35. *ff. hic.*

Qui an capaces ſint, mortis, non donationis, tempus inſpicitur. *l.* 22. *ff. eod.*

Donari poſſunt mortis cauſa, eadem quæ purè & ſimpliciter donari poſſunt; (cum quod inter vivos licet, id multo magis liceat in ultima voluntate. *tit. Inſt. de leg. Fuſ. Can. toll.*) etiam omnia bona præſentia & futura: non tamen hæreditas tanquam hæreditas, id eſt, titulo hæreditario: *Bart. Bald. Caſt. Ang. Jaſ. in l. licet. C. de pact.* Quia pactis hæreditas non datur. *l. hereditas. C. de pact. conv.*

Ideóque talis donatarius non fit hæres, ſed legatarii loco eſt; *l.* 75. *de leg.* 2. eóque hæres ſcriptus, vel ab inteſtato legitimus, deducit quartam, *l.* 2. §. *fin. de jur. codicill.* Falcidiam. *l. in donationibus. C. ad l. Falc. l.* 2. *C. hic.*

Vt mortis cauſa donatio valeat, requiritur. 1. Expreſſa propriæ mortis, vel periculi mentio; alioqui ſimplex præſumitur donatio. *l.* 31. *l.* 38. *l.* 42. §. 1. *ubi Gl. & Bart. hic.* 2. Præſentia donantis, donatarii: ob acceptationem & hic requiſitam. *l.* 38. *eod. l.* 2. *C. eod.* 3. Et quinque teſtium: ut in omni ultima voluntate: *l. fin. C. eod.* non inſinuatio, etſi ſummam quingentorum aureorum excedat. *d. l. fin.* Etſi enim habet rationem contractus, cum in eſſe producitur, tamen effectu & quando in eſſe producta eſt, habet rationem ultimæ voluntatis: *per l. fin. C. hic. ubi Gloſſ.* in qua de quantacunque ſumma citra inſinuationis ſolennitatem diſponi poteſt.

Digitized by Google

Sic facta donatio morte inſecutâ, rata manet; non inſecutâ, reſolvitur. *Gl. in l. 4. §. 1. verb. ſpopondiſſet. de dol. mal. exc. l. 19. l. 35. §. 2. hic.*

Quod & tum fit, cum mutata voluntate reſtitui ſibi donator rés donatas voluerit: *d. l. 35. §. mortis. in fin. l. 30. l. 13. §. 1. ubi Bart. hic.* & ſi prius donatarius quam donator deceſſerit. *l. 23. l. fin. hic.*

Reſolutâ ad hunc modum donatione, condictio perſonalis, vel Vtilis in rem actio, prout erit commodum, ad res repetendas datur. *l. 30. l. 35. §. 2. l. 29. hic.*

Differt ab illa donatione mortis cauſa capio.

Quæ eſt adquiſitio, quæ propter mortem alterius obveniens, alio nomine non appellatur. *Cujac. in par. hic.* ut ſi quid alicui conditionis implendæ causâ datum ſit, aut ſi alienæ mortis cauſa donatum ſit. *l. 8. l. 11. l. 18. in pr. l. 31. in pr. l. 38. hic.*

DIGESTORUM

LIBER XL.

De manumiſſionibus.

TIT. I.

SEquuntur manumiſſiones & jura libertatum: quia & ea juriſdictione & viva magiſtratus voce regebantur. *t. t. de off. conſ. & off. præt.*

Manumiſſio, eſt datio libertatis. *l. 4. de juſt. & jur.* dicta quaſi ex manu, id eſt, ex poteſtate, miſſio.

Fit ex Sacris conſtitutionibus in SS. Eccleſiis, *l. 1. 2. C. de his qui in Eccl. man.* vindicta, *t. t. ſeqq.* inter amicos, *l. un. §. ſed &. C. de Lat. lib. toll.* per epiſtolam, *d. l. un.* per teſtamentum, aut aliam quamlibet ultimam voluntatem. *t. t. C. & ff. de teſt. man.*

De manumiſſis vindictâ.

TIT. II.

MAnumiſſio vindictâ olim erat præcipua, quoniam ſic manumiſſi jus civitatis acquirebant.

Vindicta eſt virga, qua magiſtratus aut Prætor caput manumiſſi tangit, dicens: Aio hunc præſentem hominem eſſe liberum & civem Romanum. *Gothi ad Vlp. tit.* 1. §. 7.

De manumiſſionibus quæ ſervis ad univerſitatem pertinentibus imponuntur.

TIT. III.

NEc modò privati ſic rectè manumittunt, ſed etiam univerſitates omnes, & collegia, quibus coëundi jus eſt, quæque propria habere poſſunt. *l.* 1. *hic.*

De manumiſſis teſtamento.

TIT. IV.

DAbatur libertas in teſtamento vel directò, ita ut manumiſſus fieret libertus orcinus, id eſt, teſtatoris defuncti: nec hæres jus patronatus conſequeretur. §. *fin. Inſt. de ſing. reb. per fideicom. rel.*

De fideicommiſſariis libertatibus.

TIT. V.

VEl per fideicommiſſum, ita ut tum manumiſſus fieret libertus hæredis aut legatarii, qui in authoramentum manumiſſionis jura patronatus conſequebatur. *d.* §. *fin. t. t. hic.*

De ademptione libertatis.

Tit. VI.

UT datur, ita & teſtamento libertas adimi poteſt.

Idque vel expreſſâ voluntate, vel tacitâ; ut, ſi ſervum, cui libertas relicta eſt, teſtator poſtea vinxit. *l.* 46. *de fideic. lib. l.* 51. §. 1. *de man. teſt.*

Data teſtamento non ſolum à teſtatore, ſed etiam interdum à lege adimitur. *l. un. hic.*

De ſtatuliberis.

Tit. VII.

QVi ſtatutam in diem vel conditionem libertatem habent, ſtatuliberi appellantur. *l.* 1. *in pr. hic.*

Fiunt vel conditione expreſſâ, vel vi ipſa, ut cum creditoris fraudandi cauſſâ manumittuntur; nam, dum incertum eſt, an creditor jure ſuo utatur, interim ſtatuliberi ſunt. *d. l.* 1. §. 1.

Qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt.

Tit. VIII.

IPſo jure libertatem conſequuntur, quibus dies vel conditio manumiſſionis præſtituta; ſi vel dies elapſus ſit, vel conditio exſtiterit, *l.* 3. *de ſtatulib. l.* 1. *& t. t. hic.* vel per hæredem ſtat, quominus impleatur. *dd. ll.*

Qui

Digitized by Google

Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiant, & ad legem Æliam Sentiam.

TIT. IX.

INterdum manumiſſi libertatem non conſequuntur; ut cum in fraudem creditorum manumiſſi ſunt, quia lex Ælia Sentia impedit libertatem. *pr. Inſt. qui & ex quib. cauſ. man. non poſſ. l.* 7. 8. 10. 11. *hic*.

In fraudem creditorum manumittere videtur, qui vel jam tempore quo manumittit, ſolvendo non eſt; vel qui datis libertatibus, deſiturus eſt ſolvendo eſſe. §. *in fraudem. Inſt. eod.*

Sunt & alii qui manumiſſi liberi non fiunt. *de quibus vid. l.* 2. 3. 4. 9. *& t. hunc tit.*

De jure aureorum annulorum.

TIT. X.

COnſequuntur manumiſſi omnes libertatem; ſed præter illam, & ingenuitatem, ſalvo jure patronatus, conſequuntur illi qui jus aureorum annulorum à Principe impetrarunt. *l. pen. & ult. hic.*

Quod beneficium Iuſtinianus, *Nov.* 78. *c.* 1. ut & Ius Quiritium, *tot. tit. C. de lat. lib. toll.* indiſtinctè omnibus libertis conceſſit.

De natalibus reſtituendis.

TIT. XI.

PLenâ ingenuitate, etiam exſtincto jure patronatus, fruuntur illi, quos Princeps natalibus reſtituit. *l.* 2. 3. *hic.*

Quod etiam beneficium noviſſimè omnibus libertis Iuſtinianus indiſtinctè conceſſit; *Nov.* 78. manumiſſore præſertim jus ſuum remittente; *Cujac.*

Digitized by Google

Cujac. lib. 4. obſ. c. 3. d. Nov. 78. ut potius ingenuis, quam libertinis Reſpublica repleretur. *l. 3. C. de bon. quæ lib.*

De liberali cauſa.

TIT. XII.

JUdicia quibus cauſæ ſtatus, id eſt, an quis ſit liber, an ſervus, diſputantur, vocantur liberalia, quod iis de libertate agatur: & actiones quibus agitur, præjudiciales. §. 14. *Inſt. de act.*

Quibus ad libertatem proclamare non licet.

TIT. XIII.

DE liberali cauſa agere non poſſunt, quibus ad libertatem proclamare non licet: ut ſunt major viginti quinque annis, qui ad pretium participandum venundari ſe paſſus eſt: *l. 1. 3. & ſeqq. hic.* ſervus, quem quis per vim domino eripuit, & in teſtamento manumiſit. *l. 2. hic.*

Si ingenuus eſſe dicetur.

TIT. XIV.

AD ingenuitatem repetendam agere poteſt libertus, ſi intra quinquennium à tempore manumiſſionis, docere velit ingenuum ſe eſſe natum. *l. 2. 3. 4. 5. 6. hic.* De jure novo, etiam poſt. *l. fin. C. ubi cauſ. ſtat. agi opor.*

Digitized by Google

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.

TIT. XV.

DE ſtatu defuncti poſt quinquennium quærere non licet; *l.* 1. *in pr.* & §. 1. *l.* 2. *l. fin. hic.* ſi quidem conditionem defuncti deteriorem facturus ſit qui retractet: licet, ſi meliorem. *d. l.* 1. §. *fin. l.* 3. *eod.*

De colluſione detegenda.

TIT. XVI.

SI conſtiterit ſervum colludente domino vel patrono ingenuum fuiſſe judicatum, ex Senatusconſulto temporibus Domitiani facto, ſervus aut libertus ejus efficitur qui colluſionem detexit. *l.* 1. *l. pen.* & *t. t. hic.*

DIGESTORUM
LIBER XLI.

De acquirendo rerum dominio.

TIT. I.

TRanſeamus à judiciis, quibus res noſtra, ad ea quibus poſſeſſio, petitur: explicatis tamen prius dominiis rerum; quia ex iis poſſeſſiones omnem vim mutuantur.

Dominium, eſt jus, quo res noſtra eſt, ita ut de ea pro libitu diſponere poſſimus; *l.* 21. *C. mand.* niſi jure, vel teſtamento, vel conventione prohibeamur. *l. ult. C. de reb. alien. non alien. Pac. in Iſag. hic.*

Ejus

Ejus partes ſunt proprietas & poſſeſſio rei; quæ concreta dominium conſtituunt, ſeparata nihil inter ſe habent commune. *l.* 11. §. 1. *de acq. poſſ.*

Dominium (docendi gratia) diſtinguitur in plenum; quod eſt, quando habemus rei proprietatem & poſſeſſionem cum emolumentis: & non plenum, quando proprietas à poſſeſſione & emolumentis eſt ſeparata. *Weſ. hic. n.* 3.

Hoc vulgò dividitur in Directum: quod is habere dicitur, penes quem eſt proprietas, ſine fructu & emolumentis; ut dominus feudi & emphyteuſeos: & Utile; quod habere dicitur is, qui rem cum emolumentis & functionibus aliundè habet quam jure proprietatis, ut vaſallus, emphyteuta. *vid. Bart. in l. ſi quis.* 17. §. *differentia. n.* 5. *& 6. de acq. poſſ. per l. poſſeſſores. C. de fund. patr. lib.* 11. *l.* 1. *de aq. pluv. arc. c.* 1. *de inveſt. de re alien. fact. & c.* 2. *F.* 8.

Eſt & aliud dominium civile, aliud naturale, nam rerum dotalium mulier naturale, maritus civile dominium habet. *l. pen. C. de jur. dot.*

Dominia rerum quæ ſunt in commercio acquiruntur aut jure gentium, aut jure civili: *l.* 1. *hic.* non etiam jure naturali, quod omnibus animalibus commune eſt: quia dominiorum diſtinctio jure gentium introducta eſt. *l.* 6. *de I. & I.*

Ex quo jure modi acquirendi ſunt. 1. Occupatio. 2. Traditio. 3. Acceſſio.

Occupatio vel eſt captivitas; quæ eſt occupatio facta jure belli: *l.* 5. *hic.* §. 17. *Inſt. eod.* vel Occupatio in ſpecie.

Captivitas, jure belli juſti, *l.* 7. *hic.* noſtra facit, vel ipſos hoſtes, (qui ſunt quibus populus Romanus bellum indixit. *l.* 116. *de V. S.*) vel res ipſorum mobiles aut moventes: non immobiles ſeu ſoli; id eſt, agri, arces, &c. quæ fiunt publica. *d.* §. 17. *d. l.* 5. §. *fin. d. l.* 7. *l.* 20. §. 1. *de capt. & poſtl. rev.*

Occupatio in ſpecie, eſt rerum quæ nullius ſunt, alicujus tamen eſſe poſſunt: quæ ratione naturali occupanti conceduntur. *l.* 3. *hic.*

Res

Res nullius ſunt, vel natura, vel facto, vel tempore. *Placent. in ſumm. ad tit. Inſt. de rer. diviſ.*

Naturâ nullius dicuntur res, quæ vel animatæ ſunt, vel inanimatæ; illarum occupatio, poteſt dici Venatio; harum, Inventio.

Venatio eſt animalium natura ferarum: qualia ſunt, non præciſè quæ ferocem habent naturam; ſed quæ talem habent, quâ liberè vagantur, nec certâ ſede ſe continent. *Pater in Enchir. Inſt. hic.*

Talia quæ prorſus fera, indiſtinctè; quæ cicurata ſunt, tum demum fiunt occupantis, ſi in libertatem ſe receperint naturalem, & redeundi conſuetudinem abjecerint. §. 15. *Inſt. l.* 3. §. 5. *hic.*

Animalia manſueta naturâ vel arte, quocunque ſe receperint, primi domini manent: §. 12. §. 16. *Inſt. eod.* niſi pro derelictis habeantur, vel aliàs à domino in alium transferantur.

Eſt Venatio aut beſtiarum, quæ in ſpecie Venatio: aut piſcium, quæ Piſcatio: aut avium, & Aucupium dicitur.

Cuilibet venari & aucupari liberum eſt, non in ſuo tantum, ſed & alieno fundo: domino tamen licitum eſt id prohibere. *d. l.* 3. §. 1.

Contra prohibitionem ingreſſus nihilominus ſuum facit quod ex venatione eſt conſecutus; ſed domino actione injuriarum tenetur. *d. l.* 3. §. *plane. l.* 13. §. *fin. de injur. l.* 16. *de ſerv. ruſt. præd.*

Piſcari licet in aqua ſua, vel publica; non aliena. *d. l.* 13. §. *ult.* Sunt enim piſces tum res privatæ, ut & ipſa aqua, cujus pars eſſe intelliguntur. *l.* 15. *ubi Gl. ad verb. piſces. de act. empt. l. fructus. de rei vind. Guid. Pap. deciſ.* 91.

Dicta venationum jura, hodie Principes ademerunt ſubditis, & ſibi reſervarunt. *c.* 1. §. *ſi quis ruſticus. verſ. nemo retia. ubi Alvar. de pac. ten. in uſib. Feud.* 2. *F.* 27. *Weſ. hic. n.* 6.

Quia, ut jura, ſic & loca publica, (ut ſunt ſaltus & nemora in quibus feræ libere vagantur:) Principes ad ſe tranſtulerunt. *l.* 3. *ne quid in loc. publ. l.* 9. *ad l. Rhod. de jact. l.* 2. *ubi Bald. C. de quad. præſcript. Weſ. d. loc.*

Qui

Qui hoc jus venandi, privatis in ſuis prædiis, ne jus privatum bono titulo illis acquiſitum auferant, interdicere nequeunt. *l. 2. ubi Dd. C. de prec. Imp. off. & in l. 2. l. ult. C. ſi cont. jus vel util. publ. l. 2. §. 16. ne quid in loc. publ. Dd. in l. digna. C. de legib.*

Cui tamen interdictioni privati ſi acquieſcant, Principes jus venandi etiam in privatis prædiis præſcribent. *c. un. in verb. reditus piſcationum quæ ſint. reg. in uſib. feud. 2. F. 26. c. ſuper. §. præterea. de V. S. Weſ. hic. n. 6.*

Inventio eſt occupatio aliarum rerum quam animatatum; quæ nullius ſunt non ſolum naturâ, ut venatio, ſed etiam facto, ut loquuntur Doctores, aut tempore.

Res enim quæ nullius ſunt: aut de quibus non conſtat, aut conſtare poteſt, cujus ſint: item quæ in mari aut littoribus inveniuntur; *§. 18. Inſt. hic.* item res pro derelictis habitæ, (quæ facto nullius eſſe dicuntur) cedunt inventori. *§. 27. Inſt. eod. l. 5. pro derelict.*

Caſu deperditæ domino ſunt reſtituendæ, ſi ſciri poteſt cujus ſint; *§. 45. Inſt. eod.* Quem in finem inventor proponet vel proclamari faciet ſe inveniſſe: quod ſi tum nemo reperiatur, pro derelictis haberi cenſentur, & fiunt, inventoris. *l. 43. §. 4. & §§. ſeqq. de furt.*

In theſauro invento (qui eſt pecunia ante omnem memoriam, ut dominum non habeat, recondita, (unde tempore nullius eſſe dicitur. *l. 31. §. 1. hic.*) ſic diſtingue.

Si quis in ſuo loco, ſive fortuitò, ſive datâ operâ eum inveniat, fit inventoris: Si in loco qui nullius eſt, ſimiliter. Si in loco alieno, ſive publico, ſive privato, fiſco vel loci domino & inventori ex parte cedit dimidia. *§. 39. Inſt. eod. d. l. 31. §. 1. l. 63. per tot. hic. l. un. C. de theſaur. lib. 10. l. 3. §. 10. ubi Gl. de jure fiſc.*

Diximus de apprehenſione rerum nullius, quæ per ſolam fit occupationem. Res quæ alicujus ſunt, quia non niſi volente & tradente domino noſtræ

fiunt,

Digitized by Google

ſunt, de Traditione, quæ ſecundus modus eſt acquirendi dominii, nunc agendum.

Traditio, eſt rei ſuæ quoad dominium in alium tranſlatio, ab eo qui jus transferendi habet, cum animo dominium transferendi, facta. §. 40. *Inſt. l.* 20. *hic.*

Qui jus dominium transferendi non habet, per talem traditionem, bonâ fide accipienti, uſucapiendi tantum conditionem confert. *d. l.* 20.

Acquirit traditione dominium tantum is qui acquirere poteſt.

Procurator, non ſibi, ſed domino acquirit à quo ad accipiendum eſt conſtitutus. *l.* 13. *hic.*

Si non ſit qui accipiat, nihil traditum intelligitur.

Sufficit aliquando nuda voluntas domini ad rem transferendam: ut ſi commodata res, poſtea vendatur: §. 44. *Inſt. hic.* ſed traditio interveniſſe fingitur.

Vnde traditio vel vera eſt, quæ fit de manu in manum; eſtque ſic rerum corporalium: vel ficta ſeu quaſi; quæ etiam eſt rerum incorporalium: quæ non per ſe, ſed cum rebus quibus inhærent, traditæ exiſtimantur. *l.* 43. §. 1. 2. *hic.*

Hinc patientia, cum in rebus noſtris quid fieri permittimus, pro traditione eſt. *l.* 11. §. 1. *de Publ. in rem act. l. fin. de ſerv. l.* 6. §. 1. *ſi ſerv. vind.*

Traditio omnis præſupponit cauſſam, eamque juſtam, quæ titulus dicitur: *l.* 31. *hic.* & eſt conventio, quâ non acquiritur dominium, ſed ei quærendo occaſio præbetur, & obligatio acquiritur tradendi, ſecutâ traditione verò dominium. *Vult. in Iuriſp. Rom. lib.* 1. *cap.* 70.

Tertius acquirendi dominii modus ex jure gentium eſt Acceſſio: quâ res ideò fit alicujus, quia rei quæ ipſius eſt, accedit; acceſſorio rem principalem ſequente.

Eſt vel naturalis, quando rei noſtræ aliquid ſola naturæ operatione accedit; vel induſtrialis, quando id fit hominum facto & induſtria; vel mixta, quando natura & induſtria fit. *Vult. eod.*

Natu-

Naturalis ſpecies ſunt. 1. *Fœtus*, ſeu procreatio animalium noſtrorum; ſive rationalium, ut ancillarum partus; ſive irrationalium, ut cæterorum.

Quæ ex animalibus dominio noſtro ſubjectis (etiam ab alienis imprægnatis, *l.* 5. §. 2. *de R. V.* *l.* 7. *C. eod.*) naſcuntur, noſtra fiunt. §. 19. *Inſt. l.* 2. *l.* 6. *hic.*

Quia partus, tanquam ventris pars, ejus dominium ſequitur. *l.* 5. §. 2. *hic. l.* 7. *C. de rei vind.*

2. *Circumluvio*, id eſt, quando in flumine & publico quidem, naſcitur non mobilis, ſed ſolo cohærens inſula; *Pater in Enchir. Inſt. hic.* ſive flumen locum alvei ſiccum relinquat & circumfluat, ſive paulatim colluendo locum eminentem ſupra alveum faciat. *l.* 30. §. 1. *l.* 7. §. 3. *hic.* & §. 22. *eod.*

Quæ inſula vicinis ripæ prædiis, (non limitatis, *l.* 1. §. 6. 7. *de flum.*) pro modo & latitudine cujuſque prædii cedit, idque modò vicinis utrique ripæ, ut ſi inſula in medio flumine ſit: modò uni, cui proximior eſt. *d.* §. 22. *d. l.* 30. §. 3. *l.* 29. *hic.*

3. *Alluvio*, quando appulſu fluminis paulatim & latenter fundo noſtro aliquid accedit.

De quo, quod per alluvionem agro tuo, non limitato, *l.* 16. *ff. hic.* flumen adjecit, jure gentium tibi acquiritur. §. 20. *Inſt. l.* 7. §. 1. *eod.*

At ſi vis fluminis partem aliquam, puta quæ per ſe ſubſiſtere nequit; *fac. l.* 9. §. 2. *ff. de dam. inf. arg. l.* 23. §. 3. & 31. *cum ſeqq. hic.* (alias ſecus erit: *l.* 7. §. 3. *ff. hic. d. l.* 7. §. 3.) ex tuo prædio detraxerit, meoque fundo adjecerit, palam eſt eam permanere tuam, §. 21. *Inſt. eod.* donec coaluerit, *l.* 9. §. 2. *de damn. infect.* arboresve radices egerint. *d.* §. 21. *d. l.* 7. §. 2.

4. *Alvei mutatio*: id eſt, quando flumen, naturali alveo relicto, ita aliò cœpit fluere, ut ex alieno agro alveum verum fecerit. §. 23. *Inſt. hic. d. l.* 7. §. 5.

Alveus relictus pro modo latitudinis acquiritur prædia prope ripam poſſidentibus. *d.* §. 23. *d. l.* 7. §. 5. Quia videtur quaſi pars agri proximi.

Flu-

Digitized by Google

Flumine ad priorem alveum reverſo, novus alveus, nunc relictus, non fit priorum dominorum, ſed eorum qui circum eum prædia poſſident. *d.* §. 23. *d. l.* 7. §. 5. *verſ. quod ſi.*

Inundatio fundum domino non aufert: *d.l.*7.§.6. *l.* 30. §. *ult. hic.* ſive ea ſit momentanea, ſive diuturnior; modò ne ſpeciem fundi in alveum vel ſtagnum commutet. §.24. *Inſt. d.l.*7.§.6. *l.*30.§.3. *hic. l.* 24. *quib. mod. uſuſf. junct. l.* 10. §.2. *eod.*

Induſtrialis acceſſionis etiam plures ſunt ſpecies.

1. *Inædificatio:* quæ ſive ſit in ſolo ſuo, ſive in alieno, bona fide facta, ædificii & materiæ dominus, eſt ſoli dominus. §.29. §.30. *Inſt. l.*7.§.10. *hic.* Conveniri tamen in ſuo ex aliena materia ædificans poteſt ex lege XII Tabularum actione de tigno juncto; *t. t. de tigno junct.* in duplum. §. 29. *Inſt. hic.*

Qui in alieno, licet bona fide ædificavit, nullam, ad impenſas conſequendas, actionem habet, nequidem negotiorum geſtorum: *l.*33. *de cond. ind. l.*48. *de R. V. l.* 14. *de dol. mal. exc. l.*14. §.1. *com. divid. vid. Bart. in l.*38. *de R. V. n.*15. *Ant. Fab. decad.*26. *error.* 9. *&* 10. Si puta in poſſeſſione non ſit conſtitutus; *l.* 33. *ff. de cond. ind. L* 14. *ff. de except. doli.* Alias & malæ fidei ædificator poſſidens impenſas recipit neceſſarias; quia eas donaſſe non videtur. *l.*5. *C. de rei vind* §. 31. *Inſt. hic. argumento à contrario ſenſu.* non utiles, niſi eas ſine ſoli diſpendio tollere poſſit. *d. l.* 5.

2. *Intextura:* Aliena materia, licet pretioſior, intexta veſtimento, ei cedit. §. 26. *Inſt. eod. l.* 19. §. 13. *de aur. vel arg. leg.*

3. *Implantatio:* Planta enim aliena in ſolo meo, mea in ſolo alieno, ſi radices egerit, cedit ſolo. §.31. *Inſt. l.* 7. §. 13. *eod.*

Quod ſi, qui in alieno fecit, bona fide, impenſas, ſit in poſſeſſione, domino ſoli vindicante, neceſſarias deducit, ſeu reputat, *l.* 38. *de hæred. pet. l.* 5. *C. de R. V.* voluptuarias tollit. *d. l.* 38.

4. *Satio.* Sata etiam ſolo cedunt. §.32. *Inſt. l.* 9. *hic.*

Hinc

Digitized by Google

Hinc omnes fructus è re mea nati mei ſunt; niſi percipiendorum fructuum jus alii in re mea ſit conſtitutum, vel bonâ fide ea ab alio poſſideatur. *Vult. juriſp. lib.* 1. *cap.* 70.

5. *Scriptio.* Literæ qualeſcunque, chartæ cedunt. §. 33. *Inſt. eod. d. l.* 9. *in pr verſ. litera.*

6. *Pictura.* In qua Iuſtiniano placuit, tabulam picturæ cedere. §. 34. *Inſt. hic.* Quoniam in ea manus artiſque pretium ſpectatur, ut dici poſſit manus pretium hic ipſi rei ſeu tabulæ prævalere. *ſec. l.* 23. §. 1. *ff. de Verb. ſign.*

7. *Specificatio*: quæ eſt quando ex materia ſive diverſa, ſive eadem, mea & aliena: vel tantum aliena, nova quædam ſpecies, ſive corpus, conſtituitur.

Circa quam jus eſt. Vt ſi res facta poſſit reduci ad materiam priſtinam; materiæ dominus ſit dominus ſpeciei factæ, (exempli gratia, ſi ex alieno argento factum ſit vas) jure acceſſionis. *l.* 61. *de R. V.* Sin non poſſit reduci, is ſit dominus qui materiæ formam bonâ fide induxit, idque jure quodammodo occupationis, & (exempli gratia, ſi quis ex alienis uvis vinum exprimat. §. 25. *Inſt. eod. l.* 7. §. *cum quis.* 7. *eod.*) quia forma, quæ dat eſſe rei, *l.* 9. §. 3. *ad exhib.* præſtantior eſt materia.

Habet tamen dominus materiæ, actionem in factum, accommodatam legi Aquiliæ, *ſecundum l.* 11. *de praſcr. verb.* qua materiæ pretium repetat. *l.* 23. §. 5. *verſ. ideoque. de R. V.*

Si ſciat alienam materiam eſſe, ob dolum, *l.* 6. *ſi quis caut. l.* 2. *de eo per quem fact. er.* amittit & operas & ſpeciem. *l.* 12. §. *ſi quis. ad exhib.*

Specificationis tot ſunt ſpecies, quot modis ex materia aliena, vel ſola, vel una cum noſtra, ſpecies nova fieri poteſt: præcipuæ ſunt. *Confuſio* & *Commixtio.*

Illa eſt, ſi materiæ liquidæ in unam maſſam ſint redactæ, quæ mixtæ vel mutant formam priſtinam: (ut ſi ex vino & melle fiat mulſum:) vel, formam quidem retinent, ſed ſeparatio earum eſt difficilis; ut ſi meum vinum & tuum confuſum ſit.

Hæc

Digitized by Google

Hæc eſt, ſi materiæ ſolidæ ſint in unum acervum collectæ, quæ manent quidem eædem, ſed conjunctæ novum quaſi corpus conſtituere videntur. Vt ſi frumentum meum & tuum miſceantur. *l. 3. §. fin. l. 23. §. 5. de rei vind. d. §. 25. §. 27. §. 28. Inſt. hic.*

Confuſione factâ ex duorum voluntate, id quod ex illa factum, commune eſt: ſi fortuitò, ſimiliter: ſi quidem materiæ non poſſunt deduci: (alias quiſque ſuum vindicabit: *l. 5. §. 1. de rei vind.*) ſi ignorante uno, qui confudit, ipſe ſolus eſt dominus. *d. §. 27. §. 28.* Niſi, ut diximus, materiæ poſſint deduci. *d. l. 5. §. 1.*

Commixtione factâ res non ſunt communes, ſed quiſque dominorum portionem ſuam vindicabit; puta cum ſeparari poſſunt; *d. l. 5. §. 1.* Vt vel ſuperflua ſua portio, vel, ſi id fieri non poteſt, ejus æſtimatio, judicis arbitrio, præſtetur. *§. 29. Inſt. eod. l. 5. §. 1. de rei vind.*

Mixta ex natura & induſtria acceſſio, eſt quæ fit natura divina & humana cooperante. *Azo ad §. 32. Inſt. de rer. div. n. 46.* ut fructuum perceptio.

Fructus quotuplices ſint vide ſupr. *tit. de uſur.*

Poſſeſſor bonæfidei, ſive titulo oneroſo, ut emptionis, ſive lucrativo, ut donationis, fundum poſſideat, omnes fructus, ob culturam & curam percipit, & re nondum evictâ à domino ſuperveniente perceptos retinet; eâ evictâ, conſumptos retinet tantum; extantes reſtituit. *§. 35. Inſt. l. 48. in princ. ff. hic. l. 45. de uſur. l. 22. C. de rei vind.*

Malæ fidei poſſeſſor nullos fructus facit ſuos, ſed omnes cujuſcunque generis, perceptos, percipiendos, extantes, conſumptos, naturales, induſtriales, ſive locupletior factus ſit, ſive non, reſtituere cogitur aut æſtimationem dare; ſive titulum habeat, ſive non habeat. *vid. §. 2. verſ. etſi hæreditas. Inſt. de off. jud. l. 33. l. 62. §. 1. De rei vind. l. 25. §. 3. §. 4. l. 40. §. 1. l. 52. de hæred. petit. l. 1. C. eod. l. 2. C. de fruct. & lit. exp. l. 48. hic. l. 25. §. 1. l. 28. l. 45. de uſur.*

Iure civili dominium acquiritur, aut per uni-

verſitatem; ut hæreditate, bonorum poſſeſſione, arrogatione: aut titulis ſingularibus; ut uſucapione, donatione, legatis. *§. ult. Inſt. per quas perſon.*

Iiſdem modis dominium amittitur, quibus acquiritur. *l. 1. pro derelict.*

Acquiritur plerunque animo & corpore, *l. 3. §. 7. de acq. poſſ.* interdum ſolo animo, *l. 1. §. pen. eod.* ut in aditione hæreditatis, aliquando abſque animo & corpore, ut per ſervos invitis nobis. *l. 32. hic.*

Probatur inſtrumento; *l. 4. C. de prob. Angel. in l. 9. C. de rei vend. l. 19. C. eod.* puta inveſtituræ feudi, *Spec. de probat. §. 1. n. 32.* emphyteuſeos, *Bald. in l. 2. in fin. C. de fideic. & in l. 1. in 1. oppoſ. C. de jur. emphyt.* aut alterius tituli, *d. l. 4. l. cum res. C. de probat.* ex quo traditio facta ſit: *d. l. cum res.* teſtibus, *Gl. in d. l. 4. ad verb. legitimis. Angel. in d. l. 9.* item per præſcriptionem; *Auth. niſi. ubi Bald. C. de bon. mat.* maximè tanti temporis unde præſcriptio reſultet; *Bart. in l. pen. de cond. inſt. n. 4. & 5.* per famam antiquam & publicam: *Gl. in l. 4. C. de prob. Bart. in d. l. pen.* aliaque indicia & argumenta varia. *l. 9. C. de rei vend. ubi Bald. d. l. 4. c. 13. c. 9. de probat.*

Dominus habet liberam re ſuâ utendi fruendi facultatem, quatenus jura permittunt. *l. 21. C. mand. l. 2. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* Modò plenus ſit dominus; cæteroquin & qui nudam habet proprietatem verus eſt dominus.

Amiſsâ poſſeſſione, datur ei rei vindicatio, adverſus quoslibet poſſeſſores, ad res recuperandas. *l. 13. de rei vend.*

Non poſſunt eſſe plures ejuſdem rei domini in ſolidum: *l. 5. §. ult. commod.* eodem ſcilicet dominii genere: Diverſo poſſunt. *vid. l. pen. C. de jur. dot.* ut & juris intellectu, non corporis diviſione, *l. 66. §. ſed ſi pars. 2. de legat. 2.* id eſt, ut habeant partes, non pro diviſo, ſed pro indiviſo.

De

De acquirenda vel amittenda poſſeſſione.

TIT. II.

JAM de Poſſeſſione videamus.

Poſſeſſio (dicta, à ſedibus, quaſi ſedis poſitio, *l. 1. hic.*) proprie accipitur, *l. 12. §. nihil, hic.* pro jure, quo res abſque dominii jure detinetur.

Eſt, detentio rei corporalis, (incorporalia enim proprie non poſſidentur. *l. 43. §. 1. de acq. rer. dom. l. 3. in pr. hic.*) cum affectione ſeu animo poſſidendi. *Theoph. Inſt. de interd. & §. item. Inſt. per quas perſ.*

Ejus tantum unum genus eſt, *l. 3. §. 21. hic.* quod corpore ſcilicet & animo quæritur, animo autem ſolo retinetur.

Itaque partim facti eſt, quatenus in facto poſſeſſionis corporalis conſiſtit: partim juris, quatenus eſt in animo. *l. 49. hic.*

Poſſeſſionis jura ex facto oriuntur, nec quiſquam ante poſſidet animo, quam facto corporali rem occupavit.

Poſſeſſionum nullæ ſunt ſpecies; diverſæ tamen cauſæ, *l. 3. §. genera. 21. hic.*

Quæ ſunt res à poſſeſſionibus ſeparatæ.

Poſſumus tamen poſſeſſiones ſic diſtinguere ut alia ſit juſta, alia injuſta, ſive alia bonæfidei, alia malæfidei; *l. 3. § pen. hic.* ſeu alia naturalis, alia civilis. *l. 1. §. dejicitur. de vi & vi arm. junct. l. 1. §. ſi vir. hic.*

Civilis poſſeſſio in jure; naturalis in facto detentionis vertitur. *l. 29. hic. l. 10. C. eod.*

Vtraque in vera & juſta poſſeſſione concurrit; quæ ideò partim in jure, partim in facto conſiſtere dicitur. *d. l. 29.*

Dicitur & alio ſenſu poſſeſſio naturalis, ſcilicet quæ non animo domini habetur, ſed alio jure proprio: puta uſusfructus, pignoris, &c. poſſeſſio verò civilis, quæ animo domini tenetur. *l. 12. hic. l. 2. pro hæred. vid. Cujac. in l. ſervi. 16. de uſuc. & lib. 4. obſ. c. 3.*

Digitized by Google

Poſſeſſionem efficit juſta apprehenſio & detentio rei; quæ non eſt extra commercium, eo animo facta, ut poſſidere velis. *l.* 8. *l.* 3. §. 1. *hic. l.* 253. *de R. I.*

Res quæ ſunt extra commercium poſſideri contra leges nequeunt, ſed duntaxat detineri. *l.* 30. §. 1. *hic. l. longa. ubi Gl. de mort. inf.*

Aliud eſt detinere, aliud poſſidere: fieri enim poteſt ut alius teneat, alius poſſideat: ut puta colonus tenet, dominus per colonum poſſidet. *l.* 9. *l.* 18. *in pr. l.* 25. §. 1. *hic.*

In acquirenda poſſeſſione requiritur & animus poſſidendi; *l.* 25. §. *fin. l.* 30. §. *pen. eod.* & corporalis apprehenſio: *l.* 41. *l.* 3. *in pr. &* §. 6. *hic.* non ſufficit ſolus animus. *d. l.* 3. §. 1. *l.* 8. *eod. Duar. ad d. l.* 3.

In acquirenda fundi poſſeſſione, non opus omnes glebas circumambulare, ſed ſufficit quamlibet ejus partem, animo totum fundum poſſidendi, introire. *d. l.* 3. §. 1.

In poſſeſſione retinenda ſolus animus ſufficit. *d. l.* 3. §. *ſaltus. &* §. 6. *d. l.* 25. §. *fin. l.* 6. §. 1. *hic.*

Vt & in amittenda; *d. l.* 3. §. 6. quatenus juris eſt. Quatenus in facto vertitur, neceſſum eſt contrarium factum intervenire. *l.* 8. *hic. d. l.* 253. *de R. I.*

Poſſidemus vel pro ſuo, ſive noſtro, *l.* 1. §. 20. *hic. t. t. inf. pro ſuo.* ex variis titulis ad transferendum dominium idoneis, *l.* 13. §. *fin. de uſucap.* quæ civilis & juſta ac propria eſt poſſeſſio: *l.* 2. *pro hered.* vel pro alieno, quomodo creditor, colonus, emphyteuta, uſufructuarius naturaliter poſſident: *d. l.* 12. *hic. l.* 12. *l.* 13. §. *fin. de uſucap. d. l.* 1. §. 20. vel pro poſſeſſore, ut prædo & alius quilibet malæ fidei poſſeſſor. *l. nec ullam. de petit. hared. l. ult. C. Unde vi.*

Bonæ fidei poſſeſſor fructus lucratur, *l.* 22. *C. de rei vind.* & eſt quaſi dominus, *l.* 48. *de acq. rer. dom. l.* 136. *de R. I.* proque domino habetur tamdiu, quoad liquidò contrarium non demonſtratur: *l. fin. C. de rei vind.* quare & probationis onere in judiciis levatur. *l.* 2. *C. de probat.* §. 5. *Inſt. de interd.*

Pro-

Digitized by Google

Probatur poſſeſſio ex perceptione fructuum, *l. Titia. ubi Bart. de ſolut. l. litibus. C. de agr. & cenſ. lib.* 11. *l. Celſus. ubi Bart. n.* 20. *de uſucap.* penſionum, *Bart. in l. quamvis. §. ſi conductor. in l. qui univerſas. §. quod per colonum. n.* 1. *&* 2. *hic. Bald. in l. fin. C. fin. regund. & in l.* 1. *in fin. C. de ſerv. fugit.* cenſuum & collectarum ſolutione, *Bart. Bald. in l. ſi pater.* 8. *C. de act. empt. Bart. in d. l. Celſus. n.* 23. ſatione & plantatione, *Bald. & Dd. poſt Gl. in l.* 3. *C. fin. regund. Bart. in l.* 2. *C. hic.* ſignaturâ rei velut traditæ, *l. quod ſi neque. de peric. rei vend. Bart. in l. quæ dotis. ſolut. matr.* item præſumptivè ex titulo, *Gl. & Dd. in l. quadam. in fin. de rei vend. Bart. in l.* 2. *hic. & d. l. Celſus. n.* 6. & inveſtitura, *Bald. in l. emptione. C. plus valere.* contra inveſtientem, non contra tertium; *Lanfr. in c. quoniam. verb. teſtium. n.* 96. *de prob.* teſtibus qui deponunt ſe vidiſſe poſſideri, *l.* 38. *§. hac quoque. ubi Gl. & Dd. de V. O. Bald. in l. fin. opp.* 16. *C. de Edict. D. Adr. toll.* non ſimpliciter inſtrumentis, *l.* 48. *ubi Bart. hic.* licet ſuper traditione factis. *Spec. de prob. §.* 1. *n.* 32. *Bart. & Dd. in d. l.* 48. Nam his intelligitur tantummodo facta apprehendendi poteſtas. *Dd. in d. l.* 41. *Lanfr. præall. loc.* &c.

Amittitur poſſeſſio variis modis. *l.* 30. *§.* 1. *hic.* ut, ſi cui poſſeſſio rei ſoli per vim auferatur, mobilis per furtum fraudemque ſubtrahatur: *l.* 5. *de uſucap.* aut per inundationem occupetur res, *l.* 3. *§. Labeo. hic.* vel fiat ſacra, religioſa, *l.* 30. *eod.* vel in aliam, non qualitatem, *l.* 16. *ff. de fund. dot.* ſed ſpeciem, mutetur, *d. l.* 30. *§.* 1. vel ſi Prætor eam auferat, vel in eam alium mittat, *d. l.* 30. *§.* 1. item ſi quis alieno nomine ſe poſſidere conſtituat. *l.* 28. *l. quamvis. §.* 1. *l. quod meo. l. interdum. hic.* &c.

De uſurpationibus & uſucapionibus.

Tit. III.

Per poſſeſſionem interdum confeſtim dominium acquiritur, ſi dominus ſit qui tradidit: interdum, ſi à non domino res tradita eſt, uſucapio procedit. *§. pen. Inſt. per quas perſ. nob. acq.*

Vſucapio, eſt adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. *l. 3. hic.*

Dominii, non utilis modò, ſed & directi: *l. un. C. de uſuc. transfer. l. 20. C. de pact. l. 1. C. de præſcr. long. temp.*

Quod lex poſſeſſori adjicit: quia propter bonum publicum, ne rerum dominia ſint in incerto, *in pr. Inſt. hic. l. 1. hic.* & ſic perpetuæ de poſſeſſionibus excitentur lites, *not. in l. 21. ſi cert. pet.* præſumit, dominum tanto tempore tacentem, rerumque ſuarum negligentem, in alienationem conſentire. *l. 28. de V. S.*

Poſſeſſio tamen, debet eſſe continuata; nam, interrupta poſſeſſione, interrumpitur Vſucapio: *l. 5. l. 3. l. 31. §. 1. l. 20. hic. l. 10. C. de acq. rei poſſ.* quæ interruptio dicitur Vſurpatio. *l. 2. hic. de qua infra.*

Vſucapere poſſunt omnes qui poſſidere. *Duar. hic. c. 4.* quia ſine poſſeſſione uſucapio non procedit. *l. 25. hic.*

Tantum enim modò præſcribitur, quantum poſſidetur. *c. cum olim. & ibi Dd. Ext. hic. l. 1. §. ſi quis. ubi Gl. Bart. de itin. act. priv.*

Vſucapi poſſunt omnes res quæ poſſideri, paucis exceptis: *vid. Vlp. tit. 19. & §. 1. Inſt. hic.* ut ſunt res propriæ, *l. 4. §. 19. eod.* pupillares, *d. l. 4. l. 48. de acq. rer. dom.* furtivæ & vi poſſeſſæ, *§. 21. Inſt. l. 4. §. 6. hic.* ſi vitium non purgatum; *§. 8. Inſt. hic.* & quæ ex iis rebus naſcuntur. *l. 4. §. 6. l. 44. §. 2. eod.*

Quæ poſſideri nequeunt, non rectè uſucapiuntur: ut res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, divinæ, *l. 9. hic.* fiſcales, *l. 55. eod.* publicæ, *d. l. 9. l. 45. hic.* res meræ facultatis, *l. viam. de via publ. ref. ubi Bart. &*

in

Digitized by Google

in l. 7. C. de præſcr. 30 an. Balb. in l. 2. de præſcr. in 4. part. 5. part. pr. n. 1. 2. & per tot. & ſimiles commerciis & uſibus humanis exemptæ.

Res incorporalis, ut ſervitus, juriſdictio; etſi non poteſt poſſideri, inſtar tamen immobilium longo tempore præſcribi poteſt. *l. 2. C. de ſerv. l. 10. ſi ſerv. vind. vid. l. 4. §. 27. ubi Cujac. hic.*

Tempus ad poſſeſſionem lege definitum quia diverſum, ideò pro ea diverſitate, diverſæ & ſunt uſucapionum ſpecies.

Nam quædam eſt triennalis, in rebus videlicet mobilibus; *d. pr. Inſt. hic.* quædam eſt quadriennii, ut cum à fiſco res emuntur; *§. fin. Inſt. hic. l. 1. & t. t. C. de quadr. præſcr.* quædam decem annorum, videlicet in rebus immobilibus inter præſentes; quædam viginti inter abſentes; *t. t. C. de long. temp. præſc. §. 1. Inſt. hic.* quædam triginta annorum, cum quis ſine titulo longiſſimâ poſſeſſione rem adipiſcitur; *l. 8. & t. t. C. de præſcr. 30 ann.* quædam quadraginta, *l. fin. C. d. t.* ut in rebus Eccleſiæ præſcribendis; *Auth. quas actiones. C. de SS. Eccl.* quædam centum annorum, aut tanti temporis, ut de ejus initio non extet memoria, ut in rebus civitatum; *l. fin. C. de SS. Eccleſ.* & Principis: *l. 6. C. de præſcr. 30 ann.* item in ſervitutibus (ut volunt Doctores) quæ cauſſam non habent continuam. *l. 3. §. ductus. de aq. quot. & æſt. l. diuturna. §. fin. C. de aqua duct. lib. 11. Dd. in l. 28. de ſerv. urb. præd.*

Actionibus omnibus ſpacio triginta annorum præſcribitur, ita ut exceptione elidantur, *l. 3. l. 4. l. 8. C. de præſcr. 30 ann.* nonnullis tamen quadraginta annis: *d. l. 4. l. 7. l. fin. C. eod.* quibuſdam uno anno, ſicuti actioni injuriarum: *l. 5. C. de injur.* aliis biennio, ut actioni doli: *l. fin. C. de dol. mal.* aut quinquennio, ut inofficioſi querelæ, *l. 34. C. de inoff. teſt. l. 8. §. fin. ubi Gl. ff. eod.* accuſationi adulterii, *l. 6. C. de adult. l. 29. §. 6. 7. ff. eod.* item controverſiis ſtatus defuncti: *t. t. C. ne de ſtat. def.* pleriſque criminalibus, vicennio. *l. 12. C. de falſ.*

Ad uſucapionem autem perficiendam requiruntur tria.

1. Poſſeſſio continuata per tempus lege definitum. *l. 25. hic. l. un. C. de uſuc. transf.* & quidem ejuſmodi, quam ſcit poſſeſſor ſe ſuo nomine, ſive per ſe, ſive alium poſſidere.

Alieno ſi poſſideat, non uſucapit. *l. 2. C. de præſc. 30 ann. l. 7. §. 1. com. div.*

Nec ignorantes, niſi in peculiaribus rebus, uſucapimus. *l. 47. hic. l. 8. hic. l. 2. pr. §. 11. l. 7. §. fin. pro empt.*

2. Bona fides: id eſt, ut credat poſſeſſor, eum à quo rem conſecutus, fuiſſe dominum, & habuiſſe jus alienandi: *l. 109. de V. S.* aut ſaltem credat ſe uſucapere poſſe. *l. 32. §. 1. hic:*

Quæ præſumitur, niſi probetur mala, *l. pen. C. de præſcr. long. temp. l. 21. de probat.* pura ex denunciatione, *l. 17. C. de rei vind. l. 20. §. petitam. de pet. hæred.* aut ex interdicto legis, quæ vetet ejuſmodi rem quæ poſſidetur alienari. *l. 7. C. de agr. & cenſit. lib. 11. c. qui contra. 82. de reg. jur. in 6. l. fin. C. de reb. al. non al. l. 28. de V. S.*

Requiritur bona fides in uſucapiente tempore traditionis, niſi ex contractu emptionis acceperit: tunc enim & contractus, & traditionis tempore bona fides exigitur. *l. pen. hic. l. 2. pro empt. l. 7. §. ult. ff. de Publ. in rem act.*

Iure Canonico (cui hac in re ſtandum. *Gail. 2. obſ. 18. num. 7. Minſ. 4. ob. 6.*) per totum uſucapionis tempus neceſſaria eſt. *c. ult. de præſcr. c. ſi poſſeſſor. de reg. jur. in 6.*

Requiritur etiam in eo à quo uſucapiens accepit, ſi autem rem mobilem alienavit, quæ res furtiva facta ſit, *§. 3. cum ſeqq. Inſt. hic.* aut rem immobilem alienavit ignorante domino, *Nov. 119. c. 7.*

3. Iuſtus titulus: ad uſucapiendum idoneus, qui etiam cauſa vocatur. *in pr. Inſt. hic. l. 27. hic. l. 24. C. de rei vend.*

Nec ſufficit ſi quis falsò putet ſe habere titulum; quoniam error falſæ cauſæ ad uſucapionem non prodeſt: *d. l. 27. §. error. Inſt. eod. l. 1. pro donat. l. 6. pro derel.* niſi ſit juſta erroris cauſa, *l. 3. l. 4. §. ult. pro ſuo. l. 67. de jur. dot.* utpote quo caſu uſucapitur pro ſuo. *l. 11. pro empt.*

Tem-

Digitized by Google

Temporis continuatio, quam diximus requiri, non à momento in momentum, ſeu ab hora in horam computatur, ſed ita ut poſtremus dies totus pro momento computetur. *l. 6. 7. hic. l. pen. de div. temp. præſcr.*

Nec præcisè talis continuatio requiritur, ut ſemper & continuò rei ejuſdem poſſeſſio maneat penes unum, ſed ſufficit ſi poſſeſſio ab uno ad alterum legitimè continuetur. §. 7. *Inſt. hic.*

Sic continuatur tempus teſtatoris in hæreditatem & hæredem, *l.* 22. *l.* 31. §. *pen. l.* 44. §. 3. *hic.* hæredis in legatarium, venditoris in emptorem, donatoris in donatarium. §. *inter. Inſt. eod. l.* 14. §. 1. *l.* 20. *hic.*

Effectus Vſucapionis, 1. eſt Dominii adjectio, *l.* 20. *C. de pact.* ſeu acquiſitio talis, ut exceptione dominii non modò adverſus agentes uſucapiens muniatur; ſed etiam ipſam rem ab antiquo domino vindicare poſſit. *l.* 8. *in pr. C. de præſcr.* 30 *ann. Guid Pap. dec.* 416. *n.* 15. *Soc. in c. olim. n.* 19. *de lit. cont.* 2. Præſupponit juſtum titulum. *c. de quarta. de præſcript. c.* 1. *eod. in* 6. 3. Tollit quamvis obligationem. *Bart. in l. fin.* §. 1. *rem rat. hab. Weſ. hic. n.* 14.

Reſtat ut dicamus de Vſurpatione; quæ eſt uſucapionis interruptio. *l.* 2. *hic.* Quâ tempus continuandæ poſſeſſionis interrumpitur. *l.* 10. *C. de acq. poſſ.*

Vtpote quâ inchoatâ uſucapio ad nihilum reducitur, &, priore nihil commodante, de novo inchoanda eſt. *vid. Inn. Pan. Felin. in c. ex transmiſſa. de præſcript.*

Eſt vel naturalis, vel civilis. *Bart. in l.* 5. *n.* 5. *hic. Gl. in l.* 7. §. *pen. verb. innovata. C. de præſcr.* 30 *ann.*

Naturalis interruptio eſt; quâ naturali aliquo facto, puta vi fluminis, vel maris, vel hominis ipſius, hoc eſt, cum res mobilis aufertur, vel immobilis occupatur, alicui poſſeſſio interrumpitur, *l.* 5. *ubi Bart. hic.* vel res ab eo qui eam nomine noſtro poſſidet, alienatur. *l.* 33. §. 4. *eod.*

Digitized by Google

Civilis eſt, quæ, de jure novo, fit per citationem, vel aliam extrajudicialem denunciationem teſtatò factam; *l. 2. C. de ann. except.* magis quidem per litis conteſtationem. *l. 10. C. de acq. poſſ. Weſ. hic. n. 15. ubi vid.*

Actionum præſcriptio ſolâ libelli oblatione, aut citatione interrumpitur. *ſec. Bart. in d. l. 5. hic. per l. mariti. 29. §. 7. de adult.*

Interruptionem, quia facti eſt; non ſufficit allegare, ſed eſt probanda. *l. aſſeveratio. C. de non num. pec.*

Probari eam volunt Doctores & per teſtes ſingulares. *Felin. in c. illud. n. 12. de præſcr. Balb. in tract. præſcr. 3. part. 6. & ult. part. q. 3. n. 54.*

Pro ſolutò.

TIT. IV.

Hic titulus in exemplari Florent. cum ſuperiori eſt connexus; ſed incipit ante l. 46. ſup. tit.

Titulus (quem idoneum requiri ad uſucapionem ſuperiori titulo diximus;) eſt vel generalis, qui pro ſuo dicitur; vel ſpecialis, ut ſolutio, emptio, ſucceſſio, donatio, &c. *de quibus ſing. tit. ſeq.*

Pro ſoluto uſucapit, qui rem ex ſolutionis cauſa recipit: ſive tanquam res debita, ſive aliud pro alio ſolvatur: *l. 46. de uſuc.* qui ex falſa cauſa rem per errorem accipit, id eſt, ex cauſa legati, vel alia ſimili, ſi tam tradens, quam accipiens, rem putet eſſe debitam. *l. pen. eod.*

Pro emptore.

TIT. V.

Pro emptore uſucapit qui rem poſſidet, *l. 2. §. 6. ff. hic.* quam reverà, à non domino, *l. 74. de contr. empt.* purè emit: *l. 2. in pr. & §. 2. hic.* aut quaſi emit, puta litis æſtimationem ſolvit: *l. 1.*

l. 1. & *l.* 3. *eod.* Eſt enim litis æſtimatio ſimilis emptioni. *d. l.* 3.

Error hic non ſufficit. *d. l.* 2. Niſi ſit juſtiſſimus; ut ſi juſta de cauſa putet eum emiſſe cui ſucceſſit, aut cui rem emendam mandavit, ſi fortè procurator ſe emiſſe ei perſuaſit. *l.* 11. *hic. l. ult.* §. 1. *pro ſuo.*

Non procedit uſucapio, licet res ipſi quaſi ex cauſa venditionis tradita ſit, ſi putet per errorem ſe ipſum emiſſe: quia hujus uſucapionis (non etiam aliarum. *l. ult. de uſuc.*) proprium eſt, ut bonam fidem tam contractus, quam traditionis tempore requirat: non autem poteſt eſſe bona fides tempore contractus; niſi revera contractus intercceſſerit. *d. l. pen.* & *l.* 2. *in pr. hic.*

Requiritur bona fides tam in emptore quam venditore, ſi de re mobili agatur, alioqui enim res erit furtiva, *l.* 1. *C. hic.* ſi de immobili, cujus furtum non fit, tantum emtoris. *l.* 5. *C. eod.*

Pro hærede & pro poſſeſſore.

Tit. VI.

Pro hærede uſucapit, qui vel verè hæres eſt, vel probabili facti, non juris errore, *l. ult. c. hit.* credit ſe pro hærede poſſidere. *l.* 31. *de uſucap. Azo. Hoſt. ad hunc tit.*

Non pro hærede uſucapit ſuus hæres: quia cum poſſideat vivente etiam adhuc patre, *l.* 11. *de lib. & poſth.* non poteſt ſibi cauſſam poſſeſſionis mutare, *l.* 3. §. 1. *hic. l.* 1. *pro donat.* & res quodammodò proprias uſucapere. *d. l.* 2. §. *fin. l.* 2. *C. eod. Weſemb. hic. Donell.* 5. *com.* 14. *Duar. hic. Diſſ. Perez. hic. Forcat. Necyom. dial.* 36. *Vaud. lib.* 1. *q.* 4. *Ant. Rubeus de inoff. teſt. cap.* 10. *Quorum ſententiam in Method. noſtr. Cod. enarr. probavimus.*

Vſucapiuntur pro hærede res defuncti, non viventis, *l.* 1. *ff. l.* 3. *C. eod.* ſingulæ, non ipſa hæreditas, *Accur. Cujac. in l.* 1. *eod.* cum ſit jus incorporale, nulli rei immobili cohærens.

Digitized by Google

Qui pro poſſeſſore bonæ fidei poſſidet, uſucapit res prætoriæ bonorum poſſeſſionis peræque atque hæres pro hærede hæreditarias. *Weſ. hic. Diſſ. Pac. in Iſag. hic. qui vult hic poſſeſſionem pro poſſeſſore eſſe malæ fidei, ex l. 31. §. 1. de uſuc. & ſic eum qui pro poſſeſſore poſſidet, non uſucapere.*

Pro donato.

TIT. VII.

PRO donato rectè uſucapit is, cui donationis (& quidem jure valido. *l. 1. §. 1. & 2. l. 3. 4. hic.*) vel, quod perinde eſt, imaginativæ venditionis cauſsâ, *l. fin. hic.* res tradita eſt: *l. 1. eod.* puta à non domino: alioquin ſtatim ſine uſucapione dominus fieret. §. 40. *Inſt. de rer. div.* Quandoquidem donatio acquirundi dominii modus eſt. *pr. Inſt. de donat.*

Donatum eſſe oportet: *d. l. 1.* niſi juſtus error interveniat. *l. fin. ubi Gl. C. hic.*

Pro derelicto.

TIT. VIII.

PRO derelicto dicitur haberi res, quam dominus ea mente abjicit, ut in numero rerum ſuarum amplius eſſe nolit. *§. pen. Inſt. de rer. diviſ.*

Res à domino derelicta, occupantis fit ſtatim. *l. 1. l. 5. §. 1. hic.*

Si à non domino, pro derelicto eam occupans uſucapiet. *l. 4. eod.*

Verè pro derelicto habitam eſſe oportet ut uſucapiatur, *l. 6. l. 7. eod.* non ſufficit falſa opinio; *d. l. 6.* niſi ex juſtiſſimo errore oriatur. *Gl. in d. l. 6.*

Pro legato.

TIT. IX.

SI teſtator alienas res legarit, pro legato uſucapi poteſt ab eo cui legatum eſt, dummodò verè legatum

Digitized by Google

gatum ſit, vel ex juſtiſſimo errore legatum putetur. *l.* 1. 2. 3. 4. *hic.*

Nec impedit ſi non jure legatum ſit, *l. fin. hic.* aut teſtator adhuc vivat: modò is cui res legati nomine tradita eſt, probabiliter exiſtimet eſſe mortuum, ac valere, *d. l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *eod.* habeatque teſtamenti factionem. *l.* 7. *eod.*

Pro dote.

Tit. X.

PRo dote uſucapere, ſpatio ſolenni quo ſolet pro emptore uſucapi, poteſt is qui rem alienam in dotem accepit. *l.* 1. *hic.*

Incipit uſucapere à tempore traditionis: ante quidem matrimonium pro ſuo; illo verò ſubſecuto, pro dote. *d. l.* 1. §. 2. *eod.*

Res æſtimatò in dotem datæ, neque pro ſuo, neque pro emptore, ante matrimonium contractum uſucapiuntur. *l.* 2. *hic.*

Cum enim ſint periculo mariti, non debet hoc in illum derivari antequam contractus ſit verè perfectus, *arg. l.* 8. *de peric. & com. rei vend.* & per conſequens nec uſucapiendi conditio. *l.* 10. *de jur. dot.*

Pro ſuo.

Tit. XI.

PRo ſuo uſucapit, qui putat ſe rem poſſidere ut ſuam & propriam, cum tamen ſit aliena.

Qui titulus uſucapiendi eſt generalis, *l.* 2. *hic.* & cum reliquis concurrit. Quiſque enim qui bona fide poſſidet, tanquam ſuum poſſidet. *l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. *l. fin. eod.*

DIGESTORUM LIBER XLII.

De re judicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus.

Tit. I.

Diſcuſſis poſſeſſionibus, antequam ad Interdicta, (quæ ſive quis poſſideat, ſive ſit in poſſeſſione, dantur) veniamus, cauſas ob quas in poſſeſſionem mittimur, & quidem primò eam quæ fit judicati ſervandi cauſa, explicemus.

Res judicata, eſt lis finita ſententiâ judicis competentis. *Cujac. in par. hic.*

Sententia hic eſt, rei controverſæ in judicio ritè facta deciſio. *l. 19. §. 1. de recept. arb.*

Eſt vel Interlocutoria, vel Definitiva. *l. 2. l. 11. l. ult. C. de ſent. & interloc. l. 39. ff. de minor.*

Interlocutoria eſt, quæ non ſuper principali negotio, ſed ſuper aliqua incidente, vel emergente quæſtione, dum principalis cauſa eſt in pendenti, à judice fertur. *Gl. in Clem. de ſequeſt. poſſ. & fruct. Marant. par. 6. tit. de ſent. & interloc. ſup. incomp. jud. n. 12.*

Hæc nec ſcripturam; quia nullibi hoc cautum: *Bart. in l. 2. C. de ſent. ex brev. recit.* nec cauſæ cognitionem requirit, *l. 13. §. quantum. de his qui not. inf. Bart. in l. 2. n. 5. C. de ſent. ex brev. recit.* Niſi cauſa magni ſit præjudicii. *Gail. 1. obſ. 109.*

Ab ea jure Civili non poteſt appellari: *l. 1. §. 2. de appell. l. 2. de app. recip.* niſi tale gravamen contineat, quod per appellationem à definitiva inſtitutam reparari non poſſit. *Bart. in d. l. 2. & in l. 9. C. de ſent. & interl.* Veluti ſi Iudex quæſtionem haberi juſſerit. *l. 2. §. de appell. recip.*

Et tum appellatio in ſcriptis, cauſis gravaminum

num expreſſis, fieri debet. *Spec. tit. de appell. §. qualiter.*

Iure Pontificio ab omni gravamine appellare licet. *c. ſuper eo. 12. de appell. c. Romana. de appell. in 6.*

Interlocutoria, à partibus elapſo decendio revocari non poteſt; à judice uſque dum cauſam principalem definit, poteſt. *l. 14. ubi Bart. hic.*

Niſi ſit executioni mandata; *Zaſ. in d. l. 14. n. 19.* ſit geminata: *Zaſ. ibid. n.* 20. bis ab ea appellatum, & ſic tribus ſententiis conformibus ſit corroborata: *Zaſ. ibid. n.* 21. abolitio conceſſa: *Zaſ. ibid. n. 22. l. 1. C. de abol.* unà cum definitiva lata: *Zaſ. ibid. n. 24.* confirmata per Principem: *Zaſ. ibid. n.* 25. habeat vim definitivæ: *Zaſ. d. loc. n.* 28. *Ilico Umm. diſp. ad proc. jud. direct.* 19. *th.* 5.

Vim definitivæ habere dicitur, quando quidem principaliter & integrè non definit cauſam principalem, attamen indirectè tangitur quæſtio & definitur ad definitivam ſpectans; aut quando per illam exſpirante officio judicis, alia poſt ſententia non ſperatur. *Matant. part. 6. tit. de ſent. n.* 42. 24. *cum ſeqq. Gail.* 1. *obſ.* 130. *Bart. in l. quod juſſit. hic. Crav. conſ.* 181.

Definitiva ſententia eſt, quæ principali cauſæ, pronunciatione judicis, per condemnationem, vel abſolutionem finem imponit. *Gl. ord. in Clem.* 2. *de ſequeſt. poſſ. & fruct.*

Debet, uno articulo in controverſiam deducto, continere vel condemnationem vel abſolutionem, *l.* 1, 3. 4. *hic. l.* 3. *C. eod.* ſive verbis expreſſis, ſive æquipollentibus; *l.* 27. *l.* 59. *eod.* In plurali, an ſingulari numero, nihil intereſt. Sive enim Iudex dicat, *Ego, &c. condemno, abſolvo,* ſive ita, *Nos, &c. condemnamus,* &c. perinde eſt. *Lanfr. c.* 10. *num.* 9. *de appell.* Diverſis articulis in controverſiam deductis, poteſt & condemnationem & abſolutionem continere. *confer c.* 1. *de ſeq. poſſ. l.* 3. *C. de ſent. & interl. & l.* 1. *hic. Cujac. par. C. hic.*

Quæ condemnatio vel abſolutio ex ipſa pronunciatione proveniat neceſſe eſt. *l.* 1. *& ibi Dd. hic.*

Iudex qui eam fert, debet eſſe competens, & cauſæ

cauſæ cognitionem habere, *l. ult de juriſ.* & judicare ſecundum formam legibus præſcriptam; alioqui erit nulla: *l. prolatam. C. de ſent. om. jud.* idque vel ſolus, ſi ſolus judex fuerit; ſin minus, reliqui cum ipſo. *l. 39. hic.*

Forma hæc eſt, ut de rebus in judicium deductis, *l. 18. com. divid. l. ult. C. de fideic. libert.* & ad juriſdictionem judicis pertinentibus, *Nov. 15. c. 3. §. fin. Nov. 82. c. 5.* lite demum conteſtatâ, probationibuſque receptis, & cauſa plene cognita, *l. fin. §. pen. quod met. cauſ. Clem. paſtoralis. de ſent. & re jud.* poſtquam concluſum in cauſa, pronuncietur, *c. nullum. c. judicantem. 30. q. 5. t. t. Extr. ut lit. non cont.* de ſcripto, *l. 2. 3. C. de ſent. ex peric. recit.* ab ipſo judice, *d. l. 2.* in loco conſueto, *l. 6. C. de ſent. om. jud. l. 5. C. quom. & quand. jud.* interdiu, *Dd. in l. non minorem. 20. C. de tranſact. per Nov. 82. c. 3.* pro tribunali ſedente: *d. Nov. 82. c. 3.* citatis ad hoc litigatoribus. *l. 4. C. quom. & quan. jud. l. 1. §. pen. quæ ſent. ſin. app. reſc. l. 68. de judic.*

Sententia debet eſſe certa, (Ne alioqui contingat lites non ſopiri (quæ finis eſt ſententiæ. *l. 1. ff. de judic.*), ſed augeri:) vel verbis, vel per relationem pro rei & cauſæ natura, *t. t. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. l. 5. §. 1. l. 59. §. 1. hic.* licet de incerta quantitate actum fuerit, *§. 32. Inſt. de action. ubi Dd.* non conditionalis; *l. 1. §. 5. quand. appell.* Quia ſententia ſub conditione penitus remota & extrinſeca, eſt injuſta & iniqua, & ob id ab ea appellari non debet: *l. 1. §. 5. ff. quand. appell.* ut & ſub conditione falſa, *l. 37. in pr. ff. de excuſ. tut.* impoſſibili. *l. ult. ff. quæ ſent. ſine appell.*

Debet etiam ſententia juri, ſive ſcripto, ſive conſuetudinario, eſſe conſentanea, *l. 32. hic.* alioqui eſt nulla; *l. 19. de appell.* (Niſi jus ſit dubium & controverſum: *Zaſ. in l. 32. num. 4. de re jud.*) & libello, actis, & probationibus, eſſe conformis. *d. l. 18. com. divid. d. l. ult. C. de fideic. lib. Bald. in l. 1. n. 2. de quaſt. d. §. 32. Inſt. de action.*

Libello conformis erit, ſi cum ipſo in re, in cauſa, in actione, conveniat. *Jaſ. in d. §. 32. per Bald.*

Eſt

Digitized by Google

Eſt enim ſententia ſuper illa ipſa re, quæ in libello petita; *Ang. Jaſ. in §. curare. num. 27. Inſt. de action.* & ſuper eadem cauſa & actione, qua libellus conſtat, *arg. l. 12. cum ll. ſeqq. l. 27. ff. de except. rei jud.* concipienda.

Sententia eſt ferenda contra eum qui vel ſuo, vel alieno nomine litem ſuſcepit; *l. 1. ubi Gl. & Dd. C. de ſent. & interl. om. jud.* non contra tertium; ut cui res inter alios acta præjudicare non debet. *l. 63. de re jud.*

De Iure Canonico, *Gl. & Abb. in c. ſciſcitata. de in int. reſt.* & praxi hodierna; *Gail. 1. obſ. 111.* non niſi in perſonam Domini ſententiæ concipiuntur. Niſi forte injuriarum actum ſit. *Gail. d. loc.*

Sententia, ſcilicet definitiva, non interlocutoria, litem terminat & finit, *l. 1. hic. c. 2. Ext. eod.* & tranſit poſt decem dies in rem judicatam, *Nov. 23. Nov. 116. Auth. hodie. ubi Gl. C. de appell.* nec poteſt ob inſtrumenta recenter inventa, aliaſve probationes retractari: *l. ſub ſpecie. 4. C. hic. l. 12. §. 3. de bon. libert.* niſi lata ſit ex falſis inſtrumentis; *l. 1. & ſeqq. C. ſi ex falſ. inſtrum.* aut ex præſumptionibus, *l. 33. ubi Gl. Bart. C. de adult.* aut ex opinione peritorum in aliqua arte, *Jaſ. Alex. in l. arbitrio. qui ſatiſd. cog.* aut in cauſa matrimonii, aliiſve caſibus exceptis. *vid. Gl. in c. lator. de re jud. Marant. cap. de ſentent.*

Ex re judicata non modò is qui obtinuit exceptionem habet litis finitæ, ſi de ea conveniatur, *c. 1. de lit. cont. in 6. t. t. inf. de except. rei jud.* ſed etiam actionem, (quæ ex lege XII Tabularum deſcendit, & civilis eſt, *Cujac. lib. 3. obſ. 30.*) ut ſatisfiat ſententiæ. *l. 6. §. fin. l. 4. in pr. cum §. ſeq. hic. l. 8. C. de reb. cred.*

Poteſt etiam officium judicis (ſcilicet ordinarii, penes quem eſt juriſdictio ac imperium. *l. à Divo Pio. 15. hic. l. 1. 2. 3. de juriſd.*) implorare, ut is ſententiam exequatur: ex continenti quidem in judicio reali, ſi res ſtatim reſtitui poteſt; *§. 2. Inſt. de off. jud.* poſt quatuor autem menſes à tempore latæ ſententiæ in perſonalibus, ex noviſſima Iuſtiniani conſtitutione. *l. fin. §. 1. C. de uſur. rei jud.*

Quod

Digitized by Google

Quod tamen quadrimeſtre tempus judex, ſi juſta cauſa hoc ſuadeat, poteſt vel protogare vel coarctare. *Gloſſ. Zaſ. Donel. in l. 2. ff. hic.*

Facienda executio, (ſi ſententia non impugnatur,) contra convictum & condemnatum, *l. ult. C. de exec. rei jud.* Id eſt, contra eum qui licet ipſe non egerit, per alios in judicio ſuccubuit: *l. 4. in princ. & ibi Zaſ. hic.* non tertium; *l. 2. C. quib. res jud. non nocet.* niſi forte rei litigioſæ poſſeſſor ſit, *Gail. 1. obſ. 118.* vel fidejuſſor de judicato ſolvendo. *Gl. in l. fin. C. uſur. rei jud.*

Et fit in ejus bona, res & æſtimationem earundem. *d. l. 15. per tot.*

Ita tamen, ut primo res mobiles; deinde, illis non ſufficientibus, immobiles; poſt res incorporales, nomina, jura & pignora condemnati capiantur. *d. l. 15. §. 2. & per tot.*

In inſtrumenta ruſticorum, *Auth. agricultores. C. quæ res pign. obl.* militum arma & ſtipendia, *l. ſtipendia. de exec. rei jud.* libros Scholarium, *Gl. in l. Nepos. in verb. dignitate. de V. S.* fieri executio nequit.

Quæ exceptione nullitatis notoriæ impediri poteſt, *l. feriatis. 6. ubi Jaſ. de fer.* non exceptione quæ altiorem requirit indaginem. *Bart. & Dd. in l. 4. §. condemnatum. hic.*

Nec appellatio adverſus executionem locum habet; *text. in l. ab executione. C. quor. app. non recip.* niſi executor modum judicationis excedat. *d. l. ab executione.*

Suſpenditur tamen executio, quando ſententia impugnatur à parte ſuccumbente.

Quod fit, exceptione doli, *l. 1. C. hic.* nullitatis; appellatione, *l. 6. §. 1. de his qui not. inf. l. 1. ad SC. Turp. t. t. ff. & C. de appell.* ſupplicatione, *l. un. C. de ſent. præf. præt.* reſtitutione in integrum. *l. 33. hic. l. un. §. ult. de off. præf. præt. l. 16. §. ult. l. 17. de minor. tot. tit. C. ſi adverſ. rem jud.*

De

De confeſſis.

Tit. II.

SEquitur de confeſſis: quia confeſſus pro judicato eſt, qui quodammodo ſua ſententia damnatur. *l.* 1. *hic.*

Confeſſio eſt aut judicialis, quæ fit in jure; *l.* 6. *hic.* aut extrajudicialis. *l.* 40. *de pact. Gl. in l.*4. *de interr. act.*

Confeſſio nocet tantum ei qui confeſſus eſt; non etiam aliis. *l. ult. C. de accuſ. c.* 1. *hic.*

Non omnis confeſſio nocet confitenti, ſed tantum ea quæ facta à domino litis, *d. l.* 6. §. 4. majore viginti quinque annis, *d.l.*6.§.5.ſpontè,*l.*1.§.*Divus. & §. ſi qui ultro. de quæſt.* ſine errore, *l.*2. *hic.* contra ſe, *l.* 11. §. 1. *de interr. act. l.* 26. §. *Titius. depoſ.* in judicio, *l.un.C.hic.* coram judice competente, *l.*24. *C. de liber. cauſſa. c. clerici. de judic. Jaſ. in l.* 12. *n.*3.4. *de juriſd.* præſente adverſa parte; *d. l.* 6. §. 3. aut ejus procuratore, aut tutore, *d. l.* 6. §. 3. verbis minimè ambiguis, *l.* 11. §. *nihil. de interr. act.* & expreſsâ idoneâ confeſſionis ratione & cauſsâ. *Lanfr. in c. quoniam. verb. confeſſiones.* 18. & 25. *de probat.*

Quæ & tum demum valet, ſi nec naturæ, *l.* 13. *de interr. act.* nec juri, *l. ult. C. pact.* nec ipſius confitentis favori, *Accurſ. in l. un. C. hic.* (ut ſi contra matrimonium, *Spec. de confeſſ.* §. 2. *num.* 5. votum confiteatur: *Spec. d. loc.*) adverſetur; & certum contineat. *l.* 4. *l.* 6. *in pr. hic.* Nempe ut inde appareat, quid & quantum litigans confiteatur. *l.*6. *in princ. hic.*

Qui tamen rem, quam ſcit in rerum natura non eſſe, ſe debere confitetur, æſtimationem deberi confeſſus videtur. *l.* 3. *l.* 5. *hic.*

Confeſſio facta revocari nequit, niſi ex continenti: *c. præterea.* 7. *de teſtib. cogen.* aut niſi quis errore, non juris, *l.* 1. *C. hic.* ſed facti proprii, lapſus ſit, quem ante ſententiam probet. *l. ult. C. de error. adv.*

adv. l. error. C. de jur. & fact. ign. l. 2. hic. c. fin. Ext. eod.

Confeſſio repentina, calore, iracundiæ puta, effuſa, non obligat, & ſtatim revocari poteſt. *Panor. in c. cum venerabilis. n. 12. de except.*

Vt & ea quæ ante litem conteſtatam facta, *l. 26. §. pen. de nox. act. l. 25. cum ll. ſeqq. de rei vind. vid. Lanfr. in d. c. quoniam. n. 32.* utpote extrajudicialis; quæ vim probationis plenam non inducit: *Gl. pen. in l. 4. de interr. act.* niſi ſit in ſcriptis facta. *Jaſ. in l. error. n. 29. C. de jur. & fact. ign.*

Iudicialis confeſſio habet vim ſententiæ, *l. 6. §. 2. hic. l. 56. de re jud.* adeò ut in confeſſum, ſi judex de plano ſine forma judicii cognoſcat, ſententia poſtea non ſit ferenda: ſed poſſit præcipere judex, ut intra legitima tempora, quod confeſſum eſt, præſtetur. *d. l. 6. §. ult. hic. l. fin. quod met. cauſ. Dd. in d. l. 56. Bald. in l. 1. in fin. C. de edend.*

Eſt, ſi ordine judiciario procedatur, *l. 3. 4. 5. hic. l. ult. C. de exec. rei. jud.* ut & in criminalibus, *l. 5. de cuſtod. & exhib. reor.* propter pœnæ irrogandæ incertitudinem: *l. 5. de inſt. reor.* & quia confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus non debent haberi, ſi nulla alia probatio cognoſcentis religionem inſtruat; *l. 1. §. 17. de quæſtion.* & quia nonnunquam aut metu, aut tædio vitæ, aut alia de cauſa rei in ſe confitentur. *d. l. 1. §. ult.* Hodie indiſtinctè ſententiâ opus; quia receptum, ut confeſſio non ſententiæ, ſed probationis vim obtineat. *Alex. conſ. 127. viſa. n. 2. vol. 4. per l. 25. §. 2. ad l. Aquil. Bart. in d. l. 5. de cuſt. & exhib. reor.*

Iudicialis confeſſio in criminalibus plenè probat; ſcilicet cum & aliter de delicto conſtat: *Caſt. & Dd. in l. ult. C. de probat. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. q. 55. n. 10.*

Quo caſu idonea putatur ad condemnationem: *l. 1. hic. l. 25. §. fin. ad l. Aquil. l. 16. C. de pœn. Gl. in l. 5. de cuſt. reor. & in l. un. C. hic.* niſi facta ſit metu, *Gl. in l. qui in carcerem. de eo quod met. cauſſ. l. 1. §. Divus. de quæſt.* aut ſpe gratiæ à judice promiſſæ. *Hipp. in l. ſi quis obrepſerit. n. 10. ad l. Corn.*

Digitized by Google

l. Corn. de fal. & d. l. 1. §. quæſtioni. n. 12. Clar. lib. 5. q. 1. §. fin. 5.

Extrajudicialis confeſſio in criminalibus indicium facit ad torturam contra confitentem. *Bart. & Gl. in l. capito. 25. in pr. ad L. Jul. de adult. Iaſ. in l. 12. n. 3. & 4. de juriſd.* non alium. *l. 9. ad L. Iul. de adult. l. fin. C. de accuſ.*

In Civilibus cum ſit ex aliqua certa cauſſa, coram adverſario & teſtibus, ſolet vim pacti obtinere. *l. 40. ubi Dd. de pact. l. 13. C. de non num. pec. Dd. in l. 1. & l. in ætate. §. interrogatus. de interr. act. Calon. in c. per tuas. Ext. de probat. Weſ. hic. n. 10.*

Et in articulo mortis facta, præſumptionem pro confitente, ejuſque hæredibus, inducit. *l. 1. §. præterea. ubi Hipp. n. 7. de quæſt.*

De ceſſione bonorum.

TIT. III.

Mittuntur Creditores in poſſeſſionem, ſi quis oneratus ære alieno, bonis cedat, id eſt, bona ſua ſponte creditoribus dimittat.

Quod beneficium Lex Iulia debitoribus indulſit, ut cedendo bonis, vinculorum, ſervitutis, carceriſque injurias, quibus olim gravabantur, *A. Gell. lib. 20. c. 1. Cujac. lib. 3. obſ. c. 39.* ſubterfugere poſſint. *l. 1. 4. l. 7. C. hic.*

Competit omnibus debitoribus, tam patribus quam filiisfamilias, *l. 7. C. eod.* tam fœminis (de Iure Codicis, non noviſſimo: *arg. Auth. ſed hodie. C. de offic. diff. jud. Auth. hodie. C. de cuſtod. reor.*) quam maribus, *d. l. 7.* etiamſi nihil in bonis habeant: modò aliquando habere poſſint: *d. l. 7.* etiamſi ſe debitum ſoluturos jurarint. Nam juramentum quidem ſervandum, ſed quatenus poſſibile eſt.

Sed non niſi debitum agnoverint, vel ſint condemnati, vel in jure confeſſi. *l. pen. hic.*

Debent bona omnia uſque ad quadrantem indicare, & indicata relinquere. *l. 4. ubi Azo. n. 5. C. eod.*

Digitized by Google

eod. Gl. in l. fin. hic. per l. fin. §. licentiam. C. de jur. delib.

Admittitur ceſſio pro debitis civilibus, non pro mulcta debita ex crimine; *Tholoſ. in Synt. jur univ. lib.22. c.10. n.1.* non pro debito facti, *ibid. n.3.* aut fiſcali, reipublicæ: *ibid. n.4. per l. nemo. C. de act. tribut.* non pro oneribus & muneribus perſonalibus. *l.4. §. inopes. de mun. & honor. l. 5. C. hic.*

Fieri poteſt tam in jure, quam extra jus: & ſufficit hodie, non olim, ſimplex voluntatis profeſſio; *l. 6. C. eod.* etiam per nuncium, vel epiſtolam declarata. *l. fin. hic.*

Sed debitor, ut valeat bonorum ceſſio, debet creditoribus ſuis bona omnia uſque ad quadrantem indicare, indicata relinquere, *l.4. C. qui bon. ced. poſſ. Hottom. ill. qu. 26.* Ex humanitate tamen veſtes quotidianæ relinquendæ. *Salic. Cyn. ad l. 1. C. eod. Brun. tract. de bon. ceſſ. qu. 3. princ. num. 9.* Ex Caroli V conſtitutione præter veſtem & lectus cum ſuis ornamentis, unaque ex rebus mobilibus minoris pretii. *Peck. de jur. ſiſt. cap. 45. num. 19.*

Ceſſione factâ, non liberatur debitor, niſi creditores ſolidum conſequantur. *l. 1. C. eod.*

Sed interim non poteſt ab iis inquietari, *l.4. §. 1. hic.* nec in carceres conjici. *d. l. 1.*

Si verò poſtea ad locupletiorem fortunam perveniat, in quantum facere poteſt, convenitur. *d. l.4. in pr. l. 6. 7. hic. §. fin. Inſt. de action.*

Ceſſione factâ, creditores bona debent vendere, non propriâ authoritate dividere. *l. 4. C. eod.*

Antequam venditio fiat, qui ceſſit, bonis ſuis non caret; ſed poteſt pœnitere & ſe defendere, vel creditoribus ſatisfacere, & ſic eam impedire. *l. 3. 5. ff. l. 2. C. hic.*

Ceſſio exiſtimationem non notat. *l. 11. C. ex quib. cauſ. infam.*

Moribus tamen, & etiam jure noſtro, *Nov. 4. c. ult. Nov. 135.* infamia ſaltem facti cedentem manet.

Quibus

Digitized by Google

Quibus ex cauſſis in poſſeſſionem eatur.

TIT. IV.

CAuſſæ ob quas in poſſeſſionem univerſarum rerum mitti ſolet, ferè tres ſunt: rei ſervandæ causâ, legatorum ſervandorum gratia, & ventris nomine: nam damni infecti tantum in rei, de qua damnum timetur, poſſeſſionem fit miſſio. *l.* 1. *hic.*

De miſſione legatorum ſervandorum gratia diximus *lib.* 36. *tit.* 4. ventris nomine *lib.* 37. *tit.* 9. damni infecti *lib.* 39. *tit.* 2.

Rei ſervandæ cauſſa fit miſſio per magiſtratum ordinarium, qui jus mittendi, *l.* 12. §. *pen. de bon. aut. jud. poſſ.* & merum aut ſaltem mixtum imperium habet. *l. ſi bona. C. d. tit. Specul. de ſecun. decret.* §. *reſtat. n.* 2.

In bona debitoris, qui judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſorem dedit, ſi neque poteſtatem ſui faciat, neque defendatur: *l.* 2. *in pr. l.* 5. §. *fin. hit.* olim univerſa, hodie (ſecundum Dd. communiter) ſecundum quantitatem & portiones æris alieni: *Nov.* 53. §. *ſi vero.* ſecundum alios etiam in univerſa. *Cujac. in d. Nov.* 50. *c.* 4. *Pac. Iſag. ff. ut in poſſ. legat. eat. per d. l.* 2. *l.* 7. *hic.* Quia id lege nova non eſt mutatum. *fac. l.* 30. *C. de appell.*

Fit dupliciter, aut ex primo decreto, *de quo hoc titulo*; aut ex ſecundo; *de quo titulo ſequenti.*

Primum decretum, eſt decretum judicis, quo ob contumaciam rei, actor in bonorum poſſeſſionem cuſtodiæ cauſa mittitur, ut ea pignoris loco detineat, donec reus compareat vel reſpondeat. *l.* 5. *l.* 8. *C. de bon. aut. jud. poſſ l.* 13. *ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſ. Petr. de Ferrar. in form. reſponſ. rei* §. *in termino. n.* 4.

Locum habet in omnibus cauſis & actionibus, tam perſonalibus, *l.* 9. *& l. fin. C de bon aut. jud poſſ.* quam realibus. *l* 2. *C. ubi in rem act. c.* 2. *&* 3. *de eo qui mitt. in poſſ. Spec. de prim. decr.* §. *reſtat. n.* 20. *cum ſeqq.*

Fit

Digitized by Google

Fit in bona contumacis qualiacunque, allodialia, emphyteutica, feudalia. *Bal. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. n. 5. & 6. de damn. inf.*

Eo ordine, qui in executione rei judicatæ ſervari ſolet. *l. 15. de re jud. Spec d. §. reſtat. n. 1. Bald. in d. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. n. 11.*

Vt decernatur, requiritur contumacia debitoris: *l. 15. §. ex hoc. & §. ſi forte. de dam. infect. d. l. 9. C. de bon. auct. jud. poſſ. Bart. in d. l. 15. §. Iulianus. n. 18.* ut eam accuſet creditor, cui pure, non ſub conditione, *l. pen. §. 2. hic.* niſi ea certò ſit extitura, *l. 6. eod. God. ad l. 12. num. 2. 3. De V. S.* debetur; & ex hoc decreto miſſionem in rem petitam poſtulet: *l. 4. §. 8. de dam. inf. Bart. in d. §. Iulianus. n. 2. 3.* denique ut judici de contumacia; & de debito ejus ſaltem ſummariè liqueat; utque ſententia reum contumacem pronunciet, & actori miſſionem decernat. *per d. l. 15. in pr. & §. 11. d. l. 4. l. 7. de dam. inf. Spec. de primo decr. §. ſequitur. Rosb. in prax. civ. tit. 31. n. 7.*

Fit miſſio in actione reali, in rei petitæ poſſeſſionem; *l. 7. §. 17. & §. 18. l. 13. hic. t. t. Ext. de eo qui miſſ. in poſſ. cauſ. rei ſerv. l. 15. l. plures. de dam. inf. l. 8. C. de bon. auct. jud. poſſ.* in perſonali, pro menſura debiti, ſecundum Ius Canonicum, *c. ult. in fin. ut lite non cont. Spec. de ſec. decr. §. videndum. n. 5.* non civile. *vide ſupra.*

Miſſus conſequitur jus pignoris. *l. 2. C. qui potior. in pign. hab. l. fin. C. de prat. pign. l. ſi poſt. C. ut in poſſ. leg.* Puta ſi verè & corporaliter bona occupaverit; alias non. *l. non eſt mirum. de pign. act.*

Et in actione perſonali acquirit poſſeſſionem rei, cum domino, detinendæ & cuſtodiendæ cauſa. *l. 7. §. 17. §. 18. l. 13. hic. l. 15. §. ſi quis autem. §. Iulianus. §. ſi plures. de dam. inf. Spec. de ſecun. decr. §. nunc dicam. 6. n. 12.*

Fructus non lucratur, ſed cum debito compenſat; *d. l. 15. §. non autem. l. ut cui. Vt in poſſ. leg. Bart. poſt Gl. in d. §. Iulianus. n. 50.* niſi judex id expreſſe diſpoſuerit. *l. 7. §. fin. hic. d. l. 15. §. non autem. Petr. de Ferrar. in pract. in for. reſp. rei & interm. n. 18.*

In

Digitized by Google

In actione reali miſſus acquirit poſſeſſionem: *Dd. in d. l. 7. c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. Bart. Gl. in d. §. Julianus. n. 51. Ferrar. d. loc.* & fructus ſtatim percipit & cuſtodit, *l. is cui. Bart. in l. ult. ut in poſſ. leg.* poſt annum lucratur. *Spec. de ſec. decr. §. jam de effectu. n. 9. Panorm. in c. quoniam. §. ult. n. 33. ut lit. non cont.*

Tollitur enim hoc decretum & debitor contumax rem recuperat, ſi in actione reali intra annum veniat, de judicio ſiſtendo caveat, & expenſas ſolvat. *d. Auth. ei qui jurat. l. 15. C. de judic. d. c. quoniam. §. ſi reus. Rosb. d. loc. n. 20.*

In perſonali, quandocunque veniat, ante ſecundum tamen decretum, & præſtitâ prius cautione de ſiſtendo judicio; refuſiſque expenſis, auditur. *d. l. 15. §. 34. de dam. inf. l. ſi quis. §. pen. C. de præſcr. 30 vel 40 ann. Rosb. d. loc. n. 21.*

De rebus auctoritate judicis poſſidendis ſeu vendundis.

Tit. V.

SEcundum decretum, eſt alterum magiſtratus qui ſaltem imperium mixtum habet, *l. 1. & 4. de juriſd.* juſſum, quo creditorem ſeu actorem, qui rei cuſtodiæ causâ in poſſeſſionem miſſus fuerat, ob perſeverantem rei contumaciam, verum poſſeſſorem decernit, aut etiam dominum eſſe jubet. *c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. l. 5. l. 7. §. 1. de dam. inf.*

Locum tantum habet in actionibus perſonalibus. *Bart. poſt Gl. in l. 15. §. Julianus. n. 42. de damn. inf. per l. 9. C. de bon. auct. jud. poſſ. l. 7. §. 1. quib. ex cauſſ. in poſſ. eat.*

In realibus enim, ubi de dominio vel quaſi quæritur, eo non eſt opus; quoniam dominus, poſteaquam ex primo decreto poſſeſſor factus eſt, fruſtra ex hoc dominium, quod ſuo jure habet & vendicat, ſibi adjudicari peteret. *Weſ. de dam. infect. Rosb. in praxi civ. tit. 32. n. 3.*

Poteſt tamen is qui reali actione egit, ſi de domi-

Digitized by Google

nio in futurum controverſiam metuat, à judice petere, ut certum terminum ſtatuat, intra quem jus deducturus veniat reus, aut quivis alius qui dominium prætendit; quo elapſo, nemo deinceps audiatur. *l. ult. C. de jur. dom. imp. Auth. Hoc niſi. C. de ſolut. vid. Gl. Bart. in l. 15. §. ſi plures. de dam. inf. Spec. ſec. decr. §. videndum. n. 20. 21.*

Interponitur hoc decretum poſt annum, *Bart. in d. l. 15. §. Julianus.* ad petitionem partis; ſi citatus ter, vel ſemel peremptoriè, *c. quoniam. §. fin. ut lit. non cont. Bart. d. loc. n. 27.* reus contumax, *Spec. de ſec. decr. §. nunc dicamus. n. 1.* fraudationis cauſa, ne ſecum agi poſſit, *l. 36. hic.* latitet, *l. 7. §. 1. tit. præced.* vel non compareat, nec ſe ad judicium cum debita cautione, & refuſione ſumptuum offerat, *l. 8. §. pen. de præſc. 30 ann. Auth. ei qui jurat. C. hic. l. 9. §. 2. ff. eod. Spec. de primo decr. §. jam de effectu. n. 22.* nec ullum juſtum impedimentum (de quo judex debet cognoſcere, alioqui dabitur reſtitutio. *d. l. 15. §. 22. §. 33. l. 19. de dam. infect. Bart. in d. l. 15. §. Julianus. n. 36.*) quominus veniat, obſtet.

Variè hoc judex, pro varietate circumſtantiarum, interponit. *Bart. in d. §. Julianus. n. 53.*

Vel enim, & quidem crebrius, decernit venditionem rei, *l. 7. in pr. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. 9. l. 6. C. hic.* & in ejus defectum, *d. l. 6.* in ſolutum eam concedit: *t. t. C. de jur. dom. imp. Auth. hoc niſi. C. de ſolut. d. l. 6.* vel actorem in vera poſſeſſione eſſe, fructuſque ſuos facere jubet: *Bart. in d. §. Julianus. n. 40. Panor. in c. quoniam. §. ult. n. 46. ut lit. non cont.* vel dominum, etiam ſine venditione, eum facit: *Dd. in d. l. 15. §. Julianus. & §. 33. & in d. c. quoniam.* aut uſucapiendi conditionem præſtat: *d. l. 15. §. Julianus. l. 4. l. 15. l. 12. de dam. inf.* vel ſolum poſſeſſorem eum conſtituit, reſervato etiam poſt annum reo repetendæ rei ſuæ jure integro. *d. c. quoniam. in fin. ubi Gl. fin. & Dd.*

De

De privilegiis creditorum.

TIT. VI.

Hic titulus in Flor. exemplari cohæret ſuperiori. incipit à lege 16. tit. præc.

BOnis venditis omnes creditores ſimul concurrunt.

Sed hic ordo ſervandus, ut de pretio primum illis ſatisfiat, quorum jus potius eſt.

In quo regula teneatur: In univerſum eos, quibus ſupra debitum res etiam obligatæ nexæque pignori ſunt, potiores eſſe iis, qui tantum perſonalem actionem habent. *l. eos. C. qui pot. in pign.*

Plus enim cautionis eſt in jure reali, quam perſonali. *l. 25. de R. I. l. 6. C. de bon. auct. jud. poſſeſſ.*

Inter ipſos creditores hypothecarios, quis cui præferatur, ſupra dictum eſt. *ad tit. qui pot. in pign.*

Inter eos creditores, quibus perſonale tantum jus eſt, quos chirographarios appellant, *l. pen. hic. l. 6. C. de bon. auct. jud. poſſ.* quis præire debeat, magis ex cauſa, quam tempore eſt metiendum.

Nam is cujus cauſa eſt privilegiata præfertur. *l. 1. hic. aut l. 32. tit. præc.*

Eorum autem quidam privilegium cum hypotheca habent: quidam abſque ea ſolo privilegio fruuntur.

Ad illos pertinet fiſcus, *l. 46. §. 3. de jur. fiſc. l. 18. hic.* mulier in dote data, *l. aſſiduis. & ibi Gl. C. qui potior. in pign.* pupillus, *l. 4. 5. 6. 7. hic. l. pen. C. in quib. cauſ. pign. tac. conſt.* qui in refectionem rei credidit, *l. 25. ſi cert. pet. l. 8. §. 2. hic. l. 1. quib. cauſſ. pign. tac. conſt.* & alii.

Ad hos verò, reſpublica, *l. 2. C. de jur. reip. lib. 11. l. ſimile. ad munic. l. 16. de V. S. l. pen. §. 1. hic.* & ſimiles.

Si privilegiati inter ſe concurrant, vera regula eſt Azonis, *in Rubr. C. de bon. auct. jud. poſſ.* omnes æquale jus habere & ſimul concurrere ac dividere

Digitized by Google

æqualiter, niſi quis aut tempore prior ſit, *l.* 2. *C. de priv. fiſc.* aut ſpeciali lege de aliquo eorum probetur, quod ſit præferendus; ut in muliere, *d. l. aſſiduis.* fiſco, *l.* 28. *de jur. fiſc. ubi Bart. l.* 1. *C. eod. lib.* 10. conſtitutum, cum fiſcus debitum, non cum pœnas perſequitur: *l. un. C. de pœn. fiſc. Gl. & Dd. in l.* 10. *ad verb. hypothecam. de pact.* item in eo qui duplici privilegio munitus eſt, puta tutelæ & depoſiti: *l. fin. qui pot. in pign.* item ut in dubio mulier præferatur fiſco; *Neguz. in tr. de pign. part.* 2. *memb.* 4. *n.* 108. *per l. non puto. de jur. fiſc. Bald. in l. dotis. C. de jur. dot.* fiſcus privato, *Jaſ. & alii in l.* 1. *ſolut. matr. Neguz. d. tract.* 2. *part.* 4. *memb. n.* 118.

In aliis regulariter privilegiatus contra privilegiatum uti privilegio non debet. *d. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign.*

His exceptis, quorum privilegium ad extraneum ſucceſſorem non tranſit; *Bart. in l.* 1. *n.* 8. *ſolut. matr.* reliqui creditores æqualiter, non attento contractus tempore, *vid. l.* 1. *de ſeparat.* pro rata debiti quantitate, concurrunt. *l.* 6. *C. de bon. auct. jud. poſſ.*

Sanè ſi quis antequam ea poſſideantur, ſibi vigilaverit, & ſuum ſit conſecutus, nihil ab eo repeti poteſt. *l.* 24. *quæ in fraud. cred.*

Quod ſi omnes creditores ſimul inſtiterint, vel bona ſint poſſeſſa, omnium jus æquale eſt, neque gratificationi locus relinquitur. *d. l.* 24. *l.* 6. §. 7. *d. tit. l.* 6. §. 1. *de bon. auct. jud. poſſeſſ.*

Qui tamen ſcienter contrahit cum debitore poſt ſuſceptum fraudationis conſilium, numero creditorum eximitur. *l. ait Prætor.* 6. *hic.*

De ſeparationibus.

TIT. VII.

Poſſunt creditores defuncti, *l.* 1. §. 1. *hic.* etiamſi ex die vel ſub conditione eis debeatur; *l.* 4. *in princ. eod.* & poſt hos, *l. fin.* §. 4. *&* §. 10. *C. de jur. delib.* legatarii, *l. pen. in pr. eod.* intra quinquennium,

nium ab adita hæreditate, *d. l.* 1. §. 13. poſtulare, decreto Prætoris, *d. l.* 1. *in pr.* bona defuncti, à bonis hæredis propriis ſeparari; ita ut ex illis, creditoribus hæreditariis; ex his, hæredis creditoribus ſatisfiat. *d. l.* 1. §. 1.

Denegatur hoc beneficium; cum hæreditas bonâ fide diſtracta; *l.* 2. *eod.* creditores de integro cum hærede animo novandi contraxerunt; *d. l.* 1. §. 10. §. 11. res hæreditariæ bonis hæredis mixtæ ſunt; *d. l.* 1. §. 12. poſt quinquennium ab adita hæreditate. *d. l.* 1. *l.* 13.

Quod ſi alii creditorum petant ſeparationem; alii non: qui non petunt, cum creditoribus hæredis connumerantur. *d. l.* 1. §. 86.

Quibus, ut nec ipſi hæredi, niſi ſit neceſſarius, *d. l.* 1. §. *ult.* & bona non attingat; *d. l.* 1. §. *fin.* aut patronus libertæ ſucceſſerit, quæ hæreditatem ære alieno oneratam adjuverat, *l. pen.* §. 1. *eod.* beneficium ſeparationis non competit. *d. l.* 1. §. 2. *&* §. 16.

Licuit enim hæredi adjiciendo ſibi creditores, ſuorum creditorum conditionem facere deteriorem. *d. l.* 1. §. 2. *&* §. 16.

Sed an ſit admittenda ſeparatio, nec ne, Præſidis erit vel Prætoris notio. *d. l.* 1. §. 14.

Eſt &, exemplo hujus ſeparationis, alia, quâ, creditoribus poſtulantibus, filiifamilias caſtrenſia bona à paganicis ſeparantur. *l.* 1. §. *ſi filiifam.* 9. *hic.*

De curatore bonis dando.

TIT. VIII.

CVrator bonorum dicitur, qui bonis debitoris extra ordinem præficitur, ut ea tueatur, & diſtrahat, ex redacto creditoribus ſatisfaciat.

Conſtituitur, ſed non invitus, *l.* 2. §. 3. *hic,* vel privata creditorum voluntate: *l. fin. hic.* vel auctoritate magiſtratus, ex conſenſu majoris partis creditorum. *d. l.* 2. *in pr.*

Digitized by Google

Poteſt conſtitui vel creditor, vel quivis alius, *d. l. 2. §. pen.* vel unus, vel plures. *d. l. 2. §. 1.*

Per eos geſta, rata habentur. *d. l. 2. §. 1.*

Et cum plures ſunt, ſinguli in ſolidum poſſunt agere vel conveniri. *d. l. 2. §. 2.*

Quod ſi per regiones fuerint conſtituti; unus fortè rei Italicæ, alter in Provincia: adminiſtrationes confundere non debent. *d. l. 2. §. 2. verſ. quod ſi.*

Tenentur de adminiſtratione propemodum ut reliqui curatores ac procuratores, *d. l. 2. §. fin. l. 3. eod.* non modò creditoribus, ſed ipſi etiam debitori. *Gl. in d. l. 2. §. ult. ad verb. veriorem.*

Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur.

TIT. IX.

DEbitores immiſſionem vel diſtractionem metuentes, ſi bona in fraudem creditorum alienant; ea ex duobus Edictis (quæ in idem recidunt, eóque actiones ex iis deſcendentes eandem vim obtinent) revocantur. *vid. l. 1. l. 10. hic.*

Ex priori datur actio Pauliana, ſic dicta à Paulo Prætore, qui eam primò introduxit. Ex altero actio Calviſiana, à Calviſio Prætore, qui & hac de re Edictum fecit, ſic dicta.

Pauliana eſt actio in factum, *l. pen. C. l. 10. l. 14. ff. hic.* prætoria, *l. 1. in pr. & §. 1. ff. eod.* perſonalis, *l. 38. pr. junct. §. 4. ff. de uſuris.* qua creditores res in fraudem ſuam alienatas, reſciſsâ traditione, repetunt, quaſi nunquam traditæ fuiſſent. *l. 1. C. hic.*

Competit creditoribus ex contractu, delicto, puris conditionalibus, chirographariis, hypothecariis, & eorum ſucceſſoribus, *l. 10. §. 1. §. 2. §. fin. hic.* item curatori bonorum, quorum in fraudem aliquid geſtum, vel alienatum eſt quocunque contractu. *l. 1. §. 2. l. 2. l. 3. eod.*

Adverſus eos qui, ſcientes debitorem non eſſe ſolvendo, aliquid cum eo gerunt, vel paciſcuntur, ut

habere

habere deſinat id quod habet; tanquam fraudis participes; *l.* 1. §. 2. *l.* 10. *pr.* & §. 1. & §. 2. *eod.* non contra ignarum fraudis, niſi quatenus locupletior eſt factus: *l.* 6. §. 8. *eod.* non contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem: *l.* 9. *eod.* Omninò contra ipſos debitores in fraudem creditorum bona ſua alienantes; *l. ult.* §. *fin. eod.* ſed in quantum facere poſſunt: *l. fin. C. eod.* In hæredes datur quatenus ad eos pervenit. *l.* 10. §. *fin. junct. leg. ſeq. eod.*

Datur, ut omnia geſta & alienata in fraudem, in priſtinum ſtatum, in quo fuere ante alienationem, *l. ult.* §. 2. *l.* 10. §. 22. *hic.* reſtituantur, una cum fructibus, qui tempore alienationis terræ cohæſerunt, & qui poſt judicium inchoatum; *d. l. ult.* §. 4. non qui medio tempore percepti, *d. l. ult.* §. 4. *verſ. medio.* fuerunt.

Si reus quid fraudatori ſolvit, non recipit, ſive totum, ſive ejus partem, niſi in bonis fraudatoris extet. *l.* 7. *l.* 8. *hic.*

Competit hæc actio ex die factæ, non alienationis, *d. l.* 6. §. *fin. d. l.* 10. *in pr.* & §. 18. ſed excuſſionis bonorum debitoris; *l.* 1. *C. hic.* (Quia nemini tempus currit, antequam agere poteſt. At creditor, antequam per excuſſionem conſtet debitorem non eſſe ſolvendo, agere non poteſt; Niſi de ipſius inopia conſtet: *facit d. l. C.* §. *ult. junct. l.* 10. §. 18. *hic.*) intra annum utilem: poſt annum, non niſi de eo quod ad fraudulentum debitorem, vel ad contrahentem cum eo pervenerit, aut ad alterius hæredes. *d. l.* 10. §. 34. Iniquum enim eſt in lucro verſari eum qui ex fraude lucrum ſentit. *d. l.* 10. §. 24. *verſ. iniquum.*

DIGESTORUM LIBER XLIII.

De interdictis, (ſive extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.)

Tit. I.

EXpoſitis ordinariis poſſeſſionum judiciis, ſequuntur extraordinaria, quæ ſunt Interdicta.

Sic dicta quaſi inter duas partes litigantes à Prætore dicta. §. 1. *in fin. Inſt. hic.*

Sunt actiones in rem de poſſeſſione vel quaſi litigantibus à Prætore datæ. *Vult. juriſp. lib.* 1. *tit.* 21.

Iuſtiniano, conceptiones verborum quibus Prætor jubebat aut vetabat aliquid fieri, cum de poſſeſſione vel quaſi inter aliquos contendebatur. *in pr. Inſt. eod.*

Interdicit Prætor, 1. In Edicto formulas Interdictorum, ut actionum, præſcribendo. 2. Sententiam de poſſeſſione controverſa ex edicto generali ferendo. 3. Non ipſe decernendo, ſed actionem dando. *l. un. ut in flum. publ. l.* 1. §. *deinde ait. de aq. quot.*

Sic & ipſe actor, quatenus de poſſeſſione experitur, interdicere dicitur. *l.* 1. §. *pen. de via publ. l.* 3. §. *ſi quid dolo. de tab. exhib.*

Duo priora frequentabantur ante Iuſtinianum: poſtremum ejus tempore aut paulo antè cœpit, cum Interdicta mutata ſunt in actiones extraordinarias. *Rubr. hic.*

Vt hodie non interdicto agatur, ſed actione ad exemplum interdicti concepta. §. *fin. in fin. Inſt. eod.*

Et, confuſâ actionis & interdicti naturâ, quæ inter-

Digitized by Google

interdicta olim erant, dicantur actiones extraordinariæ, ſive in factum utiles, ad exemplum interdictorum antiquorum comparatæ. *not. in d. rubr. hic. & d. §. fin. l. 2. 4. C. unde vi.*

Sunt naturâ ſuâ de poſſeſſione, vel quaſi; *l. 2. §. quædam. hic.* de proprietate rei, ita ut poſſeſſionem nullatenus attingant, nulla; *Cujac. in par. C. eod.* pauca ita de poſſeſſione vel quaſi, ut in conſequentiam proprietatis cauſam contineant; Eaque de rebus publicis tantum: nulla de privatis. *Vult. in juriſp. lib. 2. tit. 21.*

Diviſio interdictorum partim ſumitur à materia.

Alia enim pertinent ad res divini juris, alia ad ea quæ ſunt hominum.

Horum quædam illa reſpiciunt, quæ nullius numerantur in bonis; quædam ea quæ ſunt alicujus. *l. 1. l. 2. §. 1. hic.*

Partim à forma elocutionis. *§. 1. Inſt. eod.*

Nam quædam ſunt prohibitoria, quibus Prætor prohibet: quædam reſtitutoria, quibus jubet reſtitui: quædam exhibitoria, quibus exhiberi. *l. 1. §. 1. ff. §. 1. Inſt. eod.*

Sunt etiam quædam mixta, ut prohibitoria ſimul & exhibitoria. *d. l. 1. §. 1. d. §. 1. Inſt. eod.*

Deinde Interdictorum alia in præteritum, alia in præſens, alia in futurum referuntur. *d. l. 1. §. 2.*

Item quædam ſimplicia ſunt, ut pleraque: nonnulla duplicia, in quibus uterque litigator duplicem perſonam, & actoris & rei, ſuſtinet. *l. 2. in pr. eod.*

Quædam annalia ſunt, quædam perpetua. *d. l. 1. §. 4.*

Annalia ſunt, quæ ſunt pœnalia: perpetua ſunt, quæ ſunt rei perſecutoria. *l. 1. in pr. de vi, & vi ar.*

Partim à fine. Nam quædam publicæ utilitatis cauſa, *d. l. 1. pr.* quædam juris ſui tuendi, quædam officii gratia ſunt comparata. *l. 2. §. 1. hic.*

Pleraque interdicta (ut dictum) poſſeſſionis controverſiam, nonnulla proprietatis cauſam continent. *d. l. 2. §. quædam.*

Poſtremò Interdicta, aut ſunt adipiſcendæ poſſeſſionis, aut retinendæ, aut recuperandæ. *d.l.2.§.fin.*

Differt Interdictum ab Edicto, tanquam effectus & cauſa; oriuntur enim ex Edicto interdicta. *l.1. §.1. de oper. nov. nunc.*

Edictum etiam fit, quando in genere Prætor ex officio aliquid diſponit; ut, ne quis in jus vocatum vi eximat, &c.

Interdictum, inter duos fit plerunque præceptivè.

Illud formam & vim legis; hoc actionum hodie habet.

Non enim, quod Prætor inter litigantes interdicit, continuò inter omnes jus facit; ut nec res inter alios actæ judicatæve. *l.63. de re jud.*

Hodie, poſtquam Interdicta in Pandectas ſunt relata, ea certum jus, ſicuti aliæ leges, inter omnes faciunt: quamquam illud adhuc ſit verum, poſſeſſorium judicium inter alios conſtitutum, aliis non obeſſe, nec prodeſſe.

Quorum bonorum.

Tit. II.

INterdicta quæ ſingulorum ſunt, aut univerſitatem rerum complectuntur, aut res ſingulas.

Inter ea quæ univerſitatem ſpectant, primum eſt Interdictum Quorum bonorum: ſic à primis Edicti verbis dictum.

Quod ſimile eſt petitioni hæreditatis: ſed utilius illo agitur: quoniam non tam exactæ in eo probationes, ut in ordinariis judiciis, requiruntur, *Bart. hic. & in l.1. C. eod.* nec exceptio hic dominii, ſi altiorem requirat indaginem, *l.3.§.13.ff. ad exhib.* objici poteſt: *l.fin. C. hic.* poteſt ſi in continenti probari poſſit: *d.l.fin. Menoch. de remed. adipiſc. poſſ. num.* 104. *qu.* 29. nec à ſententia poſſeſſionis appellatur. *Bart. in d.l.1. per l. un. C. ſi de moment. poſſ.*

Competit hæredi, cui poſſeſſio data eſt, *l.1. hic. &*

& §. adipiſcendæ. Inſt. de Interd. prætorio quidem, directo; civili, utiliter. *t. t. ff. C. eod.*

Adverſus eum qui pro hærede (hoc eſt, bona fide, putans ſe eſſe hæredem, vel bonorum poſſeſſorem) aut pro poſſeſſore (id eſt, mala fide, ſciens ſe non eſſe hæredem nec poſſeſſorem) poſſidet, vel dolo malo fecit quominus poſſideret. *dd. ll.*

Non adverſus juſto titulo poſſidentes; quod in pari cauſa & titulo melior ſit cauſa poſſidentis. *c. in pari. de R. I. in 6. §. 5. Inſt. de hæred.*

Nec datur adverſus debitores hæreditarios, ſed tantum corporum poſſeſſores. *l. 2. hic.* Quod in rebus debitis, necdum traditis, nullum jus defunctus habuerit, ideoque actionibus perſonalibus agere debuerit. *Weſem. hic. num.* 7.

Datur ad adipiſcendam, vel bonorum omnium hæreditariorum, quæ defunctus mortis tempore habuit, poſſeſſionem; *l. 1. ff. hic. l. 19. §. 1. de petit. her. l. 52. de acq. rer. dom.* vel (ſed utiliter) ad hæreditatem legitimam. *Gl. in rubr. & l. 1. hic.*

Hoc Interdictum, ad univerſitatem bonorum ſpectat, & eſt ex parte actoris adipiſcendæ poſſeſſionis; *d. l. 1. §. 1. l. 1. de interd. verſ. qua autem.* ex parte rei (ſi condemnetur) reſtitutorium. *l. 1. l. 2. ff. hic.*

Quod legatorum.

Tit. III.

Secundum Interdictum, Quod legatorum appellatum, *l. 1. hic.* ad legata (quæ nonnunquam univerſitatem bonorum complectuntur. *l. 15. l. 26. §. 1. de legat. 1.*) ſpectat. *paſſim. hic.*

Datur hæredi poſt aditam hæreditatem, ſeu bonorum poſſeſſori, horumque hæredibus, contra legatarium, etiam fideicommiſſarium, tam ſingularem, *Ravard. lib. 3. var. cap.* 4. quam univerſalem, *Gloſſ. Bart. Caſtr. in l. Paulus reſpondit. ff. ad SC. Trebell. Jac. l. un. C. hic.* eorumque hæredes, non donatarium cauſâ mortis, *d. l. 1. §. 5. & ibi Bart.* ut, quod

Digitized by Google

legati nomine, non ex voluntate hæredis, vel bonorum poſſeſſoris, ante occupavit, id ei idoneè caventi de legato præſtando, vel ſi per eum non ſteterit, quominus caveret, reſtituat; *l.* 1. §. 1. §. 3. §. 16. *& ſeqq. l.* 2. §. 1. *ff. l. un. C. hic.* una cum fructibus à tempore litis conteſtationis perceptis. *l.* 3. *de interd.*

Quod ni faciat, actione in factum (quæ ex cauſa interdicti datur, ut & in aliis interdictis accidit. *Pac. Iſag. hic.*) in id quod intereſt, condemnatur. *d. l.* 2. §. 2.

Locus non eſt huic Interdicto, ſi hæres vel bonorum poſſeſſor legatariis poſt aditam hæreditatem vel adgnitam bonorum poſſeſſionem conſenſerit: *d. l.* 1. §. 11. ſi ejus nihil interſit rem fuiſſe occupatam. *Gl. in d. l.* 1. *verb. perinde. l.* 1. *C. eod. Old. claſſ.* 2. *act.* 2. *n.* 7.

Hoc interdictum de legatis Falcidiam detracturo eſt neceſſarium, *d. l. un.* quoniam ejus retentionem quidem, *l.* 14. §. 1. *l.* 15. §. 1. *l.* 93. *ad L. Falcid.* non vindicationem, niſi in ſpeciali caſu, *poſito in l. pen. C. ad L. Falc.* nec actionem perſonalem, quâ illam perſequatur, habet: niſi vel per errorem facti ſolverit, ut indebiti condictione repetat, *l.* 9. *C. ad L. Falcid.* vel ſibi ſtipulatione caverit. *l.* 1. *ſi cui plus quam per L. Falc.*

Eſt ex parte rei, ſi condemnetur, reſtitutorium, *l.* 1. §. 2. *hic.* ex parte actoris, adipiſcendæ poſſeſſionis. *d. l.* 1. §. 1.

Hodie cum à Iuſtiniano heredi ſit data Falcidiæ vindicatio generaliter, ſupervacuum eſt hoc Interdictum, nec tamen ab eo heres, qui uti voluerit, repellitur. *Cujac. in par. C. hic. Vult. in Juriſpr. Rom. lib.* 2. *tit.* 21.

Ni

Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit.

TIT. IV.

TErtium Interdictum, eſt partim prohibitorium, partim reſtitutorium. *l.* 3. §. *pen. hic.*

Prohibet enim vim fieri, & jubet poſſeſſionem reſtitui; aut niſi factum erit, damnari reum, quanti ea poſſeſſio eſt. *l.* 1. §. 5. *l.* 2. *l. fin. hic.*

Generale eſt. pertinet enim ad omnes, qui in poſſeſſionem à Prætore, ſed juſtè, *l.* 1. §. 5. *hic.* miſſi ſunt, *d. l.* 1. §. 2. eorumque ſucceſſores. *d. l.* 1. *in fin.*

Competit in eum qui dolo malo impedit quominus immiſſi, in poſſeſſione, ſive ſuo, ſive alieno nomine, *l.* 2. *hic.* eſſe poſſint. *l.* 1. *hic.*

Actio in factum, mixta, *l.* 51. §. 1. *ff. de re jud. l.* 5. §. 1. & §. *ult. hic. Ant. Fab.* 4. *conject.* 19. *Cujac.* 1. *obſ.* 23. ex eo in id quod intereſt datur. *d. l.* 1. *in pr.* & §. 5.

Quæ eſt, exceptâ legatorum miſſione, annalis, nec in hæredes, niſi in id quod ad eos pervenit, datur. *d. l.* 1. §. *ult.*

Cum datur ei qui in poſſeſſionem legatorum nomine miſſus eſt, tunc & actio perpetua eſt, & in hæredem dabitur: quia eſt in poteſtate ſucceſſorum, evitare Interdictum ſatiſdatione oblatâ. *d. l.* 1. §. *ult.*

Si malit creditor poſſidere, quam hoc Interdicto intereſſe ſuum perſequi, melius eſt Prætorem extra ordinem jure ſuæ poteſtatis exequi decretum ſuum, etiam per manum militarem. *l.* 3. *hic.*

De tabulis exhibendis.

TIT. V.

QVartum Interdictum eſt de tabulis teſtamenti, hoc eſt, cujuslibet ultimæ voluntatis, *l.* 1. §. 2. *hic.* exhibendis.

legati nomine, non ex voluntate hæredis, vel bonorum poſſeſſoris, ante occupavit, id ei idoneè caventi de legato præſtando, vel ſi per eum non ſteterit, quominus caveret, reſtituat; *l.* 1. §. 1. §. 3. §. 16. *& ſeqq. l.* 2. §. 1. *ff. l. un. C. hic.* una cum fructibus à tempore litis conteſtationis perceptis. *l.* 3. *de interd.*

Quod ni faciat, actione in factum (quæ ex cauſa interdicti datur, ut & in aliis interdictis accidit. *Pac. Iſag. hic.*) in id quod intereſt, condemnatur. *d. l.* 2. §. 2.

Locus non eſt huic Interdicto, ſi hæres vel bonorum poſſeſſor legatariis poſt aditam hæreditatem vel adgnitam bonorum poſſeſſionem conſenſerit: *d. l.* 1. §. 11. ſi ejus nihil interſit rem fuiſſe occupatam. *Gl. in d. l.* 1. *verb. perinde. l.* 1. *C. eod. Old. claſſ.* 2. *act.* 2. *n.* 7.

Hoc interdictum de legatis Falcidiam detracturo eſt neceſſarium, *d. l. un.* quoniam ejus rétentionem quidem, *l.* 14. §. 1. *l.* 15. §. 1. *l.* 93. *ad L. Falcid.* non vindicationem, niſi in ſpeciali caſu, *poſito in l. pen. C. ad L. Falc.* nec actionem perſonalem, quâ illam perſequatur, habet: niſi vel per errorem facti ſolverit, ut indebiti condictione repetat, *l.* 9. *C. ad L. Falcid.* vel ſibi ſtipulatione caverit. *l.* 1. *ſi cui plus quam per L. Falc.*

Eſt ex parte rei, ſi condemnetur, reſtitutorium, *l.* 1. §. 2. *hic.* ex parte actoris, adipiſcendæ poſſeſſionis. *d. l.* 1. §. 1.

Hodie cum à Iuſtiniano heredi ſit data Falcidiæ vindicatio generaliter, ſupervacuum eſt hoc Interdictum, nec tamen ab eo heres, qui uti voluerit, repellitur. *Cujac. in par. C. hic. Vult. in Juriſpr. Rom. lib.* 2. *tit.* 21.

Digitized by Google

Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit.

T I T. IV.

TErtium Interdictum, eſt partim prohibitorium, partim reſtitutorium. *l.* 3. §. *pen. hic.*

Prohibet enim vim fieri, & jubet poſſeſſionem reſtitui; aut niſi factum erit, damnari reum, quanti ea poſſeſſio eſt. *l.* 1. §. 5. *l.* 2. *l. fin. hic.*

Generale eſt. pertinet enim ad omnes, qui in poſſeſſionem à Prætore, ſed juſtè, *l.* 1. §. 5. *hic.* miſſi ſunt, *d. l.* 1. §. 2. eorumque ſucceſſores. *d. l.* 1. *in fin.*

Competit in eum qui dolo malo impedit quominus immiſſi, in poſſeſſione, ſive ſuo, ſive alieno nomine, *l.* 2. *hic.* eſſe poſſint. *l.* 1. *hic.*

Actio in factum, mixta, *l.* 51. §. 1. *ff. de re jud. l.* 5. §. 1. & §. *ult. hic. Ant. Fab.* 4. *conject.* 19. *Cujac.* 1. *obſ.* 23. ex eo in id quod intereſt datur. *d. l.* 1. *in pr.* & §. 5.

Quæ eſt, exceptâ legatorum miſſione, annalis, nec in hæredes, niſi in id quod ad eos pervenit, datur. *d. l.* 1. §. *ult.*

Cum datur ei qui in poſſeſſionem legatorum nomine miſſus eſt, tunc & actio perpetua eſt, & in hæredem dabitur: quia eſt in poteſtate ſucceſſorum, evitare Interdictum ſatiſdatione oblatâ. *d. l.* 1. §. *ult.*

Si malit creditor poſſidere, quam hoc Interdicto intereſſe ſuum perſequi, melius eſt Prætorem extra ordinem jure ſuæ poteſtatis exequi decretum ſuum, etiam per manum militarem. *l.* 3. *hic.*

De tabulis exhibendis.

T I T. V.

QVartum Interdictum eſt de tabulis teſtamenti, hoc eſt, cujuslibet ultimæ voluntatis, *l.* 1. §. 2. *hic.* exhibendis.

Digitized by Google

Eo prætor jubet tabulas, quotcunque, *l.* 3. §. 1. *hic.* & qualeſcunque, *d.l.* 1. §. 3. modò defuncti ſint, *d.l.* 1. §. *pen.* apud ſe, *d.l.* 3. §. 9. exhiberi ei, cui aliquid in his tabulis relictum eſt, *d.l.* 3. §. 10. ab eo, penes quem ſunt, *d. l.* 3. §. 2. aut cujus dolo malo factum eſt, quominus penes ſe eſſent, *d. l.* 1. *in pr.* ſive neget ſe tabulas poſſidere, ſive neget exhibere ob certam probabilemve cauſam oportere. *d. l.* 1. §. 1.

Quod niſi faciat, condemnabitur quanti actoris intereſt. *d. l.* 3. §. 11. *cum* §§. *ſeqq.*

Quare ſi heres ſcriptus hoc Interdicto experiatur, ad hereditatem eſt referenda æſtimatio; *l.* 3. §. 12. *hic.* ſi legatarius, in æſtimationem venit quantum eſt in legato; *d. l.* 3. §. 13. licet illud conditionale ſit. *d. l.* 3. §. 14.

Exhibere, eſt ipſius corporis apprehendendi copiam facere. *d. l.* 3. §. 8.

Hoc interdictum etiam poſt annum, & hæredi cæteriſque ſucceſſoribus, datur. *d. l.* 3. §. *pen.* & §. *ult. l.* 95. *ff. de O. & A. vid. Ann. Robert.* 1. *recept. lect.* 29. *Arum. diſp. pandect.* 21. *theſ.* 14.

In hæredes, niſi detineant, aut in dolo malo ſint, non competit.

Nam in unumquemque poſſeſſorem ſuo nomine, exemplo actionis ad exhibendum, *l.* 12. §. *fin. ad exhib.* competit.

Ceſſat, ſi hæreditatis cauſſa ex tabulis pendet: Si ad publicam quæſtionem, falſi ſcilicet, non civilem, *d.l.* 1. §. 3. pertinet. Sed interim quæſtione hereditatis vel falſi pendente, in æde ſacra, aut apud virum idoneum, ſunt tabulæ deponendæ. *l. ult. hic.*

Ne quid in loco ſacro fiat.

TIT. VI.

HActenus de interdictis quæ univerſitatem rerum continent: tranſeamus ad ſingularia; & primò illud quod de locis ſacris datur.

Quod

Quod eſt partim prohibitorium, partim reſtitutorium. *l.* 2. §. 1. *de interd.*

Nam Prætor, & prohibet, ne quid (quod ſcilicet deformitatem aut incommodum afferat. *l.* 1. §. 2. *hic.*) in loco ſacro fiat, immittaturve; *d.l.* 1. *in pr.* & jubet, ut, ſi quid adverſus ea factum fuerit, reſtituatur. *l.* 2. §. 19. *ne quid in loc. publ.*

Quod interdictum producitur & ad loca ſancta, *l.* 2. *hic.* & religioſa. *l.* 1. §. 1. *de oper. nov. nunc.*

Competit cuilibet de populo: *l.* 10. *C. de Epiſc. & Cler.* quia publicè intereſt, publica loca ſarta tectaque ſervari. *l.* 2. §. 2. *ne quid in loc. publ.*

De locis & itineribus publicis.

Tit. VII.

DE locis & itineribus publicis interdicta, quibus vetat Prætor quid fieri, ad impediendum loci publici uſum; cuilibet de populo, *l.* 1. §. 10. *hic.* publicæ utilitatis cauſa, *l.* 2. §. 1. *de interd.* competunt.

Sunt varia, quæ ſequentibus titulis explanabuntur.

Ne quid in loco publico vel itinere fiat.

Tit. VIII.

TRia hoc titulo proponuntur Interdicta. Primum eſt, Ne quid in loco publico fiat, neve in eum locum quid immittatur, quod alicui damnum det, niſi Lege, aut Senatusconſulto, aut conſtitutione Principis conceſſum ſit. *l.* 2. *in pr. hic.*

Eſt tantum prohibitorium, *d.l.* 2. §. 1. & §. 17. populare, & perpetuum. *d. l.* 2. §. 34.

Datur adverſus quemvis in publico quid, damnum uſui publico, vel privatorum, *d. l.* 2. §. 6. 7. & §. 10. allaturum, molientem, in hoc ut caveat non fieri. *d. l.* 2. §. 18.

Damnum pati videtur, qui commodum amittit, quod

Digitized by Google

quod ex publico habebat, qualecunque illud ſit *d. l. 2. §. 11. & §§. ſeqq.*

Loci publici appellatio hic, & ad areas, & ad inſulas, & ad agros, & ad vias publicas, itineraque publica pertinet: non res fiſci. *d. l. 2. §. 3. §. 4.*

Viæ ſunt vel urbicæ, (de quibus hic non eſt ſermo) vel ruſticæ. *d. l. 2. §. 24.*

Ruſticarum quædam publicæ ſunt, quædam privatæ, quædam vicinales. *d. l. 2. §. 22.*

Publicæ ſunt, quarum ſolum publicum eſt, & certis finibus latitudinis ab eo, qui jus publicandi habuit, præfinitum. *d.l.2.§.21.* Quas regias, ſive conſulares vias, appellant. *d. l. 2. §. 22.*

Privatæ, (quas agrarias appellant. *d.l.2. §. 22.*) ſunt, quæ vel in fundo ſerviente ſunt ut ad fundum alterius ducant: vel quæ ex via conſulari ad fundum privatum ducunt: *d. l. 2. §. 23.* hæ & publici juris ſunt. *d. §. 23.*

Vicinales ſunt viæ, quæ in vicis ſunt, vel in vicos ducunt.

Sunt publicæ, niſi ex privatorum collatione ſint conſtitutæ: *d. l. 2. §. 22.* & ejus rei memoria extet. *l. ult. hic.*

Secundum Interdictum ad vias publicas, & quidem ruſticas, *d. l. 2. §. 24.* pertinet, cum in iis quid fit quo eæ deteriores fiant. *d. l. 2. §. 20.*

Deteriores fieri cenſentur, ſi uſus earum ad commeandum, hoc eſt, ad eundum vel agendum, corrumpitur: ut cum planæ fuerint, clivoſæ fiant, vel ex mollibus aſperæ, aut anguſtiores ex latioribus, aut paluſtres ex ſiccis. *d. l. 2. §. 32.*

Eſt illud Interdictum duplex, & prohibitorium, & reſtitutorium.

Vel enim Prætor vetat in via publica itinereve publico quid fieri, vel immitti, quo ea via, idve iter, deterius ſit vel fiat: *d. l. 2. §. 20.* vel jubet eum qui in via publica, itinereve publico factum immiſſumve habet, quo ea via, idve iter deterius ſit vel fiat, id reſtituat. *d. l. 2. §. 35.*

Non refert utrum via ſtatim deterior fiat, an poſt aliquod temporis intervallum. *d. l. 2. §. 31.*

Utrum-

Vtrumque datur perpetuò cuilibet de populo, in id, quanti actoris intereſt. *d. l.* 2. §. 24. §. *pen.*

Reſtitutorium eſt directum, vel utile.

Illud datur non contra eum qui fecit, ſed qui facto utitur & jure poſſeſſionis fruitur, ſive ipſe opus fecerit, ſive ex alia cauſa acquiſierit: nec diſtinguitur, ſive poſſideat, ſive dolo deſierit poſſidere. *d. l.* 2. §. 37. §. 38. §. 42.

Vtile datur contra eum, qui fecit aliquid, per quod via publica corrupta eſt, & opus illud poſtea pro derelicto habuit. *d. l.* 2. §. 39. *&* §§. *ſeqq.*

Tertium Interdictum eſt prohibitorium, ne vis alicui fiat, quominus ei via publica itinereve publico ire, agere, liceat. *d. l.* 2. §. *ult.*

De loco publico fruendo.

Tit. IX.

Eſt hoc interdictum publici juris, de loco publico fruendo, & datur conductoribus publicorum locorum, eorumque ſociis, contra eos, qui quominus loco publico, vel vectigali, ſecundum legem locationis frui poſſint, impediunt. *l.* 1. *per tot. hic.*

De via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur.

Tit. X.

De via publica urbana, nulla ſunt interdicta: ſed harum cura Ædilibus Curulibus committitur. *l.* 2. §. 24. *ne quid in loc. publ.*

Qui vetant aliquid in eas immittere, facere, projicere, quod prætereuntibus, aut impedimento, aut noxæ eſſe poſſit; jubentque unumquemque juxta propriam domum viam publicam reficere & purgare. *l. un. hic.*

De

De via publica, & itinere publico reficiendo.

TIT. XI.

DE via publica reficienda Interdictum eſt prohibitorium, ne vis fiat reficienti viam vel iter publicum. *l.* 1. *in pr. &* §. 1. *hic.*

Datur perpetuò, & omnibus, & in omnes; in id quod actoris intereſt. *d. l.* 1. §. *ult.*

Qui ſpecie refectionis viam facit deteriorem, hoc eſt, immutat, impunè vim à quovis patitur. *d. l.* 1. §. *pen.*

Refectio ſine cujuſquam damno eſt facienda.

Ideò ſi in agrum vicini, reficiendo quis viam publicam, hoc eſt, lutum viæ, rejecerit, tantum in eum viæ rejectæ actio dabitur, quanti ejus intereſt, cujus fundo injuria irrogata eſt. *l. ſin. hic.*

De fluminibus, ne quid in flumine ripave ejus fiat, quo pejus navigetur.

TIT. XII.

FLumen publicum eſt, quod perenne eſt. *l.* 1. §. 3. *hic.*

Ripa, eſt id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. *d. l.* 1. §. 5.

De illis Interdictum hic proditum, partim eſt prohibitorium, partim reſtitutorium.

Nam Prætor, & prohibet, ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, immittaturve, quo ſtatio navium, aut navigatio deterior ſit, vel fiat: *d. l.* 1. *in pr.* Et adverſus ea factum vel immiſſum jubet reſtitui. *d. l.* 1. §. 19.

Deterior ſtatio, itemque iter, navigio fieri videtur, ſi uſus ejus corrumpatur, vel difficilior fiat, vel minor, vel rarior, aut ſi in totum auferatur. *d. l.* 1. §. 15.

Utile

Vtile competit Interdictum, ſi quid fiat in mari, vel in littore, quo portus, ſtatio, vel navigatio deterior ſit; & in flumine non navigabili, ſi quid fiat quo areſcat, vel aquæ curſus impediatur. *d. l.* 1. §. 12. *&* §. 17.

Ne quid in flumine publico fiat, quo aqua aliter fluat, atque uti priore æſtate fluxit.

TIT. XIII.

NE derivationibus minus conceſſis, flumina exareſcant, vel mutatus alveus vicinis aliquam injuriam afferat, Prætor hoc Interdicto proſpexit. *l. un.* §. 1. *hic.*

Et, vel prohibet in flumine publico (ſive navigabile ſit, ſive non navigabile. *d. l. un.* §. 2.) ripave ejus aliquid fieri, vel immitti, quo aliter aqua fluat, quam priore æſtate fluxit; *d. l. un. in pr.* vel eum, qui adverſus ea factum immiſſumve habet, dolove fecit quominus haberet, reſtituere jubet. *d. l. un.* §. 19. *&* §§. *ſeqq.*

Omnibus competit, ſed tantum adverſus eum & in ejus hæredes, qui id egit, ut aliter aqua flueret, cum id juris non haberet. *d. l. un.* §. 9. *&* §. 10.

Qui ripam aggeribus muniit, aut aliam munitionem adhibuit, ut agrum ſuum tueatur, exceptione tutus eſt. *d. l. un.* §. 6.

Vt in flumine publica navigare liceat.

TIT. XIV.

VEtat hoc Interdicto Prætor, uſum navigationis, fluminiſve publici impediri. *l. un. in pr. hic.*

Extenditur & ad uſum lacus, foſſæ, vel ſtagni publici. *d. l. un. pr.*

Lacus eſt, quod perpetuam habet aquam. *d. l. un.* §. 3.

Sta-

Stagnum eſt, quod temporalem continet aquam ibidem ſtagnantem, quæ quidem aqua plerumque hieme cogitur. *d. l. un.* §. 4.

Foſſa, eſt receptaculum aquæ, manu facta. *d. l. un.* §. 5.

Eſt de iis Interdictum vel directum, vel utile.

Directum datur illi, qui prohibetur in illis publicis fluminibus, ſive aquis, navigare. *d. l. un. in pr. &* §. 1.

Vtile datur illi, qui pecus ad flumen publicum, ripamve appellere prohibetur: *d. l. un.* §. *fin.* Item illi, qui lacum vel ſtagnum publicum conduxit, & prohibetur illic piſcari. *d. l. un.* §. 7.

De ripa munienda.

TIT. XV.

DAtur hoc Interdictum illi, qui prohibetur reficere ripas, agri ſui tuendi cauſâ: dum tamen eas ita reficiat, ne navigatio fiat deterior, ſitque vicinis, & his qui ultra flumen prædia poſſident, pro qualitate perſonæ, *l. un.* §. 3. *hic.* paratus cavere de damno infecto boni viri arbitratu uſque ad decem annos, *d. l. un. hic.*

Loquitur quidem de ripa fluminis munienda, ſed & ad ripam lacus, foſſæ, & ſtagni, producitur. *d. l. un.* §. 5.

Et tantum de interdictis ad publicam utilitatem pertinentibus.

De vi, & de vi armata.

TIT. XVI.

REi familiaris tuendæ cauſa interdicit Prætor primo loco de vi.

Et dat Interdictum ei, qui vi non legitima ex poſſeſſione rerum immobilium ejectus eſt, (non mobilium, niſi fuerint in fundo vel ædibus, unde dejectus eſt. *l.* 1. §. 6. §. 7. *l.* 3. §. 15. *hic.*) ad hoc, ut poſſeſſionem recuperet. *d. l.* 1. *pr. &* §. 31. §. 32.

Com-

Digitized by Google

Competit de qualicunque poſſeſſione, *d. l.* 1. §. 9. *&* §. 23. per vim expulſivam, non compulſivam: *l.* 5. *hic.* dejecto, etiam prædoni. *d. l.* 1. §. 30. Item ſpoliato, ab eo quem conſtat eſſe dominum, *d. l.* 3. §. 9. *l.* 8. *l.* 17. *hic.* Fructuario, *d. l.* 3. §. 3. *&* §§. *ſeqq.* *&* §. *pen.* Vſuario, *d. l.* 3. §. 16. colono, *l.* 12. *l.* 18. *hic. vid. Cujac.* 26. *qu. Papin. l. in com. d. l.* 18. & horum ſucceſſoribus. *d. l.* 1. §. 44.

Adverſus dejicientem, *d. l.* 1. *in pr.* eum qui mandavit, vel juſſit, *d. l.* 1. §. 12. vel ratum habuit, *d. l.* 1. §. *ſed etſi.* modò dejiciens nomine illius id fecerit; *l.* 1. §. *ſed etſi. l.* 4. *hic.* & qui dolo malo fecit, ut quis dejiceretur, *d. l.* 3. §. 12. etiam adverſus ipſum procuratorem qui dejecit. *d. l.* 1. §. 13. Item eum qui poſſeſſionem, de qua aliquem dejecit, rurſus amiſit, quamvis ſine dolo & culpa; *d. l.* 1. §. 34. §. 35. §. 36. Denique utiliter adverſus ipſum dejectum, ſi fortè ex intervallo, non ſi incontinenti; *d. l.* 1. §. 27. 28. *l.* 17. *hic.* collectis armis dejiciat eundem dejectorem. *per l.* 1. §. 30. *& d. l.* 17. *hic.* Quia ea res invaſionis ſpeciem habet.

Non competit in ſingularem ſucceſſorem de jure civili; *Weſ. hic.* omninò in hæredem, ſed duntaxat quatenus ad eum pervenit. *d. l.* 1. §. *ult.* *cum ll. ſeqq.*

Iuris Pontificii remedia in hanc rem prodita, quemcunque poſſeſſorem perſequuntur. *c. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. c. redintegranda.* 3. *q.* 1.

Venit in hoc Interdictum reſtitutio poſſeſſionis cum omni cauſa, quam habuiſſet ſpoliatus ſi dejectus non eſſet. *d. l.* 1. §. 31. *&* §§. *ſeqq. l.* 5. *C. hic.*

Nam condemnatio ex eo tanti fit, quanti actoris intereſt poſſidere. *l.* 6. *hic.*

Tanti enim judex ex cauſſa Interdicti aditus, *d. l.* 1. *in pr.* per actionem in factum, *d. l.* 1. §. *ult.* litem æſtimat. *d. l.* 1. §. 41.

Nimirum ſi intra annum, ab ultimâ die ſpoliationis numerandum, *d. l.* 1. §. 40. §. 39. conventus ſit is qui dejecit. *d. l.* 1. *in pr.*

Aliàs condemnatio fit in id quod ad reum pervenit, dolove malo fecit, quominus perveniret: ſive ipſe

ipſe dejiciens conveniatur poſt annum, *d. l. 1. in pr.* ſive agatur contra hæredes, *d. l. 1. §. ult. d. l. 3. in pr.* ſive adverſus patrem dejicientis. *l. 16. hic.*

Eſt hoc interdictum Vnde vi duplex, directum & utile.

Directum datur pro recuperanda poſſeſſione rerum immobilium corporalium.

In quo probat actor ſe fuiſſe in poſſeſſione & ſpoliatum eſſe.

Vtile datur pro recuperanda quaſi poſſeſſione rerum incorporalium. *Bart. in d. l. 1. §. unde vi.*

In hoc probat actor, ſe fuiſſe quaſi in poſſeſſione, & ſpoliatum eſſe.

Vtrumque interdictum continet judicium civile, non criminale, nec eſt famoſum, ut nec ullum aliud interdictum. *l. 13. hic.*

Eſt reſtitutorium, *§. 1. Inſt. de interd.* recuperandæ poſſeſſionis. *l. 1. §. 1. hic. l. 2. §. ult. de interd.*

Concurrit, cum accuſatione ex lege Iulia de vi: *l. 1. §. 2. hic. l. 4. C. eod.* cum actione ex lege ſi quis in tantam *C. eod.*

Sed cum alia remedia locupletiora poſtmodum ſint inventa, minus hodie frequentatur. *Specul. in tit. ut reſt. ſpol. Jaſ. in l. ſi quando. C. unde vi.* Et cum hodie non neceſſe ſit actionis nomen exprimi, *c. cum dilecti. de judic.* ſolent Advocati ad difficultates & cavillationum decipulas evitandas, generali quâdam formâ libellum concipere, ac ſimpliciter ad hoc concludere, ut ablata amiſſaque poſſeſſio reſtituatur.

Vti poſſidetis.

TIT. XVII.

Sequitur Interdictum Vti poſſidetis, quod eſt retinendæ poſſeſſionis, *l. 1. §. 1. hic.* & rem familiarem, id eſt, jus quod eſt in bonis acquiſitæ poſſeſſionis tuetur.

Prætor ei, qui rem immobilem, ſuo, nomine, *l. 3. §. 3. §. 8. hic.* poſſidet, quominus

minus ita poſſideat, vim fieri vetat : eumque in poſſeſſione tuetur; niſi vi, (id eſt, vi adverſarium non expulerit : *Innoc. in c. venient. de præſcript. fac.* §. 4. *Inſt. de interdict.*) aut clam, aut precario (id eſt, vitioſe poſſeſſionem non everterit. *Innoc. in d. c. venient.*) ab adverſario poſſideat. *d. l.* 1. *in pr.* §. 1. §. *ult.* & *l.* 2. *hic.*

Eſt productum ad quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium; ut ſervitutum; proinde etiam fructuariis, & uſuariis accommodatur. *l. ult. hic. l.* 8. §. *Ariſto. ſi ſerv. vind.*

Quia non intereſt, civiliter quis, an naturaliter, juſtè, an injuſtè poſſideat. *c. licet.* 9. *de probat. l.* 1. *pr. l.* 3. §. *pen. l. fin. ubi Gl. hic.*

Qualiscunque enim poſſeſſor, hoc ipſo quod poſſeſſor eſt, plus juris habet, quam ille qui non poſſidet. *l.* 1. §. *fin. cum l. ſeq. hic.*

Modò, de jure Civili, tempore turbationis illatæ & litis conteſtatæ poſſideat. §. 4. *verſ. quorum. Inſt. de interd. l. un. ubi Bart. n.* 3. *C. hic.*

De jure Canonico ſufficit probatio poſſeſſionis antiquioris : Quod uſu obtinet. *c. licet. Ext. de probat. Bald. in l. pen. C. ſi à non comp. jud. Alex. conſ.* 6. *circa proceſſum. vol.* 3. & *conſ.* 103. *ſup. n.* 1. *vol.* 7.

Poſſeſſione æqualiter probatâ præfertur titulum docens : *Bart. in l.* 3. *hic.* Titulo æqualiter probato præferendus videtur is qui tempore ſententiæ poſſidet. *Schneidw. ad d.* §. 4. *num.* 88.

Hoc judicium quia duplex eſt, ita ut uterque litigantium ſit actor & reus, *l.* 3. §. 1. §. 3. *hic.* ideò utrique incumbit probatio. *Jaſ. in l. duo Iudices. ff. de judic.*

Probari duo neceſſe eſt; *vid. Ferr. in for. lib. turb. poſſ.* poſſeſſionem ex parte producentis, & turbationem ex parte adverſarii.

Eo tamen ipſo quod ſe reus opponit, tanquam jus habens, (ſecus, ſi ſe opponat inficiando turbationem) turbare videtur. *Spec. de act. ſeu pet.* §. *ſuper. n.* 6. *per l. fin. ſi uſufr. pet. l. is qui ſe. de rei vind.*

Com-

ipſe dejiciens conveniatur poſt annum, *d. l.* 1. *in pr.* ſive agatur contra hæredes, *d. l.* 1. §. *ult. d. l.* 3. *in pr.* ſive adverſus patrem dejicientis. *l.* 16. *hic.*

Eſt hoc interdictum Vnde vi duplex, directum & utile.

Directum datur pro recuperanda poſſeſſione rerum immobilium corporalium.

In quo probat actor ſe fuiſſe in poſſeſſione & ſpoliatum eſſe.

Vtile datur pro recuperanda quaſi poſſeſſione rerum incorporalium. *Bart. in d. l.* 1. §. *unde vi.*

In hoc probat actor, ſe fuiſſe quaſi in poſſeſſione, & ſpoliatum eſſe.

Vtrunque interdictum continet judicium civile, non criminale, nec eſt famoſum, ut nec ullum aliud interdictum. *l.* 13. *hic.*

Eſt reſtitutorium, §. 1. *Inſt. de interd.* recuperandæ poſſeſſionis. *l.* 1. §. 1. *hic. l.* 2. §. *ult. de interd.*

Concurrit, cum accuſatione ex lege Iulia de vi: *l.* 1. §. 2. *hic. l.* 4. *C. eod.* cum actione ex lege ſi quis in tantam. *C. eod.*

Sed cum alia remedia locupletiora poſtmodum ſint inventa, minus hodie frequentatur. *Specul. in tit. de reſt. ſpol. Jaſ. in l. ſi quando. C. unde vi.* Et cum hodie non neceſſe ſit actionis nomen exprimi, *c. cum dilecti. de judic.* ſolent Advocati ad difficultates & errorum decipulas evitandas, generali quâdam formâ libellum concipere, ac ſimpliciter ad hoc concludere, ut ablata amiſſaque poſſeſſio reſtituatur.

Vti poſſidetis.

Tit. XVII.

SEquitur Interdictum Vti poſſidetis, quod eſt retinendæ poſſeſſionis, *l.* 1. §. 1. *hic.* & rem familiarem, id eſt, jus quod eſt in bonis acquiſitæ poſſeſſionis, tuetur.

Eo enim Prætor ei, qui rem immobilem, ſuo, non alieno, nomine, *l.* 3. §. 3. §. 8. *hic.* poſſidet, quominus

Digitized by Google

minus ita poſſideat, vim fieri vetat: eumque in poſſeſſione tuetur; niſi vi, (id eſt, vi adverſarium non expulerit: *Innoc. in c. venient. de præſcript. fac.* §. 4. *Inſt. de interdict.*) aut clam, aut precario (id eſt, vitioſe poſſeſſionem non everterit. *Innoc. in d. c. venient.*) ab adverſario poſſideat. *d. l. 1. in pr.* §. 1. §. *ult.* & *l. 2. hic.*

Eſt productum ad quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium; ut ſervitutum; proinde etiam fructuariis, & uſuariis accommodatur. *l. ult. hic. l. 8.* §. *Ariſto. ſi ſerv. vind.*

Quia non intereſt, civiliter quis, an naturaliter, juſtè, an injuſtè poſſideat. *c. licet. 9. de probat. l. 1. pr. l. 3.* §. *pen. l. fin. ubi Gl. hic.*

Qualiscunque enim poſſeſſor, hoc ipſo quod poſſeſſor eſt, plus juris habet, quam ille qui non poſſidet. *l. 1.* §. *fin. cum l. ſeq. hic.*

Modò, de jure Civili, tempore turbationis illatæ & litis conteſtatæ poſſideat. §. 4. *verſ. quorum. Inſt. de interd. l. un. ubi Bart. n. 3. C. hic.*

De jure Canonico ſufficit probatio poſſeſſionis antiquioris: Quod uſu obtinet. *c. licet. Ext. de probat. Bald. in l. pen. C. ſi à non comp. jud. Alex. conſ. 6. circa proceſſum. vol. 3.* & *conſ.* 103. *ſup. n. 1. vol. 7.*

Poſſeſſione æqualiter probatâ præfertur titulum docens: *Bart. in l. 3. hic.* Titulo æqualiter probato præferendus videtur is qui tempore ſententiæ poſſidet. *Schneidw. ad d.* §. 4. *num.* 88.

Hoc judicium quia duplex eſt, ita ut uterque litigantium ſit actor & reus, *l. 3.* §. 1. §. 3. *hic.* ideò utrique incumbit probatio. *Jaſ. in l. duo Iudices. ff. de judic.*

Probari duo neceſſe eſt; *vid. Ferr. in for. lib. turb. poſſ.* poſſeſſionem ex parte producentis, & turbationem ex parte adverſarii.

Eo tamen ipſo quod ſe reus opponit, tanquam jus habens, (ſecus, ſi ſe opponat inficiando turbationem) turbare videtur. *Spec. de act. ſeu pet.* §. *ſuper. n. 6. per l. fin. ſi uſufr. pet. l. is qui ſe. de rei vind.*

Com-

Competit ex hoc interdicto actio in factum, intra annum utilem, quando pro turbata poſſeſſione agitur. *l. 1. pr. hic.*

De turbatione continua & durante, ſemper poteſt agi, quia perpetuò præſens eſt turbatio: *Bart. hic. in pr. n.* 11. & de illo quod ad turbatorem pervenit. *Bart. in l. 1. pr. n. 10. n. 11. eod. per l. pen. de interd. L. 21. §. 1. quod met. cauſſ.*

Eâ tenetur quoquo modo poſſeſſionis, ſive rerum corporalium immobilium uſum impediens, ſive in quaſi poſſeſſione rerum incorporalium turbans. *d. l. 1. §. 3. l. 3. §. 3. hic. l. 11. §. 6. l. 5. §. 8. quod vi aut clam.*

Agitur ad id ut à turbatione ceſſet, & in futurum non turbet, & hoc nomine caveat, damna illata, & fructus perceptos reſtituat: *d. l. 1. pr. ubi Bart. num. 7. l. un. C. hic.* nempe ad omne quod actoris intereſt liberam poſſeſſionem non habuiſſe, *l. 3. §. fin. ubi Gl. hic.* competit hoc Interdictum.

Sed & incontinenti, id eſt, quamdiu durat turbatio, expelli poteſt is, qui alienam poſſeſſionem turbat. *l. 3. §. cum igitur. de vi & vi arm. Bart. poſt Gl. in l. 1. §. interdictum. n. 3. hic. Bart. n. 1. 2. 3. & Bald. n. 26. & 31. in l. 1. C. unde vi.*

De ſuperficiebus.

TIT. XVIII.

SVperficies ſignificat hic, quod ſolo inædificatum eſt. *t. t. hic.*

De quo Interdictum eſt prohibitorium; quo Prætor ſuperficiario poſſidenti, niſi vi, aut clam, aut precario ab adverſario poſſideat, vim, quominus ita poſſideat, fieri vetat. *l. 1. pr. hic.*

Eſt omninò ſuperiori ſimile: niſi quod ad ſuperficiarium pertinet. *d. l. 1. in pr. & §. 2.*

Superficiarius eſt, qui ſuperficiei in alieno ſolo poſitæ dominium utile habet, & certam penſionem domino ſoli præſtat. *l. 74. de rei vind.*

Cui præter hoc Interdictum, etiam Vtilis rei vindicatio

dicatio datur, ſi in perpetuum vel ad longum tempus ſuperficiem conduxit. *l.* 1. §. 1. §. 3. *hic.*

Vtilius tamen & tutius, Interdicto quaſi in rem agere propter commodum poſſeſſionis; ut ſcilicet poſſeſſionem retineat. *d. l.* 1. §. 1.

De itinere actuque privato.

Tit. XIX.

Sequuntur Interdicta quæ ad ſervitutes pertinent; de quibus duo prohibitoria, *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 11. *hic.* ad iter, actum & viam, (quæ ex itinere & actu conſtat, *l.* 1. *pr. de ſerv. ruſt. præd.*) pertinentia, hoc titulo proponuntur.

Primo prohibet Prætor ei, qui itinere, vel actu, vel via hoc anno (à die Interdicti retrorſum computato, *l.* 1. §. 3. *hic.*) per ſe vel per alium, *d. l.* 1. §. 7. uſus eſt, quominus ita utatur, vim fieri; niſi vi, aut clam, aut precario ab adverſario ſit uſus. *d. l.* 1. *in pr. &* §. 1.

Eo dat actionem in id quod intereſt, itinere, vel actu, vel via non prohiberi. *d. l.* 3. §. *in hoc.*

Competit tantum pro ſervitutibus iſtis tribus ruſticis, & quidem privatis, *d. l.* 1. §. 1. non pro urbanis. *d. l.* 1. *pr. ubi Bart.*

Sufficit in eo uſus, nec juris probatio requiritur. *d. l.* 1. §. 2.

Secundo Prætor ei, qui hoc anno, itinere, actu, via, non vi, non clam, non precario, ab alio uſus eſt, quominus iter, actum, viam, ut ipſi jus eſt (quod, ut & uſus, probari debet. *d. l.* 3. §. 13.) reficiat, vim fieri vetat; *d. l.* 3. §. 11. modo adverſario de damno infecto caveat. *d. l.* 3. §. 11. §. 13. *l.* 5. §. *ult. eod.*

Reficere hic ſignificat, ad priſtinam formam iter, & actum, & viam, reducere, hoc eſt, ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret & aliud faciat: eſt enim reficere longe aliud facere. *d. l.* 3. §. 15.

Dantur duo hæc interdicta ſucceſſoribus; ſive in

jus; ut hæredes, bonorum poſſeſſores: ſive in rem, ut emptor, ſucceſſerint. *fac. l.* 5. §. 2. *hic.*

De aqua quotidiana & æſtiva.

Tit. XX.

Hoc titulo plura proponuntur de aquæductu Interdicta prohibitoria.

Primum eſt de aqua quotidiana, *l.* 1. §. 1. *hic.* hoc eſt, ea quæ aſſiduè, vel æſtate, vel hieme, duci ſolet, licet interdum non ducatur, imò etiamſi uſum intermiſſione temporis habeat diviſum. *d. l.* 1. §. 3. *verſ. cottidiana.* §. 4.

Quo Prætor ei qui hoc anno (id eſt, ſaltem una die vel nocte hujus anni, *d. l.* 1. §. 4.) aquam (ſcilicet perennem, quæ duci poteſt, *d. l.* 1. §. 5. §. 6.) duxit: & à capite, (id eſt, unde aqua naſcitur, *d. l.* 1. §. *caput.*) non aliunde, *d. l.* 1. §. *hac interdicta.* niſi vi, aut clam, aut precariò ab adverſario duxerit, vim fieri, ſive à domino fundi, ſive ab alio, *d. l.* 1. §. *competit.* vetat; quominus ita ducat. *d. l.* 1. *in pr.*

Nec refert utrum aqua debeatur, an non debeatur ei qui duxit, *d. l.* 1. §. *ſed etſi.* intra urbem, an extra eam, *d. l.* 1. §. *ſin autem.* ad prædium ruſticum, an urbanum, & ad quem uſum, ducatur: *d. l.* 1. §. *illud quæritur.* modò actor putet ſe habere jus aquæ ducendæ. *d. l.* 1. §. *ſed etſi.* & §. *Ariſt.*

Non prohibetur tantum per illud Interdictum quis vim facere quominus aqua ducatur, *d. l.* 1. *in pr.* ſed etiam aliquid in fundo facere, quo aqua inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorve fiat: *d. l.* 1. §. *Labeo.* & per conſequens ſic factum reſtitui jubetur.

Vnde eſt Interdictum vel prohibitorium, vel reſtitutorium. *d. l.* 1. §. 1.

Secundum Interdictum eſt de aqua æſtiva: *d. l.* 1. §. 30. hoc eſt, ea quam æſtate tantum ducere licet, vel expedit. *d. l.* 1. §. 3. & §§. *ſeqq. l.* 6. *hic.*

Quo Prætor ei qui ſuperiori æſtate aquam (à capite, non aliunde, *d. l.* 1. §. 7. §. 39.) duxit, niſi vi,

aut

aut clam, aut precariò, ab adverſario duxerit, quominus ita ducat, vim fieri vetat. *d. l.* 1. §. 29.

Competit utiliter, ei qui non ſuperiori, ſed hac æſtate aquam duxit: *d. l.* 1. §. 36. qui aquam hybernam, id eſt, quæ hieme tantum duci ſolet, duxit. *d. l.* 1. §. 35.

Utrumque Interdictum, inter hæredes, bonorum poſſeſſores, & emptores redditur. *d. l.* 1. §. 29. §. 37.

Tertium Interdictum, eſt de aqua ex caſtello, id eſt, ex eo receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit, ducenda. *d. l.* 1. §. 39. *&* §§. *ſeqq.*

Quo Prætor ei, cui, aut cujus prædio, *d. l.* 1. §. 43. ex caſtello aquam ducere Princeps permiſit, quominus ducat; vel, ſi de damno infecto caverit, quominus aquæ ducendæ cauſâ opus faciat, vim fieri vetat. *d. l.* 1. §. 38. §. 42.

Idem competit de aqua ex rivo, aut flumine, aut quovis alio publico loco, ducenda. *d. l.* 1. §. 41. *l.* 3. §. 1. §. 2. *hic.*

De rivis.

TIT. XXI.

PErtinet hoc Interdictum ad aquæ-ductus reficiendos, & purgandos.

Reficere eſt, id quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reſtaurare. *l.* 1. §. 6. *hic.*

Purgandi verbum & ad rivum integrum pertinet, & ad eum qui refectione indiget. *d. l.* 1. §. 7.

Rivus eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrit. *d. l.* 1. §. 1.

Hoc Interdicto Prætor ei qui eodem anno vel ſuperiori æſtate aquam, ſive calidam, ſive frigidam, *l.* 3. §. 5. duxit, ſive jus aquæ ducendæ habeat, ſive non habeat, dummodo nec vi, nec clam, nec precariò, ab adverſario duxerit, vim fieri vetat, quominus aquæ ducendæ cauſa, ſive in publico, ſive in privato, *d. l.* 3. §. 4. rivum, ſpecum, ſepta reficiat, purget: ſic tamen, ne aliter

Digitized by Google

jus; ut hæredes, bonorum poſſeſſores: ſive in rem, ut emptor, ſucceſſerint. *fac. l.* 5. §. 2. *hic.*

De aqua quotidiana & æſtiva.

TIT. XX.

HOc titulo plura proponuntur de aquæductu Interdicta prohibitoria.

Primum eſt de aqua quotidiana, *l.* 1. §. 1. *hic.* hoc eſt, ea quæ aſſiduè, vel æſtate, vel hieme, duci ſolet, licet interdum non ducatur, imò etiamſi uſum intermiſſione temporis habeat diviſum. *d. l.* 1. §. 3. *verſ. cottidiana.* §. 4.

Quo Prætor ei qui hoc anno (id eſt, ſaltem una die vel nocte hujus anni, *d. l.* 1. §. 4.) aquam (ſcilicet perennem, quæ duci poteſt, *d. l.* 1. §. 5. §. 6.) duxit: & à capite, (id eſt, unde aqua naſcitur, *d. l.* 1. §. *caput.*) non aliunde, *d. l.* 1. §. *hac interdicta.* niſi vi, aut clam, aut precariò ab adverſario duxerit, vim fieri, ſive à domino fundi, ſive ab alio, *d. l.* 1. §. *competit.* vetat; quominus ita ducat. *d. l.* 1. *in pr.*

Nec refert utrum aqua debeatur, an non debeatur ei qui duxit, *d. l.* 1. §. *ſed etſi.* intra urbem, an extra eam, *d. l.* 1. §. *ſin autem.* ad prædium ruſticum, an urbanum, & ad quem uſum, ducatur: *d. l.* 1. §. *illud quæritur.* modò actor putet ſe habere jus aquæ ducendæ. *d. l.* 1. §. *ſed etſi. &* §. *Ariſt.*

Non prohibetur tantum per illud Interdictum quis vim facere quominus aqua ducatur, *d. l.* 1. *in pr.* ſed etiam aliquid in fundo facere, quo aqua inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorve fiat: *d. l.* 1. §. *Labeo.* & per conſequens ſic factum reſtitui jubetur.

Vnde eſt Interdictum vel prohibitorium, vel reſtitutorium. *d. l.* 1. §. 1.

Secundum Interdictum eſt de aqua æſtiva: *d. l.* 1. §. 30. hoc eſt, ea quam æſtate tantum ducere licet, vel expedit. *d. l.* 1. §. 3. & §§. *ſeqq. l.* 6. *hic.*

Quo Prætor ei qui ſuperiori æſtate aquam (à capite, non aliunde, *d. l.* 1. §. 7. §. 39.) duxit, niſi vi, aut

Digitized by Google

aut clam, aut precariò, ab adverſario duxerit, quominus ita ducat, vim fieri vetat. *d. l.* 1. §. 29.

Competit utiliter, ei qui non ſuperiori, ſed hac æſtate aquam duxit: *d. l.* 1. §. 36. qui aquam hybernam, id eſt, quæ hieme tantum duci ſolet, duxit. *d. l.* 1. §. 35.

Utrumque Interdictum, inter hæredes, bonorum poſſeſſores, & emptores redditur. *d. l.* 1. §. 29. §. 37.

Tertium Interdictum, eſt de aqua ex caſtello, id eſt, ex eo receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit, ducenda. *d. l.* 1. §. 39. *&* §§. *ſeqq.*

Quo Prætor ei, cui, aut cujus prædio, *d. l.* 1. §. 43. ex caſtello aquam ducere Princeps permiſit, quominus ducat; vel, ſi de damno infecto caverit, quominus aquæ ducendæ cauſâ opus faciat, vim fieri vetat. *d. l.* 1. §. 38. §. 42.

Idem competit de aqua ex rivo, aut flumine, aut quovis alio publico loco, ducenda. *d. l.* 1. §. 41. *l.* 3. §. 1. §. 2. *hic.*

De rivis.

Tit. XXI.

Pertinet hoc Interdictum ad aquæ-ductus reficiendos, & purgandos.

Reficere eſt, id quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reſtaurare. *l.* 1. §. 6. *hic.*

Purgandi verbum & ad rivum integrum pertinet; & ad eum qui refectione indiget. *d. l.* 1. §. 7.

Rivus eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrit. *d. l.* 1. §. 1.

Hoc Interdicto Prætor ei qui eodem anno vel ſuperiori æſtate aquam, ſive calidam, ſive frigidam, *l.* 3. §. 5. duxit, ſive jus aquæ ducendæ habeat, ſive non habeat, dummodo nec vi, nec clam, nec precariò, ab adverſario duxerit, vim fieri vetat, quominus aquæ ducendæ cauſa, ſive in publico, ſive in privato, *d. l.* 3. §. 4. rivum, ſpecum, ſepta reficiat, purget: ſic tamen, ne aliter

 aquam

Digitized by Google

[illegible]

H[illegible]

[illegible]

hoc est. [illegible]

[illegible]

[illegible] dixit [illegible]

[illegible] licet [illegible] duxit. & [illegible] §. caput. [illegible] nisi vi, [illegible] vim fieri, [illegible] §. competit. [illegible]

Nec refert [illegible] ei qui duxit, d. l. 1. §. [illegible] eam, d. l. 1. §. [illegible] an urbanum, & [illegible] illud quæritur. modo [illegible] ducendæ. d. l. 1. §. [illegible]

Non prohibetur [illegible] quis vim facere [illegible] [illegible] etiam aliquid in [illegible] [illegible], videtur, [illegible] d. l. 1. §. Labeo. & per con[illegible] [illegible] prohibetur.

Unde est Interdictum vel prohibitorium [illegible] d. l. 1. §. 1.

Secundum Interdictum est de aqua æstiva [illegible] [illegible] est, ea quam æstate [illegible] [illegible] expedit. d. l. 1. §. 3. & §§. seqq. [illegible] [illegible] ei qui superiori æstate [illegible] [illegible] d. l. 1. §. 7. §. 39.) [illegible]

Digitized by Google

,pur-
pr.
loacas

quod
uſus
ibet,
vel
enti,

cum

ſive
fa-

nem

iſti-
itu-

fa-
&
pr.

fá-
ujus
juſ-
hæ-
pus

fa-
at in
mve
lore,
utis:
in
tredes

Stagnum eſt, quod temporalem continet aquam ibidem ſtagnantem, quæ quidem aqua plerumque hieme cogitur. *d. l. un.* §. 4.

Foſſa, eſt receptaculum aquæ, manu facta. *d. l. un.* §. 5.

Eſt de iis Interdictum vel directum, vel utile.

Directum datur illi, qui prohibetur in illis publicis fluminibus, ſive aquis, navigare. *d. l. un. in pr.* & §. 1.

Vtile datur illi, qui pecus ad flumen publicum, ripamve appellere prohibetur: *d. l. un.* §. *fin.* Item illi, qui lacum vel ſtagnum publicum conduxit, & prohibetur illic piſcari. *d. l. un.* §. 7.

De ripa munienda.

TIT. XV.

Datur hoc Interdictum illi, qui prohibetur reficere ripas, agri ſui tuendi cauſa: dum tamen eas ita reficiat, ne navigatio fiat deterior, ſitque vicinis, & his qui ultra flumen prædia poſſident, pro qualitate perſonæ, *l. un.* §. 3. *hic.* paratus cavere de damno infecto boni viri arbitratu uſque ad decem annos, *d. l. un. hic.*

Loquitur quidem de ripa fluminis munienda, ſed & ad ripam lacus, foſſæ, & ſtagni, producitur. *d. l. un.* §. 5.

Et tantum de interdictis ad publicam utilitatem pertinentibus.

De vi, & de vi armata.

TIT. XVI.

Rei familiaris tuendæ cauſa interdicit Prætor primo loco de vi.

Et dat Interdictum ei, qui vi non legitima ex poſſeſſione rerum immobilium ejectus eſt, (non mobilium, niſi fuerint in fundo vel ædibus, unde dejectus eſt. *l.* 1. §. 6. §. 7. *l.* 3. §. 15. *hic.*) ad hoc, ut poſſeſſionem recuperet. *d. l.* 1. *pr.* & §. 31. §. 32.

Com-

Digitized by Google

Competit de qualicunque poſſeſſione, *d. l.* 1. §. 9. *&* §. 23. per vim expulſivam, non compulſivam: *l.* 5. *hic.* dejecto, etiam prædoni. *d. l.* 1. §. 30. Item ſpoliato, ab eo quem conſtat eſſe dominum, *d. l.* 3. §. 9. *l.* 8. *l.* 17. *hic.* Fructuario, *d. l.* 3. §. 3. *&* §§. *ſeqq. &* §. *pen.* Vſuario, *d. l.* 3. §. 16. colono, *l.* 12. *l.* 18. *hic. vid. Cujac.* 26. *qu. Papin. l. in com. d. l.* 18. & horum ſucceſſoribus. *d. l.* 1. §. 44.

Adverſus dejicientem, *d. l.* 1. *in pr.* eum qui mandavit, vel juſſit, *d. l.* 1. §. 12. vel ratum habuit, *d. l.* 1. §. *ſed etſi.* modò dejiciens nomine illius id fecerit; *l.* 1. §. *ſed etſi. l.* 4. *hic.* & qui dolo malo fecit, ut quis dejiceretur, *d. l.* 3. §. 12. etiam adverſus ipſum procuratorem qui dejecit. *d. l.* 1. §. 13. Item eum qui poſſeſſionem, de qua aliquem dejecit, rurſus amiſit, quamvis ſine dolo & culpa; *d. l.* 1. §. 34. §. 35. §. 36. Denique utiliter adverſus ipſum dejectum, ſi fortè ex intervallo, non ſi incontinenti; *d. l.* 1. §. 27. 28. *l.* 17. *hic.* collectis armis dejiciat eundem dejectorem. *per l.* 1. §. 30. *& d. l.* 17. *hic.* Quia ea res invaſionis ſpeciem habet.

Non competit in ſingularem ſucceſſorem de jure civili; *Weſ. hic.* omninò in hæredem, ſed duntaxat quatenus ad eum pervenit. *d. l.* 1. §. *ult. cum ll. ſeqq.*

Iuris Pontificii remedia in hanc rem prodita, quemcunque poſſeſſorem perſequuntur. *c. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. c. redintegranda.* 3. *q.* 1.

Venit in hoc Interdictum reſtitutio poſſeſſionis cum omni cauſa, quam habuiſſet ſpoliatus ſi dejectus non eſſet. *d. l.* 1. §. 31. *&* §§. *ſeqq. l.* 5. *C. hic.*

Nam condemnatio ex eo tanti fit, quanti actoris intereſt poſſidere. *l.* 6. *hic.*

Tanti enim judex ex cauſſa Interdicti aditus, *d. l.* 1. *in pr.* per actionem in factum, *d. l.* 1. §. *ult.* litem æſtimat. *d. l.* 1. §. 41.

Nimirum ſi intra annum, ab ultimâ die ſpoliationis numerandum, *d. l.* 1. §. 40. §. 39. conventus ſit is qui dejecit. *d. l.* 1. *in pr.*

Aliàs condemnatio fit in id quod ad reum pervenit, dolove malo fecit, quominus perveniret: ſive ipſe

ipſe dejiciens conveniatur poſt annum, *d. l.* 1. *in pr.* ſive agatur contra hæredes, *d. l.* 1. §. *ult. d. l.* 3. *in pr.* ſive adverſus patrem dejicientis. *l.* 16. *hic.*

Eſt hoc interdictum Vnde vi duplex, directum & utile.

Directum datur pro recuperanda poſſeſſione rerum immobilium corporalium.

In quo probat actor ſe fuiſſe in poſſeſſione & ſpoliatum eſſe.

Vtile datur pro recuperanda quaſi poſſeſſione rerum incorporalium. *Bart. in d. l.* 1. §. *unde vi.*

In hoc probat actor, ſe fuiſſe quaſi in poſſeſſione, & ſpoliatum eſſe.

Vtrunque interdictum continet judicium civile, non criminale, nec eſt famoſum, ut nec ullum aliud interdictum. *l.* 13. *hic.*

Eſt reſtitutorium, §. 1. *Inſt. de interd.* recuperandæ poſſeſſionis. *l.* 1. §. 1. *hic. l.* 2. §. *ult. de interd.*

Concurrit, cum accuſatione ex lege Iulia de vi: *l.* 1. §. 2. *hic. l.* 4. *C. eod.* cum actione ex lege ſi quis in tantam. *C. eod.*

Sed cum alia remedia locupletiora poſtmodum ſint inventa, minus hodie frequentatur. *Specul. in tit. de reſt. ſpol. Jaſ. in l. ſi quando. C. unde vi.* Et cum hodie non neceſſe ſit actionis nomen exprimi, *c. cum dilecti. de judic.* ſolent Advocati ad difficultates & errorum decipulas evitandas, generali quâdam formâ libellum concipere, ac ſimpliciter ad hoc concludere, ut ablata amiſſaque poſſeſſio reſtituatur.

Vti poſſidetis.

TIT. XVII.

SEquitur Interdictum Vti poſſidetis, quod eſt retinendæ poſſeſſionis, *l.* 1. §. 1. *hic.* & rem familiarem, id eſt, jus quod eſt in bonis acquiſitæ poſſeſſionis, tuetur.

Eo enim Prætor ei, qui rem immobilem, ſuo, non alieno, nomine, *l.* 3. §. 3. §. 8. *hic.* poſſidet, quominus

minus ita poſſideat, vim fieri vetat: eumque in poſſeſſione tuetur; niſi vi, (id eſt, vi adverſarium non expulerit: *Innoc. in c. venient. de præſcript. fac.* §. 4. *Inſt. de interdict.*) aut clam, aut precario (id eſt, vitioſe poſſeſſionem non everterit. *Innoc. in d. c. venient.*) ab adverſario poſſideat. *d. l.* 1. *in pr.* §. 1. §. *ult.* & *l.* 2. *hic.*

Eſt productum ad quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium; ut ſervitutum; proinde etiam fructuariis, & uſuariis accommodatur. *l. ult. hic. l.* 8. §. *Ariſto. ſi ſerv. vind.*

Quia non intereſt, civiliter quis, an naturaliter, juſtè, an injuſtè poſſideat. *c. licet.* 9. *de probat. l.* 1. *pr. l.* 3. §. *pen. l. fin. ubi Gl. hic.*

Qualiſcunque enim poſſeſſor, hoc ipſo quod poſſeſſor eſt, plus juris habet, quam ille qui non poſſidet. *l.* 1. §. *fin. cum l. ſeq. hic.*

Modò, de jure Civili, tempore turbationis illatæ & litis conteſtatæ poſſideat. §. 4. *verſ. quorum. Inſt. de interd. l. un. ubi Bart. n.* 3. *C. hic.*

De jure Canonico ſufficit probatio poſſeſſionis antiquioris: Quod uſu obtinet. *c. licet. Ext. de probat. Bald. in l. pen. C. ſi à non comp. jud. Alex. conſ.* 6. *circa proceſſum. vol.* 3. & *conſ.* 103. *ſup. n.* 1. *vol.* 7.

Poſſeſſione æqualiter probatâ præfertur titulum docens: *Bart. in l.* 3. *hic.* Titulo æqualiter probato præferendus videtur is qui tempore ſententiæ poſſidet. *Schneidw. ad d.* §. 4. *num.* 88.

Hoc judicium quia duplex eſt, ita ut uterque litigantium ſit actor & reus, *l.* 3. §. 1. §. 3. *hic.* ideò utrique incumbit probatio. *Jaſ. in l. duo Iudices. ff. de judic.*

Probari duo neceſſe eſt; *vid. Ferr. in for. lib. turb. poſſ.* poſſeſſionem ex parte producentis, & turbationem ex parte adverſarii.

Eo tamen ipſo quod ſe reus opponit, tanquam jus habens, (ſecus, ſi ſe opponat inficiando turbationem) turbare videtur. *Spec. de act. ſeu pet.* §. *ſuper. n.* 6. *per l. fin. ſi uſufr. pet. l. is qui ſe. de rei vind.*

Com-

Competit ex hoc interdicto actio in factum, intra annum utilem, quando pro turbata poſſeſſione agitur. *l. 1. pr. hic.*

De turbatione continua & durante, ſemper poteſt agi, quia perpetuò præſens eſt turbatio: *Bart. hic. in pr. n. 11.* & de illo quod ad turbatorem pervenit. *Bart. in l. 1. pr. n. 10. n. 11. eod. per l. pen. de interd. l. 21. §. 1. quod met. cauſſ.*

Eâ tenetur quoquo modo poſſeſſionis, ſive rerum corporalium immobilium uſum impediens, ſive in quaſi poſſeſſione rerum incorporalium turbans. *d. l. 1. §. 3. l. 3. §. 3. hic. l. 11. §. 6. l. 5. §. 8. quod vi aut clam.*

Agitur ad id ut à turbatione ceſſet, & in futurum non turbet, & hoc nomine caveat, damna illata, & fructus perceptos reſtituat: *d. l. 1. pr. ubi Bart. num. 7. l. un. C. hic.* nempe ad omne quod actoris intereſt liberam poſſeſſionem non habuiſſe, *l. 3. §. fin. ubi Gl. hic.* competit hoc Interdictum.

Sed & incontinenti, id eſt, quamdiu durat turbatio, expelli poteſt is, qui alienam poſſeſſionem turbat. *l. 3. §. cum igitur. de vi & vi arm. Bart. poſt Gl. in l. 1. §. interdictum. n. 3. hic. Bart. n. 1. 2. 3. & Bald. n. 26. & 31. in l. 1. C. unde vi.*

De ſuperficiebus.

TIT. XVIII.

SVperficies ſignificat hic, quod ſolo inædificatum eſt. *t. t. hic.*

De quo Interdictum eſt prohibitorium; quo Prætor ſuperficiario poſſidenti, niſi vi, aut clam, aut precario ab adverſario poſſideat, vim, quominus ita poſſideat, fieri vetat. *l. 1. pr. hic.*

Eſt omninò ſuperiori ſimile: niſi quod ad ſuperficiarium pertinet. *d. l. 1. in pr. & §. 2.*

Superficiarius eſt, qui ſuperficiei in alieno ſolo poſitæ dominium utile habet, & certam penſionem domino ſoli præſtat. *l. 74. de rei vind.*

Cui præter hoc Interdictum, etiam Vtilis rei vindicatio

Digitized by Google

dicatio datur, ſi in perpetuum vel ad longum tempus ſuperficiem conduxit. *l.* 1. §. 1. §. 3. *hic.*

Utilius tamen & tutius, Interdicto quaſi in rem agere propter commodum poſſeſſionis; ut ſcilicet poſſeſſionem retineat. *d. l.* 1. §. 1.

De itinere actuque privato.

TIT. XIX.

Sequuntur Interdicta quæ ad ſervitutes pertinent; de quibus duo prohibitoria, *l.* 1. §. 1. *l.*3. §.11. *hic.* ad iter, actum & viam, (quæ ex itinere & actu conſtat, *l.* 1. *pr. de ſerv. ruſt. præd.*) pertinentia, hoc titulo proponuntur.

Primo prohibet Prætor ei, qui itinere, vel actu, vel via hoc anno (à die Interdicti retrorſum computato, *l.* 1. §. 3. *hic.*) per ſe vel per alium, *d. l.* 1. §. 7. uſus eſt, quominus ita utatur, vim fieri; niſi vi, aut clam, aut precario ab adverſario ſit uſus. *d. l.* 1. *in pr. &* §. 1.

Eo dat actionem in id quod intereſt, itinere, vel actu, vel via non prohiberi. *d. l.* 3. §. *in hoc.*

Competit tantum pro ſervitutibus iſtis tribus ruſticis, & quidem privatis, *d. l.* 1. §. 1. non pro urbanis. *d. l.* 1. *pr. ubi Bart.*

Sufficit in eo uſus, nec juris probatio requiritur. *d. l.* 1. §. 2.

Secundo Prætor ei, qui hoc anno, itinere, actu, via, non vi, non clam, non precario, ab alio uſus eſt, quominus iter, actum, viam, ut ipſi jus eſt (quod, ut & uſus, probari debet. *d. l.* 3. §. 13.) reficiat, vim fieri vetat; *d. l.*3. §.11. modo adverſario de damno infecto caveat. *d. l.* 3. §. 11. §. 13. *l.* 5. §. *ult. eod.*

Reficere hic ſignificat, ad priſtinam formam iter, & actum, & viam, reducere, hoc eſt, ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret & aliud faciat: eſt enim reficere longe aliud facere. *d. l.* 3. §. 15.

Dantur duo hæc interdicta ſucceſſoribus; ſive in

jus; ut hæredes, bonorum poſſeſſores: ſive in rem, ut emptor, ſucceſſerint. *fac. l.* 5. §. 2. *hic.*

De aqua quotidiana & æſtiva.

Tit. XX.

Hoc titulo plura proponuntur de aquæductu Interdicta prohibitoria.

Primum eſt de aqua quotidiana, *l.* 1. §. 1. *hic.* hoc eſt, ea quæ aſſiduè, vel æſtate, vel hieme, duci ſolet, licet interdum non ducatur, imò etiamſi uſum intermiſſione temporis habeat diviſum. *d. l.* 1. §. 3. *verſ. cottidiana.* §. 4.

Quo Prætor ei qui hoc anno (id eſt, ſaltem una die vel nocte hujus anni, *d. l.* 1. §. 4.) aquam (ſcilicet perennem, quæ duci poteſt, *d. l.* 1. §. 5. §. 6.) duxit: & à capite, (id eſt, unde aqua naſcitur, *d. l.* 1. §. *caput.*) non aliunde, *d. l.* 1. §. *hac interdicta.* niſi vi, aut clam, aut precariò ab adverſario duxerit, vim fieri, ſive à domino fundi, ſive ab alio, *d. l.* 1. §. *competit.* vetat; quominus ita ducat. *d. l.* 1. *in pr.*

Nec refert utrum aqua debeatur, an non debeatur ei qui duxit, *d. l.* 1. §. *ſed etſi.* intra urbem, an extra eam, *d. l.* 1. §. *ſin autem.* ad prædium ruſticum, an urbanum, & ad quem uſum, ducatur: *d. l.* 1. §. *illud quæritur.* modò actor putet ſe habere jus aquæ ducendæ. *d. l.* 1. §. *ſed etſi.* & §. *Ariſt.*

Non prohibetur tantum per illud Interdictum quis vim facere quominus aqua ducatur, *d. l.* 1. *in pr.* ſed etiam aliquid in fundo facere, quo aqua inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorve fiat: *d. l.* 1. §. *Labeo.* & per conſequens ſic factum reſtitui jubetur.

Unde eſt Interdictum vel prohibitorium, vel reſtitutorium. *d. l.* 1. §. 1.

Secundum Interdictum eſt de aqua æſtiva: *d. l.* 1. §. 30. hoc eſt, ea quam æſtate tantum ducere licet, vel expedit. *d. l.* 1. §. 3. & §§. *ſeqq. l.* 6. *hic.*

Quo Prætor ei qui ſuperiori æſtate aquam (à capite, non aliunde, *d. l.* 1. §. 7. §. 39.) duxit, niſi vi, aut

aut clam, aut precariò, ab adverſario duxerit, quominus ita ducat, vim fieri vetat. *d. l.* 1. §. 29.

Competit utiliter, ei qui non ſuperiori, ſed hac æſtate aquam duxit: *d. l.* 1. §. 36. qui aquam hybernam, id eſt, quæ hieme tantum duci ſolet, duxit. *d. l.* 1. §. 35.

Vtrumque Interdictum, inter hæredes, bonorum poſſeſſores, & emptores redditur. *d. l.* 1. §. 29. §. 37.

Tertium Interdictum, eſt de aqua ex caſtello, id eſt, ex eo receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit, ducenda. *d. l.* 1. §. 39. *&* §§. *ſeqq.*

Quo Prætor ei, cui, aut cujus prædio, *d. l.* 1. §. 43. ex caſtello aquam ducere Princeps permiſit, quominus ducat; vel, ſi de damno infecto caverit, quominus aquæ ducendæ causâ opus faciat, vim fieri vetat. *d. l.* 1. §. 38. §. 42.

Idem competit de aqua ex rivo, aut flumine, aut quovis alio publico loco, ducenda. *d. l.* 1. §. 41. *l.* 3. §. 1. §. 2. *hic.*

De rivis.

TIT. XXI.

PErtinet hoc Interdictum ad aquæ-ductus reficiendos, & purgandos.

Reficere eſt, id quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reſtaurare. *l.* 1. §. 6. *hic.*

Purgandi verbum & ad rivum integrum pertinet; & ad eum qui refectione indiget. *d. l.* 1. §. 7.

Rivus eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrit. *d. l.* 1. §. 1.

Hoc Interdicto Prætor ei qui eodem anno vel ſuperiori æſtate aquam, ſive calidam, ſive frigidam, *l.* 3. §. 5. duxit, ſive jus aquæ ducendæ habeat, ſive non habeat, dummodo nec vi, nec clam, nec precariò, ab adverſario duxerit, vim fieri vetat, quominus aquæ ducendæ cauſa, ſive in publico, ſive in privato, *d. l.* 3. §. 4. rivum, ſpecum, ſepta reficiat, purget: ſic tamen, ne aliter

Digitized by Google

aquam ducat, quam antea uſus eſt; *l.* 1. *in pr.* & §. 8. §. 9. *l. ult. hic.* & de damno infecto caveat. *d. l.* 3. §. *pen.*

Competit hoc Interdictum iiſdem perſonis, & in eaſdem, quibus & in quas, & de aqua Interdicta redduntur, quæ ſupra ſunt enumerata. *d. l.* 3. §. 7.

De fonte.

TIT. XXII.

DUo hoc titulo, de uſu fontis ſive hauſtu aquæ, & pecoris ad aquam appulſu, *l.* 11. §. 2. *hic.* prohibitoria Interdicta dantur ei, qui de fonte, lacu, puteo, piſcina, vivam aquam ſcilicet habentibus, *d. l. un.* §. 4. hoc anno, nec vi, nec clam, nec precariò (ſaltem ab adverſario) aqua uſus eſt. *d. l. un. in pr.* & §. 6.

Primum eſt, ne vis ei fiat, quominus ita aqua utatur. *d. l. un. in pr.*

Competit illis & in illos, quibus & in quos ſuperiora dantur interdicta. *d. l. un.* §. 3.

Secundum eſt, ne ei vis fiat, quominus fontem, vel lacum, vel puteum, vel piſcinam, reficiat, ut aquam coërcere, utique ea poſſit, dummodo non aliter utatur, atque eodem anno uſus eſt; *d. l. un.* §. 6. & §§. *ſeqq.* & de damno infecto caveat.

Iiſdem perſonis datur, quibus interdictum de aqua æſtiva permittitur. *d. l. un.* §. *ult.*

De cloacis.

TIT. XXIII.

CLoaca eſt locus cavus, per quem colluvies quædam fluit. *l.* 1. §. 4.

Eſt vel privata, vel publica. *d. l.* 1. §. 3.

De privata eſt Interdictum prohibitorium: *d. l.* 1. §. 1. quo vetat Prætor vicinum, etiam ulteriorem,

d. l. 1.

Digitized by Google

d. l. 1. §. 11. vim facere quominus ea reficiatur, purgetur, ab eo qui damni infecti cavet, *d. l.* 1. *in pr.* licet vitioſè poſſideat: quia publice intereſt cloacas purgari. *d. l.* 1. §. 7.

De publica cloaca, vel Prætor jubet, ut, quod quis in ea factum immiſſumve habet, quo uſus ejus deterior ſit, fiat, id reſtituat: vel prohibet, ne quid fiat immittaturve: *d. l.* 1. §. *pen.* §. *ult.* vel prohibet, ne vis fiat eam purganti & reficienti, *l.* 2. *hic.*

Quod vi aut clam.

TIT. XXIV.

HOc Interdictum generale eſt, & concurrit cum aliis actionibus. *l.* 15. §. *ult. hic.*

Eo Prætor opus, vi aut clam, ſive in privato, ſive publico, ſacro, religioſo loco, *l.* 20. §. *ult. eod.* factum, reſtitui jubet. *l.* 1. *in pr. eod.*

Vi facit, qui per vim aut contra denunciationem facit. *d. l.* 1. §. 5. *&* §§§. *ſeqqq.*

Clam facit, qui celavit adverſarium, cum exiſtimaret, aut exiſtimare deberet eum eſſe prohibiturum. *l.* 3. §. *pen. & ult.* *l.* 4. *& l.* 5. *in pr. eod.*

Datur hoc Interdictum ei, cujus intereſt opus factum non eſſe, *l.* 11. §. 10. §. *ult.* §. 12. *l.* 13. *pr. &* §. 3. *&* §. 4. *eod.* etiamſi non poſſideat; *l.* 16. *in pr. eod.* ejus hæredibus.

In eum qui opus fecit, *l.* 5. §. 8. *hic.* ſive jus faciendi habuerit, ſive non; *d. l.* 1. §. 2. In eum cujus familia fecit: *d. l.* 5. §. 8. *l.* 7. §. 1. *eod.* Cujus juſſu factum: *d. l.* 5. §. 8. §. 11. §. 12. §. *ult.* In hæredes, & ſucceſſores: *d. l.* 5. §. 9. In eum qui opus poſſidet. *d. l.* 7. *in pr.* *d. l.* 15. *in pr.*

In hoc competit, ut ſi poſſideat reus quod factum eſt, ſuis ſumptibus reſtituat: id eſt, reponat in antiquum ſtatum, deſtructo opere quod vi clamve fecit: ſi non poſſideat, reſtitui curet à poſſeſſore, refuſo eo quod intereſt, & fructibus reſtitutis: *d. l.* 11. §. 4. *d. l.* 15. §. 7. §. *fin.* *l.* 16. §. *fin. eod.* in

Digitized by Google

hæredes duntaxat, quatenus ad eos pervenit. *d. l.* 15. §. 3.

Abſolvitur reus ſi Interdictum inſtituatur poſt annum, *d. l.* 15. §. 3. à die operis perfecti, vel quo fieri deſiit, computandum; *d. l.* 15. §. 4. ſi nunciatio remiſſa ſit; *l.* 7. §. 2. *eod.* ſi actor ipſe opus vi, vel clam fecerat: *d. l.* 7. §. 3. ſi incendii arcendi cauſſa opus fiat; *vid. d. l.* 7. §. 4. paratus ſit judicium ſubire & ſatiſdationem offerat. *l.* 3. §. 5. *eod.*

De remiſſionibus.

TIT. XXV.

Ceſſat ſuperius Interdictum, ſi nunciatio, quæ (ut dictum) in cauſa ut opus vi aut clam fieri dicatur, per remiſſionem ſit ſublata, *l.* 7. §. 2. *quod vi aut clam.* aut in ea cauſa, ut remitti debeat.

Remiſſio autem eſt nunciationis abolitio à Prætore facta. *l. un. per tot. hic.*

Qua de re Prætor ſic interdicit: Quod jus ſit illi prohibere ne ſe invito fiat, in eo nunciatio teneat. Cæterum nunciationem miſſam facio. *d. l. un. pr.*

De precario.

TIT. XXVI.

Precarium eſt, quod precibus utendum petenti conceditur tamdiu, quamdiu is qui conceſſit, patitur. *l.* 1. *in pr. hic.*

Precariò concedi poſſunt res omnes non tantum corporales, ſed & immobiles; jura, *l.* 1. 2. 3. 4. *hic.* *l.* 15. §. 2. *hic.* ſervitutes. *l.* 3. *eod.*

Non transfert dominium, ſed tantum uſum; nec datur ad certum uſum, neque ad certum tempus: *fac. l.* 25. §. 1. *hic.* puta ut ante illud finitum revocari nequeat; *l. cum precario.* 14. *hic.* alioqui tempus precario adjici poteſt. *l.* 4. §. *fin.* *l.* 5. *eod.*

Non eſt contractus, ideóque non parit actionem civilem,

Digitized by Google

civilem, (licet ex bono & æquo actio præſcriptis verbis ex eo detur, *l.* 2. §. *pen.* *l.* 19. §. *ult. eod.*) ſed tantum interdictum. *l.* 14. *hic.*

Quo prætor jubet, ut is qui ab altero precariò habet, vel dolo malo fecit, ut deſineret habere, id ei reſtituat. *l.* 2. *in pr. eod.*

Venit in illud tantum dolus & lata culpa; poſt interdictum tamen editum, ob moram ejus qui precariò accepit, omnis cauſa. *l.* 8. §. 3. §. 6. *verſ. plane.*

Competit ex illo actio ex bono & æquo, *d. l.* 2. in perpetuum, *d. l.* 8. §. 7. ei, qui precario conceſſit, ſive ſit dominus, ſive non: *d. l.* 8. *in pr.* & ejus hæredibus. *d. l.* 8. §. 1. *hic.*

Adverſus eum qui precario habet, non præciſè eum qui rogavit, *l.* 4. §. 2. *eod.* & adverſus ejus hæredes: *l.* 8. §. *ult.* *l.* 2. *C. eod.* & quidem non proprio, ſed hereditario nomine. Quia heres in precarium non ſuccedit, ſed illud morte accipientis finitur. *l.* 12. §. 1. *hic.*

Datur in hoc ut res reſtituatur, aut ſi hoc non fiat, aut fieri nequeat, fiat condemnatio, quanti actoris intereſt rem reſtitui, cum omni cauſa poſt Interdictum editum; id eſt, litem conteſtatam: proinde & fructus ex eo tempore præſtandi erunt. *d. l.* 8. §. 3. §. 4. §. 6.

Perpetuum eſt; quia precarium aliquando ultra annum ſolet extendi. *d. l.* 8. §. *penult.*

De arboribus cadendis.

Tit. XXVII.

Interdicit Prætor hoc titulo de arboribus ruſticis & urbanis.

De his ſic: Si arbor (cujus appellatione & vitis continetur: *l.* 1. §. 3. *hic.*) ex ædibus tuis in ædes vicini impendeat, ſi per te ſtet, quominus eam adimas, tunc, quominus illi eam arborem adimere, ſibique habere, id eſt, totam arborem ſuccidere, ac ligna tollere, liceat, vim fieri veto. *d. l.* 1. *in pr.* & §. 1. & §. 2.

De illis ſic: Si arbor ex agro tuo in agrum vicini impendeat, ſi per te ſtet, quominus pedes quindecim à terra eam altius coërceas, tunc, quominus illi ita coërcere, id eſt, infeiores ramos amputare, lignaque ſibi habere liceat, vim fieri veto. *d. l.* 1. §. 7.

De glande legenda.

Tit. XXVIII.

INterdictum hoc prohibitorium eſt ne vis fiat vicino, quominus glandem, quæ ex ejus agro in tuum cecidit, tertio quoque die, legere & auferre liceat; *l. un. hic.* modò damni infecti caveat. *l. Julianus.* 9. §. 1. *in fin. ad exhibend.*

Glandis nomine omnes fructus continentur. *d. l. un.* §. 1.

In alienum fundum, invito domino, ingredi regulariter non licet, *l. Divus. de ſerv. ruſt. præd.* quærendæ tamen rei ſuæ cauſa licet. *l.* 15. *ad exhib.*

De homine libero exhibendo.

Tit. XXIX.

DE libero homine (ſive pubes ſit, ſive impubes, ſive maſculus, ſive fœmina, ſui juris, an alieni: *l.* 3. §. 1. *hic.*) exhibendo, Interdictum exhibitorium eſt.

Quo Prætor libertatis tuendæ causâ jubet, ut quem hominem liberum dolo malo quis retinet, eum exhibeat. *l.* 1. *hic.*

Competit omnibus agere volentibus; *d. l.* 3. §. 9. eſt enim quaſi publicum: perpetuò, *d. l.* 3. §. *ult.* ſed tantum ſemel, niſi ex juſta cauſa. *d. l.* 3. §. 13.

Datur contra detinentem dolo malo, licet abſens ſit, *l.* 3. §. *pen. hic.* in id, ut hominem exhibeat, id eſt, in publicum producat. *d. l.* 3. §. *ait Prætor.*

Quod ni fiat, quanti ea res erit, *d. l.* 3. §. 13. & quidem

quidem ſæpius, donec hominem liberarit, *d. l.* 3. §. 13. *verſ. ſi tamen.* reus condemnatur.

In abſentem datur, ita ut, ſi non defendatur, in bonorum ejus poſſeſſionem actor mittatur. *d. l.* 3. §. *pen.*

De liberis exhibendis, & item ducendis.

TIT. XXX.

DVo proponuntur hoc titulo interdicta, primum exhibitorium, ſecundum prohibitorium.

Primo Prætor jubet, ut extraneus, penes quem eſt filiusfamilias, non ſua ſponte, ſed etiam ſine dolo malo, invitus, quive dolo malo fecit, quominus penes ſe eſſet, eum parenti, in cujus poteſtate eſt, exhibeat. *l.* 1. *in pr.* & §. 1. *hic.*

Secundo, ne vis fiat parenti, quominus liberos, quos in poteſtate habet, ducere ei liceat. *l.* 3. *in pr. hic.*

Primum eſt ſecundi præparatorium: liberi enim exhibendi ſunt, ut duci poſſint. *d. l.* 3. §. 1.

Competit utrumque ei qui habet in poteſtate, *l.* 1. §. 1. *ff.* *l.* 2. *C. eod.* adverſus eum qui interdicto defendit: *d. l.* 3. §. 3. non adverſus ipſum filium: *d. l.* 3. §. 3. neque eum, penes quem filiusfamilias ſponte ſuâ manet. *l. ult. hic.*

Eorum exemplo, & marito datur jus agendi, de exhibenda & de ducenda uxore, etiam adverſus ſocerum. *l.* 2. *ff.* *l. fin. C. eod.* *Paul. lib.* 5. *ſent. tit.* 6.

Vtrubi.

TIT. XXXI.

EſT hoc Interdictum Vtrubi (ſic dictum à primis Edicti verbis) prohibitorium, §. 1. *Inſt. de Interd.* retinendæ poſſeſſionis. §. *pen. Inſt. eod.*

Competit pro retinenda poſſeſſione rerum mobilium. *l. un. pr.* & §. 1. *hic.*

Obtinet duobus caſibus. 1. Si is qui poſſidet rem

mobilem in ejus poſſeſſione turbatur. 2. Si duo d rei mobilis poſſeſſione contendunt. *Pater in Enchir Inſt. tit. de Interd.*

Per illud vincit is, qui tempore illatæ turbationi & litis conteſtatæ non vi, clam, aut precariò, ab adverſario quidem, ſive per ſe, ſive per alium, poſſidet *d. l. un.* §. 1.

Ejus enim eadem vis eſt in rebus mobilibus, quæ Interdicti Vti poſſidetis in rebus immobilibus *d. l. un.* §. 1.

De migrando.

Tit. XXXII.

Est hoc Interdictum prohibitorium, retinendæ poſſeſſionis causâ comparatum.

Datur enim, inquilinis, non colonis, *l.* 1. §. 1. *hic.* migrare volentibus, ne impedimentum creetur, quominus abducere & aſportare eis liceat, res (etiam alienas, *l.* 1. §. *pen. & l.* 2. *hic.*) importatas, quæ non ſunt domino ædium pignoratæ: vel quia in pignoris cauſam non venerunt, vel quia merces ſoluta eſt, aut per dominum ædium ſtat quominus ſolvatur. *l.* 1. *in pr. &* §. 1. *eod.*

Inquilino datur directum. *d. l.* 1. §. 1. Ei verò qui gratuitam habitationem habet, utile competit. *d. l.* 1. §. 3.

Eſt perpetuum: & datur ſucceſſoribus, & contra ſucceſſores. *d. l.* 1. §. *ult.*

Minus frequens eſt, quia magis ſolet extra ordinem inquilinis ſubveniri. *d. l.* 1. §. 2.

De Salviano Interdicto.

Tit. XXXIII.

Interdictum hoc (Salvianum, à Salvio Iuliano dictum) eſt reſtitutorium, adipiſcendæ poſſeſſionis. §. 3. *Inſt. de interd.*

Eſt duplex; Directum & Vtile.

Illud

Illud domino fundi (de eo enim nominatim Interdictum loquitur) competit de rebus coloni ſibi, penſionis nomine, pignoratis, contra quemcunque poſſeſſorem. *l.* 1. §. 1. *hic.*

Hoc datur domino prædii urbani, & domino fundi de partu ancillæ pignoratæ poſt eam venditam edito, *d. l.* 1. *pr.* & cuivis alii creditori, adverſus ipſum debitorem, etiam extraneum poſſeſſorem. *l.* 1. §. 1. *Bart. in l.* 1. *hic. per l.* 1. *C. de precar. Salic. Cyn. in l. certi juris.* 5. *C. de loc. & cond.*

Sufficit in utroque probare, res pignoris nomine eſſe inductas; *d. l.* 1. *per tot.* niſi contra extraneum poſſeſſorem agatur: tum enim res in bonis fuiſſe debitoris oppignorantis, probari debet. *l.* 5. *C. ſi alien. res pign. obl. Jaſ. in* §. *item Serviana. n.* 89. *Inſt. de action.*

Datur hoc Interdictum hæredibus, & in hæredes, quia eſt rei perſecutorium. *l.* 2. *C. de prec. & Salv. Interd.*

DIGESTORUM

LIBER XLIV.

De exceptionibus, præſcriptionibus & præjudiciis.

TIT. I.

Explicatis judiciis petitoriis & poſſeſſoriis, explanemus nunc actiones & exceptiones, quæ omnibus judiciis ſunt communes; & primò quidem exceptiones; quoniam & poſſeſſiones, objectis à poſſeſſore exceptionibus defenduntur.

Exceptio proprie dicta; (Cum alias actionis verbo generaliſſime ſumpto contineatur, *l.* 2. *hic.*) eſt actionis excluſio, *l.* 2. *hic.* ſeu Rei conventi allegatio, per quam Actoris intentionem elidit; ut vel

Digitized by Google

planè eximatur damnatione, vel ea minuatur: *d. l. 2. l. 22. eod.*

Propriè dicitur exceptio, ea quæ actionem ipſo jure competentem elidit; qualis eſt exceptio pacti: alia eſt exceptio facti, id eſt, defenſio rei conventi, quâ oſtendit ſe ipſo jure non teneri: quæ impropriè vocatur exceptio; quia nulla eſt actio quam excludat. *Pac. in Iſag. hic.*

Sub exceptionis nomine, latius ſumpto, comprehenditur & replicatio, quæ exceptioni; duplicatio, quæ replicationi: triplicatio, quæ duplicationi; quadruplicatio, quæ triplicationi opponitur; & deinceps. *d. l. 2. §. 1. §§. ſeqq. hic. Inſt. tot. tit. replicat.*

Præſcriptio, propriè eſt, quâ modus, tempus, locus, aliæque circumſtantiæ actionis determinantur & quaſi circumſcribuntur, *arg. l. 12. l. 13. C. hic.* & promiſcuè pro exceptione uſurpatur. *l. 11. l. 23. hic. l. contra. C. de inoff. teſt.*

Præjudicia (quæ alias crebrius in jure pro actionibus præjudicialibus accipiuntur. *l. 37. de O. & A. l. 1. §. 1. de R. V.*) hic ſignificant exceptiones, quibus reus ita excludit agentem, ut dicat præjudicium, per novum aliquod judicium, quod adverſarius moliatur principaliori actioni, fieri non oportere. *l. 1. §. 1. famil. erciſc. l. 16. hic.*

Exceptiones aliæ ſunt civiles, aliæ prætoriæ. *§. 7. Inſt. eod.* Nullæ naturales. *Coraſ. 2. miſcell. 16. num. 10. & ſeq. Diſſ. Dd. vulgo per Clem. paſtoralis. de re judic. Panorm. in rubr. Ext. hic. Weſemb. hic.*

Rurſus aliæ ſunt dilatoriæ, quæ actionem differunt in aliud tempus: aliæ ſunt peremptoriæ, quæ eam perimunt & extinguunt; ut rei judicatæ, ſolutionis, &c. *l. 2. §. fin. l. 3. hic.*

Dilatoriarum aliæ vocantur declinatoriæ, quæ judicium & forum in quo agitur, declinant: *l. fin. C. eod.* aliæ propriè dilatoriæ, quæ ex alia cauſa litem differunt, ut exceptio procuratoria. *vid. Specul. in tit. de except.*

Dilatoriæ judicii ante litem conteſtatam proponendæ ſunt, & probandæ, *l. 13. C de procur. Dd. in l. fin. C. hic.* poſt non admittuntur. *c. paſtoralis. de except.*

Niſi

Niſi reus ignorarit eas ſibi competere, *Weſ. hic. n.* 10. aut recens fuerint ortæ. *Gl. in c. exceptionem. Ext. eod. Jaſ. in l.* 12. *§. nihil. n.*137. *de acq. poſſ.*

Dilatoriæ actionis & cauſæ de qua agitur; ut eſt exceptio pacti de non petendo, &c. intrà certum tempus, demum lite conteſtatâ proponuntur. *l. exceptionem. ubi Dd. C. de probat. Mynſ. obſ.*24.*cent.*1. *Weſ. d. loc.*

Peremptoriæ poſt litem conteſtatam opponuntur; & agentis intentione probatâ, probantur. *l.* 9. *C. hic. c. cum venerabilis. eod.*

Quæ tamen oſtendunt, aut actionem non competere, aut ſolutione, tranſactione, re judicata, &c. ſublatam eſſe, & ante litem conteſtatam, *Jaſ. n.* 15. 16. *poſt Caſtr. in l. nam poſt ea.* 9. *de jurejur. Bald. in l.* 4. *circa fin. C. de pact.* ad impediendum litis ingreſſum, *Iaſ. poſt Bart. in d. l. nam poſtea. n.* 16. *&* 17. *Bart. in l. cum quærebatur. judic. ſolv.* opponi & in continenti probari poſſunt. *Bart. in l. fin. n.* 3. *ff. pro ſuo. Bald. & Dd. in l. edicto. C. de Ed. D. Adr. toll.*

Exceptiones dilatoriæ aut differunt, aut transferunt judicium: peremptoriæ aut intentionem excludunt, aut minuunt. *l.* 22. *l.* 23. *hic.*

Illarum objectione lis non conteſtatur; *Gl. & Dd. in l.* 1. *C. de lit. cont.* Omninò harum de jure civili; *Bald. in d. l.* 1. non de jure Canonico. *per c.* 2. *de lit. cont. n.* 6. *c.* 1. *ubi Socin. de lit. cont.*

Sunt & exceptiones aliæ temporales, quæ ad tempus actionem differunt; cujuſmodi omnes ſunt dilatoriæ: *l.* 3. *hic.* aliæ perpetuæ, quæ in perpetuum actionem periment; quales ſunt omnes peremptoriæ. *§. appellantur. & §§§. ſeqqq. Inſt. hic. l.* 2. *§. ult. & l.* 3. *eod.*

Exceptiones pleræque in rem competunt: nonnullæ ſunt perſonales, nec tranſeunt de perſona in perſonam; ut exceptio pacti perſonalis, & ne quis ultra quam facere poteſt conveniatur. *l.* 7. *hic.*

Opponuntur exceptiones, aut quia factum ſit, quod fieri oportet, aut quia factum ſit, quod fieri non oportuit, aut quia factum non ſit, quod fieri debuerit.

Digitized by Google

Quia factum eſt quod fieri oportuit, datur exceptio rei venditæ & traditæ, & rei judicatæ.

Quia factum eſt quod fieri non oportuit, datur exceptio doli mali.

Quia non factum eſt quod fieri debuit, ut bonorum poſſeſſionis non datæ. *l. 20. per tot. hic.*

Exceptiones (quæ olim à Prætore dabantur) hodie quibuſcunque verbis, ſcripto, vel abſque ſcripto, viva voce, *Bart. in l. ſcire. §. oportet. de excuſ. tut.* proponi poſſunt, adeò ut ſufficiat vel nuda facti narratione jus exceptionis pateſieri. *Dd. hic. & Socin. in l. 1. per l. itaque. 48. de procur. & l. 25. de act. empt.*

Ignorantiâ, vel inſcitiâ, aliâve de cauſâ omiſſis, judex non ſupplet. *Gl. in l. ſi unus. 27. §. pactus. ad verb. in pactis. de pact. Caſtr. in l. un. n. 4. C. ut quæ deſunt adv. jud. ſupp.*

Plures habens exceptiones, unâ omiſſâ, vel non probatâ, ad aliam redire non prohibetur. *l. 8. l. 5. hic.*

Poſtquam concluſum in cauſſa, exceptiones non audiuntur. *c. cum dilectus. 9. de fid. inſtr.* nec poſt ſententiam quæ tranſiit in rem judicatam, neque appellatione eſt ſuſpenſa: *l. 2. C. ſent. reſc. non poſſ. l. ſub ſpecie. C. de re jud.* Niſi temperent tantum modum executionis, ſententiam non impugnent. *l. 41. §. fin. de re jud. l. 17. §. fin. ſolut. matr.*

Qui excipit, non fatetur agentis intentionem eſſe veram. *l. 9. hic. c. exceptionem. de R. I. in 6.*

Fungitur in exceptione partibus actoris. *l. 1. hic.*

Exceptionibus, quamdiu non agatur, nulla currit præſcriptio. *l. purè. 5. §. fin. de dol. mal. & met. except.*

Quæ tamen non modò per modum excipiendi, ſed & per formam agendi, vel per implorationem officii judicis, (ut exceptio non numeratæ pecuniæ, *Bald. Salic. Dd. in l. ſi ex cautione. C. de non num. pec.*) proponi poſſunt, triginta annis (quia imputari negligentia poteſt) præſcribuntur, *Bald. in l. ſicut. n. 13. & 15. C. de præſcr. trig. ann. Cyn. Bald. Salic. in l. licet. C. hic.* peræque atque actiones, *l. 3. 4. 5. l. 8.*

Digitized by Google

l. 8. C. de præſcr. 30 an. & officium judicis. *Gl. in d. l. ſicut. ad verb. perſecutione. ubi Dd. Bart in l. Prætor. §. fin. n. 1. de oper. nov. nunc. Bald. in tract. præſc. 4. part. 4. princip. q. 30.*

De exceptione rei judicatæ.

TIT. II.

PRæcedenti titulo generales Exceptionum diviſiones explicavimus, nunc præcipuas exceptionum ſpecies proponamus.

Inter quas præcipua eſt exceptio rei judicatæ, ideo introducta, quia uni liti unum judicati finem ſufficere oportet: ne aliter modus litium multiplicatus ſummam atque inexplicabilem faciat difficultatem; maximè ſi diverſa pronunciarentur. *l. 6. hic.*

Huic exceptioni ut locus ſit, opus eſt, ut ſententia à judice competente ſit lata: *l. 4. §. 6. de re jud.* ut ab eâ intra decendium non ſit appellatum: ut eadem res ſive quæſtio inter eaſdem perſonas revocetur. *l. 3. hic.*

Eadem quæſtio eſt, cum vel res eadem iterum petitur, quamvis aucta aut diminuta, aut pro parte tantum petatur; *l. 7. l. 8. l. 14. in pr. & §. 1. hic.* vel eadem eſt cauſa petendi. *l. 11. §. eandem. l. 14. eod.*

Eædem perſonæ dicuntur non modò principales, ſed etiam quæ in earum locum ſuccedunt; *l. 4. l. 9. §. fin. l. 11. §. 2. & §. 3. & §. fin. hic.* quæque ab his mandatum habent. *d. l. 11. §. 7.*

Qui alia actione de eadem re agit, exceptione rei judicatæ ſubmovetur. *l. 5. l. 7. §. pen. l. 8. l. 25. §. 1. eod.*

Poteſt tamen qui in rem egit, nec obtinuit, eandem rem ſine metu exceptionis condicere. *l. ult. eod.*

Et is, qui in rem egit, iterum ſine metu exceptionis rei judicatæ eandem rem petere poteſt, ſi vel antea cauſam ex qua rem ſuam eſſe dicit, expreſſe-

præſſerit, & nunc ex altera cauſa agat: *d. l. 11. §. 2.* vel ſaltem agat ex nova cauſa, quæ poſtea ſupervenerit. *d. l. 11. §. 4. l. 25. eod.*

Exceptio rei judicatæ non ſolum datur, ſed & replicatio. *l. 9. §. 1. l. 24. eod.*

De diverſis temporalibus præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum.

TIT. III.

Annali actione intra annum utilem non intentatâ, præſcriptio annalis agentem excludit. *l. 2. hic.*

Vendicanti rem præſcriptio triennalis, aut decennii, vel vicennii, *l. 3. hic. §. 1. Inſt. de uſuc.* aut triginta, vel quadraginta annorum, *t. t. C. de præſcr. 30 an.* objicitur.

Obſtat & fiſco temporalis præſcriptio: nam à bonis vacantibus quadriennio, *l. 10. hic. l. 1. & tot. tit. C. de quadr. præſcr.* à commiſſis quinquennio, *l. 2. de vectigal.* in reliquis vicennio. *l. 13. hic. l. 1. §. 3. de jur. fiſc.* excluditur: quod poſterioribus conſtitutionibus eſt confirmatum. *l. 4. C. de præſc. 30 an.*

Vicennio & omnibus publicis & criminalibus judiciis præſcribitur. *l. querelam. C. ad L. Corn. de falſ. l. 2. de requ. reis.*

Civiles actiones triginta annorum præſcriptione eliduntur, *l. ſicut. l. 4. C. de præſcr. 30 an. §. 1. Inſt. de perpet. & temp. act.* Niſi brevioribus ſpaciis ſpecialiter ſint circumſcriptæ; ut actio doli, *l. fin. C. de dol. mal.* injuriarum, *l. 5. C. de injur.* adulterii. *l. 5. C. ad L. Iul. de adult.*

Reliquæ omnes, tam publicæ & eccleſiaſticæ, quam privatæ, quæ hæc tempora effugiunt, quadraginta annorum decurſu præſcribuntur. *d. l. 4.*

Quod tempus continuum eſt. *l. 31. §. 11. de uſuc.* & currit etiam adverſus ignorantem, & abſentem. *l. fin. C. de long. temp. præſcr. l. 3. C. de præſcr. 30 an.*

In

Digitized by Google

In poſſeſſione conſiderantur acceſſionum tempora: tempus enim primi poſſeſſoris conjungitur cum tempore ejus qui ab illo cauſam habet.

Vnde ſucceſſori accedit tempus deceſſoris: & poſſeſſio defuncti vel venditoris accedit poſſeſſioni hæredis vel emptoris, *l.* 11. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 15. *hic.* dummodò ipſe quoque ſucceſſor aliquo tempore poſſederit.

Acceſſio enim ſine noſtro tempore nobis prodeſſe non poteſt. *l. ult. hic.*

Sed de acceſſionibus poſſeſſionum nihil in perpetuum, neque generaliter definire poſſumus. Conſiſtunt enim in ſola æquitate. *l.* 14. *hic.*

De doli mali & metus exceptione.

Tit. IV.

Ne cui, contra naturalem æquitatem, dolus ſuus per occaſionem juris civilis proſit, à Prætore exceptio doli mali propoſita eſt. *l.* 1. §. 1. *hic.*

Quæ peremptoria. §. *perpetua. Inſt. de except.*

Ei locus, cum fraus actoris arguitur. *l.* 2. §. 1. *eod.*

Suus enim cuique dolus nocere debet, non alienus. *l.* 11. *hic.*

Competit, ex eadem cauſa ex qua de dolo actio. *d. l.* 2. *in pr.*

Datur perpetuo, *l.* 5. §. *fin. hic.* cuicunque actionem æquitate defenſionis infringere volenti. *l.* 12. *eod.*

Adverſus parentem vel patronum, quia ejus exiſtimationem, cui opponitur, ſuggillat, non datur, ſed adverſus has perſonas in factum excipiendum, nullâ doli factâ mentione. *l.* 4. §. 16. §. *fin. eod.*

Contra doli exceptionem replicatio doli non admittitur; *d. l.* 4. §. 13. omninò contra exceptionem Senatuſconſulti Macedoniani. *d. l.* 4. §. 14.

Exceptio metus cauſa, (quæ etiam prætoria, *d. l.* 4. §. *pen.* peremptoria, §. *perpetua. Inſt. de action.*) datur ei, qui metu quid promiſit, contra illum

illum qui illud promiſſum petit, licet metum non intulerit.

Non enim inſpicimus, an is, qui agit, metum fecerit, ſed an omninò metus illatus ſit: *d. l.* 4. §. *pen.*

De metu non tantum ab auctore, verum à quocunque adhibito, objici exceptio poteſt. *d. l.* 4. §. *pen.*

Filius tamen eam parenti in cujus poteſtate eſt, objicere non poteſt. *d. l.* 4. §. *ult.*

Diſtat à doli exceptione; quia in rem ſcripta: *d. l.* 4. §. *pen.* & replicationem metus admittit. *l.* 12. §. 1. *quod met. cauſſ.*

Quarum rerum actio non datur.

Tit. V.

Sed non ſemper exceptione opus eſt: puta in iis rebus quarum actio à Prætore non datur.

Actio non datur, cum effectu puta; cum quis adverſarium delato jurejurando, judicem de cauſa fecit. *l.* 1. *pr. hic. l.* 7. *de jurejur.*

Iusjurandum enim præſtitum vicem rei judicatæ obtinet. *d. l.* 1. *pr.*

Quia jurari poteſt de quacunque re, *l.* 34. *pr. de jurejur.* & vel de tota, vel de parte; eatenus exceptio locum habet, quatenus juratum eſt. *l.* 7. *eod.*

Quæcunque actio, *l.* 3. §. 1. *& ſeqq. eod.* etiam actio ex jurejurando, *l.* 28. §. *ult. l.* 29. *eod.* per hanc exceptionem ſubmovetur.

Quæ competit, ei qui juravit, *d. l.* 7. ejus ſucceſſori; *d. l.* 7. *& ll. ſeqq.* reo ex jurejurando in rem fidejuſſoris. *l.* 1. §. 3. *hic.* fidejuſſori ex jurejurando rei principalis; *d l.* 28. §. 1. *l. ult.* §. *ult. de jurejur.* correo jurantis; *d. l.* 28. §. *ex duobus.* ei cujus procurator juravit. *l.* 9. §. *pen. l. ult.* §. *ſed etſi. eod.*

Datur contra hanc exceptionem replicatio; ut propter minorem ætatem, *d. l.* 9. §. *ſi minor.* propter creditores fraudatos, *d. l.* 9. §. 5. propter nova inſtrumenta poſt jusjurandum à judice delatum reperta. *l.* 31. *eod.*

Digitized by Google

Nec dat Prætor actionem in iis, quæ onerandæ libertatis cauſa patronus à liberto ſtipulatur. *l.* 1. §. 5. *hic.*

Quia tamen ſtipulatio, quantumvis dolo malo metuve ſit inita, ipſo jure valet, *l.* 5. *C. de inutil. ſtip.* exceptione hoc caſu opus eſt. *l.* 1. §. 6. *hic.*

Sed quando res incidit in bonæ fidei contractum, tum etiam non oppoſitâ exceptione denegat actionem Prætor. *d. l.* 1. §. 7.

Nec refert, utrum tempore manumiſſionis, an ex intervallo ſtipulatus ſit patronus, ſi liquidò appareat libertum metu ſolo, vel nimia patroni reverentia, ita promiſiſſe. *d. l.* 1. §. 5. *&* §. 6. *l.* 2. §. *ult. hic.*

Nec dat Prætor actionem de eo quod in alea geſtum eſt. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 1. *in pr. de aleator.*

Sed ita tribus prædictis caſibus denegat Prætor actionem, ſi manifeſtum ſit vel fuiſſe juratum, vel oneratam libertatem, vel in alea geſtum: alioquin actio proponetur, eique exceptio objicietur. *l.* 9. *in pr. de jurejur.*

De litigioſis.

Tit. VI.

Litigioſa res dicitur, de cujus dominio lis cum in jus vocato, *Nov.* 112. *c.* 1. ejusve procuratore, tutore, curatore, *l.* 1. *in fin. hic.* mota eſt. *l.* 1. *& Auth. litigioſa. C. hic.*

Fit litigioſa, in realibus adverſario citato, & propoſita petitione: *d. Auth. litigioſa. ubi Dd.* in perſonalibus, litis conteſtatione. *l.* 2. *ubi Gl. & Dd. C. eod.*

Quam ſi quis ſciens vel ignorans emat, denegat actionem Prætor; quia alienatio irrita eſt: *l.* 2. *l. ult.* §. 1. *C. eod.* ſed & exceptio obſtare dicitur; *l.* 1. §. 1. *hic.* ut in ſuperioribus.

Non irrita eſt alienatio; Ex cauſſâ legati vel fideicommiſſi, dotis, ante nuptias donationis, tranſactionis, rerum hereditariarum diviſionis, *l.* 3. *l. ult. C. eod.*

Digitized by Google

C. eod. aliave juſta & neceſſaria, facta. *l. 5. de hered. pet. l. 13. famil. erciſc.*

De obligationibus & actionibus.

Tit. VII.

Poſt Exceptiones ſequuntur Actiones. ſed priuſquam ad eas progrediamur, explicandæ nobis ſunt Obligationes; ex quibus actiones oriuntur. *l. 42. §. 2. de procur.*

Obligatio eſt juris vinculum, quo quis facere, vel ſolvere, vel præſtare aliquid tenetur. *l. 3. in pr. hic.*

Eſt aut Naturalis, aut civilis.

Naturalis eſt, quæ ex naturali ratione cauſam habet, *l. 1. §. 9. hic.* & ſolo æquitatis vinculo nititur. *l. 95. §. 4. de ſolution.*

Ea eſt duplex. Vna ex quadam naturæ affectione, & ſic jure naturali primævo provenit: ut eſt obligatio ad antidora. *l. 25. §. 11. de petit. hared.* Alia ex ſecundario ſeu jure Gentium, orta ex conventione & jure humano, quod conventiones ſervari præcipit. *l. 1. de pact.*

Et is natura debet, quem jure Gentium dare oportet. *l. 84. §. 1. de R. I.*

Civilis obligatio eſt, quæ vel oritur ex jure Civili, *vid. Gl. & Dd. in l. 5. de juſt. & jur.* vel eo confirmatur, ita ut actionem pariat. *l. 17. §. ſicut. commod.*

Ius civile hic accipe, prout juri gentium opponitur, & ſub ſe etiam jus prætorium complectitur.

Hæc obligatio à Iuſtiniano definitur, juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicujus rei ſolvendæ ſecundum noſtræ civitatis jura. *in pr. Inſt. de obligat.*

Civilis obligatio, eſt vel civilis propriè dicta, quæ à Lege introducitur; vel prætoria, quæ ex Edicto aliquo Prætoris deſcendit. *l. 52. §. lege. hic. l. 1. §. fin. de conſt. pec.*

Pro-

Propriè obligatio dicitur, quæ utramque & civilem & naturalem continet. *Gl. & Dd. in d. pr.*

Contrahitur obligatio, aut conſenſu; *d. l. 52.* tam verò, qui cum facto, tum verbo, tum etiam nutu declarari poteſt; *d. l. 52. §. fin. ubi Dd.* quam præſumpto, cujus uſus eſt in quaſi contractibus: *l. 5. §. 1. hic. t. t. Inſt. de obl. qua ex quaſ. contr.* aut re, aut verbis, aut ſcriptura: *l. 1. hic. §. fin. Inſt. de obl. & quib. mod. re contr.* aut lege, cum ſecundum vel contra leges quid facimus undè teneamur; *d. l. 52. §. lege.* aut facto & neceſſitate; *d. l. 52. circa fin.* denique ex variis cauſarum figuris. *l. 1. in pr. hic.*

Obligatio ut valeat, voluntas requiritur ejus qui conſentire poteſt; puta puberis & mente compotis, tam patris, *l. 34. hic.* quam filiifamilias. *l. 39. eod.*

Impuberes qui intelligunt quid agatur; non civiliter, ſed quod ad conſenſum attinet, naturaliter obligantur. *l. 1. §. 1. ff. de novat. l. 1. l. 5. pr. §. 1. ff. de auct. tut. l. 3. §. pupillus. ff. de negot. geſt. l. 3. ff. commod. l. 13. §. 1. & 2. ff. de cond. jud. l. 43. hic. l. 127. ff. de verb. obl.*

Cauſſa, ex qua obligatio conſtat, exprimi ſemper oportet: alioqui non conſtabit obligatio. *Bart. in l. qui ſine. de condict. ſine cauſ. per l. 25. in fin. de probat. Dd. in l. 2. §. circa. de dol. mal. except.*

Nulla eſt rerum turpium, *l. 26. de verb. oblig.* aut impoſſibilium, obligatio. *l. 1. §. 9. §§. ſeqq. l. 31. hic. l. 185. de R. I.*

Contrahitur rectè obligatio, aut proprio nomine, aut alieno: *d. l. 1. §. 8.* dum tamen initium & ſubſtantia obligationis in perſona propria contrahentis conſiſtat. *l. 11. hic.*

Recipit obligatio diem, *§. omnis. Inſt. de verb. oblig. l. 41. §. 1. ff. eod.* & conditionem, *l. 42. hic.* non tamen poteſtativam: *l. 8. hic.* item modum, acceſſionem. *d. l. 44. §. pr. & §. 3. & §. 4.*

Ad dandum faciendumve aliquem obligat, *l. 3. hic.* actionémque ad id exigendum producit. *l. 42. §. ea obligatio. de procur.*

Obligatio contracta extinguitur & diſſolvitur

mutuo

mutuo conſenſu, *l. 58. de pact.* ſolutione, & quicquid ſolutionis vim habet, *tot. tit. Inſt. quib. mod. toll. obl.* interitu rei debitæ ante moram, *l. 45. hic.* tempore, ſaltem per exceptionem, *d. l. 44. §. 1. verſ. placet.* vel per præſcriptionem. *l. 3. l. 4. C. de praſcr. 30 an.*

Actio eſt, jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur. *l. 51. hic. in pr. Inſt. de action.*

Ejus partes ſunt tres, propoſitio major, propoſitio minor, concluſio. *Bart. in l. ſi prius. 15. de oper. nov. nunc. Jaſ. in §. omnium. 115. Inſt. de action.*

Narratio facti (quam cauſam appellant Iuriſconſulti: *l. 14. de except. rei jud.*) minoris locum obtinet: quod factum ſic deduci debet, ut ex eo appareat medium concludendi. *Bart. in l. certi condictio. n. 2. C. ſi cert. pet. & l. 2. C. de petit. her. Gl. in l. 1. de edend. & l. 2. §. circa. de dol. mal. exc.*

Quod ſi hæc cauſa concludendi fuerit inepta, libellus ipſo jure nullus erit. *Bart. in l. edita. n. 1. C. de edend. per d. l. 2. §. circa. Jaſ. d. loc. n. 116. n. 117.*

Concluſionis forma totam actionem ampliat, reſtringit, & moderatur. *Bart. in l. Aurelius. §. Sticho. de liberat. leg. Jaſ. poſt Angel. in d. §. omnium. n. 127.*

Actiones ſunt aut in rem, aut in perſonam directæ, *l. 25. hic. §. 2. Inſt. de action.* aut mixtæ. *§. 20. Inſt. eod. fac. l. 9. §. fin. l. 14. §. 5. ff. quod met. cauſ. l. 22. §. 4. ff. fam. erciſc. l. 1. ff. fin. regund. §. 4. 5. Inſt. de off. jud. l. 25. §. pen. ff. de petit. her. l. 7. C. eod.*

In rem dicuntur vindicationes, in perſonam condictiones. *d. l. 25.*

Sed actionis nomine propriè actiones perſonales cenſentur. *l. 28. eod.*

Ἐϰ πλάτ(?)ς & civiles, & extraordinariæ, *l. 37. eod.* & criminales, *l. 2. de crim. ſtellion. l. pen. ſi ex nox. cauſ. ag.* comprehenduntur.

Sunt & aliæ actiones civiles, aliæ prætoriæ. *l. 25. l. 35. hic.*

Quædam pœnam, quædam rem familiarem, nonnullæ utrumque perſequuntur. *d. l. 35. §. 16. Inſt. de action.*

Rur-

Rurſus aliæ in ſimplum, aliæ in duplum, aliæ in triplum, aliæ in quadruplum, nec ulterius, concipiuntur. §. *omnes autem. Inſt. eod.*

Pleræque ſunt bonæ fidei, quædam ſtricti juris. §. *actionum. Inſt. eod.*

Aliæ ſolidum, aliæ minus perſequuntur. §. *ſunt præterea. Inſt. eod.*

Sunt quædam directæ, quædam contrariæ: & alio ſenſu quædam directæ, quædam utiles, quædam in factum; pleræque perpetuæ, nonnullæ temporales: quædam in hæredem tranſitoriæ, quædam non: nonnullæ univerſales, pleræque particulares: quædam præparatoriæ, aliæ principales: aliæ nativæ, aliæ dativæ. *Dd. in l. 7. §. quinimo. de pact. Jaſ. in §. rurſus. n. 78. & §. item. n. 106. Inſt. de action. Weſ. hic. n. 11.*

Actiones origine ac inventione ſunt juris naturalis, at informatione, juris civilis; *Zaſ. in l. 2. §. bis legibus. de orig. jur.* hac diſtinctione adhibitâ, ut, quod ad actiones ex obligationibus proficiſcentes attinet; eodem jure eæ initium cœpiſſe dicantur, quo obligationes cœperunt. *arg. l. 7. de pact.*

Olim actiones formulæ vocabantur: *Ulp. tit. 25. Paul. lib. 3. ſent. tit. 3. t. t. C. de form. & imp. ſubl.* quoniam in impetratione & compoſitione, certiſque verborum formulis conſiſtebant.

Quibus hodie ſublatis, *l. 1. & 2. C. d. tit.* ſufficit congruentem & aptam proponere actionem, etiam nullo certo nomine expreſſo. *c. dilecti. de judic.*

Ad quam propoſitam cogitur pars adverſa reſpondere. *Auth. offeratur. C. de lit. cont.*

Iudex ſecundum eam, ſi probari poteſt, tenetur judicare, alioqui litem ſuam facturus. *l. fin. C. de fideic. libert. Bald. & Dd. in l. prolatam. C. de ſent.*

Ea propoſita interrumpit præſcriptionem. *l. fin. C. de præſcr. 30 an.*

Digitized by Google

DIGEST. PARS VII.

LIBER XLV.

De verborum obligationibus.

TIT. I.

SEquitur cæteras obligationes verborum obligatio, quia illis, earum adſtringendarum & confirmandarum cauſa, *Paul. lib. 5. ſent. tit. 7. in pr.* adjici ſolet; & ex aliis obligationibus pendet. *l. 5. hic.* Hoc eſt; Omnes cauſæ, res, ac negotia de quibus inter homines contrahitur, in ſtipulationem veniunt, ac transferri poſſunt, eademque quaſi confirmantur. Id vero cum fit, non ex aliis contractibus aut cauſis obligatio naſcitur, ſed ex ſola ſtipulatione. *l. 6. ff. de novation.*

Dicitur verborum obligatio, quia jure civili (quo jure inventa. *§. 9. Inſt. de action.*) ex ſolis verbis firma eſt; & magis verborum ſolennitate, quam æquitate conventionis conſtituitur.

Verborum obligatio, ſeu ſtipulatio (à ſtipulo, quod veteribus firmum ſignificabat, dicta. *pr. Inſt. hic.*) eſt, verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturumve ſe quod interrogatus eſt, reſpondet. *l. 5. §. 1. hic.*

Vt valeat, ad eam requiruntur: Vt uterque loquatur: *l. 1. §. 2. eod.* conſentiat: *l. 1. §. 3. de pact.* præcedat interrogatio, ſequatur reſponſio; *d. l. 1. §. 1. l. 137. eod. l. 1. C. de uſur.* in continenti, aut poſt modicum intervallum: *d. l. 1. §. 1. d. l. 137.* ſit conformis interrogationi: *l. 1. §. 3. §. fin. l. 65. hic.* partes ſe invicem intelligant, ſive per ſe, ſive per interpretem: *d. l. 1. § fin.* ſint præſentes: *d. l. 1. in pr.* ſtipuletur aliquid dari, vel fieri, *l. 2. in pr. eod.* vel non

non fieri: *d. l.* 137. §. *pen.* ſibi, non alteri: *l.* 38. §. 17. *eod.* id promittatur.

Vbi nulla promiſſio eſt, nulla eſt obligatio. *d. l.* 1. §. 1.

Promiſſio verbis futuri temporis, §. 1. *Inſt. eod. ubi Dd.* & certis atque idoneis, quæ voluntatem ſignificent, & ad interrogata congruant, *d. l.* 1. §. 3. *&* §. *fin. l.* 65. *eod.* ac ſolennibus olim, hodie quibuſcunque, id eſt, æquipollentibus, *d. l.* 1. §. *ſi quis ita. ff.* §. *in hac. Inſt. hic.* fieri debet.

Non tantum vivâ voce, ſed etiam ſcriptâ oratione inter præſentes ſtipulatio rectè concipitur. *l.* 38. *de O. & A. l.* 7. §. *quod ferè. de pact.*

Si dubium quid actum ſit, verba contra ſtipulatorem interpretantur, qui ſibi imputare debet, cur non apertius ſit locutus; & proinde quicquid non eſt verbis expreſſum, non ſuppletur, ſed prætermiſſum intelligitur. *l.* 38. §. 18. *l.* 99. *hic.*

Quocirca commodiſſimum ita ſtipulationes concipere, ut quæcunque ſpecialiter comprehendi poſſunt, expreſſè contineantur; ob ea verò, quæ contrahentibus non occurrunt, & ob incertos caſus doli clauſula apponatur; *l.* 33. *hic.* quâ reſpondens promittit dolum malum abeſſe abfuturumque eſſe. *d. l.* 38. §. 13. *l.* 121. *in pr. eod.*

Cauſa ſtipulationis eſſe debet: ſtipulatio enim ſine cauſa facta, ad nihilum redit; *l.* 2. §. *circa. de dol. mal. except. Alex. conſ.* 19. *n.* 3. 4. 5. *vol.* 4. ut & reliqui contractus obligatorii.

Nullâ apparente cauſâ, ne quidem donatio præſumitur; *d. l.* 2. §. *circa. l.* 15. *de fidejuſſ. l.* 25. §. *fin. de probat.* niſi cum de animo donandi, aut certa ſcientia, undè is præſumitur, conſtet: *l. hoc jure. de donat. l.* 47. *de oper. lib. Alex. d. conſ.* 19. *n.* 4. *&* 5. ſed ignorantia potius, quam ſcientia, *l. verius. de probat.* eóque fatua magis cauſa, quam donatio præſumitur. *l. generaliter. ubi Bald. C. de non num. pec. Jaſ. in l.* 3. *de pact.*

Stipulatio autem alia conſiſtit in dando, alia in faciendo. *l.* 2. *in pr. hic.*

Digitized by Google

Dandi ſtipulatio eſt, in qua hoc agitur, ut res aliqua à promiſſore interroganti detur.

Faciendi ſtipulatio eſt, in qua facta verſantur, ſive negative, ut aliquid à nobis non fiat; ſive affirmative, à nobis comprehenſa, ut quid faciamus. §. 7. *Inſt. hic.*

Hinc (quoniam facta pleraque ſunt individua) alia ſtipulatio dividua (quæ partium præſtationem recipit.) alia individua (quæ non recipit. *l.* 2. §. 1. *l.* 4. *l.* 72. *hic.*) appellatur.

Dividua, Alia præſtationem partium numero & re ipſa recipit, ut ſtipulatio earum rerum quæ numero, pondere, & menſura conſtant, ut pecuniæ: Alia dividua dicitur, non quod revera præſtationem partium recipiat, ſed quia dividitur ratione: ut obligatio ſpeciei, puta Stichi. *fac. l.* 9. §. 1. *de ſolution.*

Plures enim poſſunt eſſe unius Stichi domini, & in eo partes habere. *l.* 5. *de ſtipulat. ſerv.*

Sunt etiam ſtipulationes, quæ partis quidem præſtationem recipiunt, ſed niſi res debita tota ſolvatur, non ſatis fit obligationi: ut eſt obligatio generis, cum hominem generaliter ſtipulor, aut lancem. *l.* 85. §. 4. *l.* 2. §. 1. *hic.*

Eadem eſt cauſa obligationis alternativæ, *Dd. in l. ſi unus.* 27. §. *ſed ſi ſtipulatus. de pact.* ut ſi promiſeris hominem, aut decem. *d. l.* 2. §. 1.

Quare in his obligationibus parte ſolutâ, non liberatur partim debitor: unde & ſtatim quod ſolutum eſt, repeti poteſt, & alia ſpecies dari. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 26. §. *ſi decem. de condict. ind. d. l.* 9. §. 1.

Individuæ ſtipulationes ſunt earum rerum, quæ naturâ diviſionem non admittunt: ut ſunt ſervitutes. *l.* 17. *de ſerv.* & facta. *l.* 72. *hic.*

Quarum ſtipulationum natura etiam in perſonis hæredum non immutatur. *l.* 2. §. 2. *hic. l.* 2. §. 2. *de prator. ſtipul.*

Quare ſi defunctus non potuit per partes ſolvere, ne hæredes quidem poterunt; ſed in ſolidum ſinguli tenebuntur. *d. l.* 2. §. 2. *hic. L.* 192. *de R. I.*

Pro

Digitized by Google

Pro partibus enim hæreditariis ſi tenerentur (*ut alias, l. 2. C. de hæred. act. l. 6. C. fam. erciſc.*) ad nihilum recideret obligatio propter impoſſibilitatem ſolutionis: quia nec peti, nec ſolvi individua per partes poſſunt. *l.* 2. §. 2. *l.* 4. §. 1. *hic.*

Dandi ſtipulationes certæ: ſtipulationes facti, plerumque incertæ appellantur. *l.* 74. *cum l. ſeq. hic.* §. 1. *Inſt. eod.*

Certæ ſunt quando ex pronunciatione apparet, quid, quale, quantumque eſt in ſtipulatione. *d. l.* 74. §. 1.

Incertæ, ubi hoc non apparet. *l.* 75. *in pr. hic.*

Omnis Stipulatio contrahitur aut pure, ac tum ſtatim debetur, & peti poteſt, §. 1. *Inſt. hic.* licet præſens obligationis dies arbitrio ſolventis cedat: §. *omnis. Inſt. hic.* Aut in diem certum, *l.* 41. *hic.* vel incertum; cum tempore, §. *mortem. Inſt. de inutil. ſtip.* tum re; *l.* 73. *hic.* tum loco, & tum tacitè ineſt tempus indefinitum, arbitratu Iudicis, id eſt, boni viri decernendum, quo ad eum perveniri poteſt: *d. l.* 73. *l.* 137. §. 2. *hic.* Aut ad diem, ut certo tempore duret obligatio; quâ in ſpecie, tempore elapſo, obligatio æquitate exceptionis tollitur: §. *at ſi ita. Inſt. hic. l.* 44. §. 1. *verſ. placet. de O. & A.* Aut ſub conditione, non præteriti, ſed futuri temporis; §. *conditiones. Inſt. hic.* & qualicunque quidem, in caſu tamen poſita, §. *ſub conditione. Inſt. eod. l.* 59. *l.* 63. *hic.* non poteſtativa. *l.* 46. §. *ult. l.* 112. *hic. l.* 8. *de O. & A.*

Stipulari poſſunt res omnes, una pluresve, quæ in dando faciendove conſiſtunt, & dari fierive poſſunt. *l.* 2. *l.* 29. *ff.* §. *fin. Inſt. hic.*

Quæ dari fierive nequeunt, fruſtra & inutiliter ſtipulantur, cum impoſſibilium nulla ſit obligatio: *l.* 185. *de R. I.* ſive naturâ dari nequeant; ut res quæ nec ſunt neque erunt in rerum natura: §. 2. *Inſt. de inutil. ſtipul.* ſive lege; ut quæ extra commercium aut omnium ſunt poſitæ, *l.* 83. §. *ſacram. l.* 118. *hic.* aut etiam ſolius ſtipulatoris. *l.* 34. *hic.*

Si plures res conjunctim in ſtipulationem ſunt deductæ, omnes peti poſſunt: Si disjunctim, pe-

Digitized by Google

nes promiſſorem electio eſt, niſi eam ſtipulator ſibi conſtituerit. *l.* 75. §. 8. *l.* 106. *hic. Cujac. in l.* 27. §. 7. *de pact.*

Stipulatio rite contracta duplicem ad exigendum producit actionem, nempe condictionem certi & actionem ex ſtipulatu. §. 1. *Inſt. hic.*

Illa datur quoties apparet, quid, quale, quantumque ſit, quod promiſſum eſt. *l.* 74. *l.* 75. *hic.*

Quæ eſt actio perſonalis, perpetua, in hæredes tranſitoria. *d. l.* 2. §. 2. *l.* 85. §. 2. *ff.* §. 5. *Inſt. eod.*

In qua ipſa res, quæ in ſtipulationem deducta, præſtanda eſt. *d. l.* 75. §. *fin.*

Actio ex ſtipulatu oritur, quando incertum (ſcilicet ſpecie, non toto genere. *l.* 115. *l.* 94. *ubi Jaſ. hic.*) in ſtipulationem eſt deductum.

Eâ, aut ut præſtet promiſſor conventa, aut id quod actoris intereſt, petitur. *l.* 72. *hic. l.* 13. §. *fin. de re jud.*

Quomodo in hæredes tranſeat, *vid. l.* 85. *hic.*

Quæ ſtipulationem vitient, *vid. Inſt. de inutil. ſtipulat. per tot.*

De duobus reis conſtituendis.

TIT. II.

Non modò unus, ſed duo pluresve & ſuſcipere, & ſibi quærere verborum obligationem poſſunt, qui rei ſtipulandi, vel promittendi dicuntur; prout in hunc contractum veniunt. *pr. Inſt. L.* 1. *ff. hic.*

Stipulandi rei appellantur duo pluresve qui eandem rem ſtipulantur: rei promittendi qui ejuſdem debiti ſe reos unâ promiſſione conſtituunt. *d. l.* 1. *&* §. 1. *Inſt. hic.*

Illi conſtituuntur, ſi pluribus interrogantibus aliquid ſibi dari vel fieri, poſt omnium interrogationem de eadem re, eodemque facto ſeparatim factam, promiſſor conjuncta oratione reſpondeat, *Spondeo.* ſive, *Utrique veſtrum dare ſpondeo.*

Si prius uni, deinde alteri interroganti reſpondeat,

Digitized by Google

deat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei ſtipulandi eſſe. *d.* §. 1. *Inſt. l.* 6. *ff. eod.* Cum reus promittendi ſeparatâ ſuâ reſponſione eos diviſerit. *l.* 9. *ff. eod.*

Rei promittendi conſtituuntur, quando duo pluresve ſtipulanti eandem rem vel factum promittunt: ſive reſpondent conjunctim omnes; ut, *Mavi, decem aureos dare ſpondes, &, Sei, eoſdem decem aureos dare ſpondes?* Si Titius ſtipuletur; & omnes reſpondeant ſimul *ſpondemus*; vel ſinguli ſeparatim *ſpondeo. d.* §. 1. *l.* 4. *hic.* Nihil enim in reorum conſtitutionem, rei verbo ſingulari an plurali utantur, refert. *Gothofr. in l.* 4. *ff. eod.*

Non erunt rei promittendi, ſi conjunctim ab illis ſtipulatus ſit aureos decem, aut ſcriptum inveniatur illos aureos decem ſpopondiſſe: tum enim quia particula copulativa in viriles obligationem dividit, *l.* 2. §. *ſi quis ita. de eo quod cert. loc. l.* 110. *de V. O.* intelligitur quiſque viriles partes promiſiſſe; & ſic ſeparatim ſuam unuſquiſque obligationem ſuſtinet; *l.* 11. §. 1. *hic.* rei autem promittendi ſinguli in ſolidum ad eandem rem obligantur. *l.* 3. §. *ſin. eod.*

Ex intervallo, modò ſit modicum, *l.* 6. §. 1. *hic. l.* 137. *in pr. de V. O.* rectè duo rei conſtituuntur, ac fruſtra timetur novatio, cum hoc agatur, ut duo rei conſtituantur, neque ulla novatio fiat. *d. l.* 3. *in pr.*

Si ex duobus reis qui promiſſuri ſunt, hodie alter, alter poſterâ die reſpondeat, non erunt duo rei, ac ne obligatus quidem is, qui poſtridie reſpondet: *l.* 12. *hic.* cum poſt ſtipulationem ad alia negocia ſit deceſſum, priuſquam promiſſio fieret.

Poteſt ex duobus reis promittendi, unus purè, alter in diem vel ſub conditione obligari. §. *ſin. Inſt. l.* 7. *ff. hic.*

Nec enim diſpar obligationis qualitas impedit, quominus uterque eandem ſummam repromiſiſſe videatur.

Non erunt rei promittendi, ſi ſit in quantitate

Digitized by Google

inæqualitas; aut ſi unus dolum duntaxat, alter culpam, aut hic decem, alter viginti promittat. *l. 9. §. 1. l. 15. hic.*

Inæqualitas enim quantitatum, facit inæquales & proinde diſpares obligationes, cum tot ſint diverſæ ſtipulationes, quot res diverſæ. *l. 29. de V. O.*

Conſtituuntur rei ſtipulandi & promittendi duo pluresve, vel expreſſè, cum hoc inter partes actum eſt; *l. 11. §. 1. hic. Auth. hoc ita. C. eod.* vel tacitè, quando id apparet ex conceptione & natura verborum.

Quod fit, vel per clauſulam obligandi in ſolidum in inſtrumento expreſſam: *d. l. 11. in fin.* vel per dictionem alternativam, vel disjunctivam, quæ cuilibet actum in ſolidum tribuit; Vt ſi teſtator Caium & Titium hæredes inſtituens, dicat, Caius aut Titius decem dent Sempronio, uterque in ſolidum obligatur: *l. 8. §. 1. de legat. 1.* vel per dictionem diſtributivam, quæ cuique in ſolidum actum tribuit; Vt, ſi Caius & Titius cuilibet, vel uterque eorum mihi eadem decem promittat: *l. 44. pr. junct. Gl. 1. de legat. 2.* vel per copulativam, modò iidem ſint actus ſtipulandi, & una oratio promittentium, & res eadem pluries fuerit repetita & promiſſa. *d. l. 11. §. 1. Pater in Enchirid. Inſt. hic.*

Rei ſtipulandi ſi plures ſint, ſingulis in ſolidum debetur; & ex iis quilibet id quod in ſtipulationem deductum eſt petere & exigere, *l. 2. hic.* & à quolibet ex reis promittendi, poteſt. *l. 3. §. fin. l. 11. hic.* Licet ad eum quem eligit, nihil ex pecunia mutuò data pervenerit, ſed alteri tota numerata ſit. Sufficit enim quod omnes de reddenda promiſerint, ſeque principales conſtituerint. *l. 3. C. hic. fac. l. 5. C. ſi cert. pet.*

Tenentur enim ſinguli in ſolidum. *d. l. 2.*

Qui tamen ſolidum exactus eſt, regreſſum adverſus correum habet. *not. in l. 2. C. hic.*

Hodie ex jure noviſſimo correi debendi, beneficium habent diviſionis: *Auth. hoc ita. C. eod.* Imò ne

ne conſtituuntur quidem aliter quam ſi id expreſsè actum ſit. *d. Auth. hoc ita.*

Quod beneficium iſtis denegatur, ſi illi renunciatum ſit; reliqui correi non ſint ſolvendo, & ſint abſentes. *d. Auth. hoc ita.*

Ex duobus reis ſtipulandi ſi ſemel unus egerit, alteri promiſſor offerendo pecuniam nihil agit. *l. 16. hic.*

Sanè ſolutione aut novatione unius tota tollitur obligatio. *l. 2. 3. hic.*

Novare tamen correus invito altero non poteſt. *l. ſi unus. de pact.* Novatio enim tantum mutat obligationem.

Nec pactum vel factum unius, alteri nocet vel prodeſt. *l. 10. hic. l. 27. de pact. l. 34. de recept. arb.*

Quod intellige verum eſſe in perſonalibus: in iis enim quæ ad ipſam obligationem pertinent, quorumque poteſtas, lege obligationis ad ſolos correos pertinet, alterius factum alteri nocet: *l. pen. hic.* ut ſunt ſolutio, & quæ loco ſolutionis cedunt. *l. fin. C. hic. l. 2. ff. eod.*

Cum unus correus alteri hæres exiſtit, utraque cauſæ cognitio manet, nec una ab altera perimitur. *l. 13. hic. l. 93. de ſolut. l. 71. de fidejuſſ.*

Nec, ſi correi promittendi ſocii non ſunt, proderit uni, ſcilicet ad compenſationem; quod ſtipulator alteri eorum pecuniam debeat. *l. 10. hic.*

De ſtipulatione ſervorum.

TIT. III.

Stipulatio fit vel ab homine libero, vel à ſervo.

Nam & ſervi, etiam hæreditarii, §. 1. *Inſt. hic.* (cum hæreditas perſonam defuncti ſuſtineat, *l. 34. de acq. rer. dom.*) ſtipulandi jus habent ex perſona domini, cui acquirunt: *pr. Inſt. hic.* non ex ſua perſona; quia ſtipulatio eſt contractus juris civilis, §. 9. *Inſt. de action. Gl. in l. 5. de juſt. & jur.* quo jure ſervi pro nullis habentur. *l. 32. de R. I.*

Nec intereſt ſervus ſibi; an domino; an ſine adjectione ſtipuletur. *l. 1. in pr. hic.*

Sane ſi factum ſtipuletur, quod ſuam perſonam reſpiciat: ut ſibi licere agere, ire, &c. perſona tantum ſtipulantis continebitur. *§. pen. Inſt. eod.*

Servus communis ſtipulando utrique dominorum, pro dominii ſeu dominica, *l. 37. ff. hic.* portione acquirit; niſi juſſu unius, vel alicui nominatim ſtipulatus ſit, vel res alterius domini ſit. Tunc enim uni ſoli in ſolidum acquiritur. *§. 3. Inſt. l. 1. §. 4 l. 5. hic.*

DIGESTORUM
LIBER XLVI.

De fidejuſſoribus & mandatoribus.

Tit. I.

SVbjungitur fidejuſſionis materia præcedenti, quia fidejuſſores ſine ſtipulatione non obligantur. *l. 12. C. hic. l. 5. §. 2. de V. O.*

Iure puta Romano. Hodiernis enim moribus & nudo pacto, & per epiſtolam, procuratorem, interponi & accipi poſſunt. Si quidem ſtipulationum ſolemnitas extra uſum abiit.

Fidejuſſor largè accipitur pro omni eo qui alterius obligationem ſuſcipit, & fide ſua eſſe jubet: unde fidejuſſor dictus. *l. 7. §. 8. de dol. mal. l. 8. §. 2. ad SC. Vell.*

Propriè (ut hic) eſt is, qui pro alio principali debitore, ſuo nomine ſtipulanti promittit, &, ſalvâ manente principali obligatione, eam fide ſua eſſe jubet, id eſt, pro ea ſe obligat. *l. 8. l. 4, 5. l. 23. ff. l. 12. C. hic.*

Fidejubere poſſunt omnes qui obligari. *Azo in pr. C. hic.* niſi ſpecialiter prohibeantur: ut fœminæ, propter Senatus-conſultum Velleianum: *t. t. ff. & C. ad SC. Vell.* milites, *l. 31. C. de loc. & cond.*

ſervi

Digitized by Google

ſervi extra rem peculiarem inſcio domino, *l.* 19. *l.* 20. *hic.* pupilli & minores ſine auctoritate tutorum ac curatorum. *l.* 48. *hic. l.* 7. §. *non ſolum. de minor.*

Cum eorum auctoritate obligantur, ſed in integrum reſtitui poſſunt. *d. l.* 48. *d. l.* 7. §. *non ſolum.*

Minores, ex communi ſententia, ſine curatorum conſenſu fidejubendo non obligantur: *l.* 3. *C. de in int. reſt.* niſi curatorem non habeant, *l.* 101. *de V.O. ubi Dd.* aut dolo deceperint adverſarium tanquam majores, vel curatorem non habentes. *t. t. C. ſi min. ſe major. dix.*

Accipitur fidejuſſor, ideò, ut magis cautum ſit ſtipulanti: quia contingere poteſt ut reus principalis non ſit ſolvendo. *l.* 1. §. 8. *de O. & A. in pr. Inſt. hic.*

Accedere poteſt omni omninò obligationi, *l.* 1. & 8. §. 1. *ff.* §. 1. *Inſt. eod.* qualitercunque contractæ, (ſed ſecundum leges efficaci, *Gl. in* §. 1. *ſuper verb. omnibus. Inſt. eod. per l.* 46. *ff. eod.*) non modò principali, ſed & acceſſoriæ: *l.* 27. §. *ult. d. l.* 8. §. *fin. hic.* tam civili, quam naturali: *l.* 7. *l.* 16. §. 3. *l.* 25. *eod.* etiam criminali: *d. l.* 8. §. 5. *&* 6. *l.* 58. §. *fin. hic.* At hactenus tantum, ut ad pœnam pecuniariam, *l.* 4. *de cuſtod. reor.* non corporalem obligetur. *Dd. in l.* 70. §. *fin. hic. per l.* 13. *ad L. Aquil.*

Obligationi tamen quæ nullò jure tantam vim habet, ut condictionem indebiti impediat, haudquaquam rectè accedit fidejuſſor: ut cum quis præſcriptione temporis ab obligatione liberatur. *l.* 37. *hic. junct. l.* 15. §. 1. *de cond. ind. l.* 8. *C. de præſcr.* 30 *ann. text. & Gl. in l. fin.* §. *fin. rem rat. hab.*

Quippe fidejuſſio, cum ſit acceſſoria, *l.* 34. *hic.* principalem obligationem cui adhæreat, *l.* 11. *eod. l.* 1. §. *debitum. l.* 5. *de conſt. pecun.* requirit.

Quare nec tunc tenebit, cum pro non obligato, *ut in d. l.* 11. aut turpi, improbatoque legibus contractu, interceditur. *l.* 46. *hic. caſ. vid. in l.* 21. *l.* 56. §. 1. *hic.*

Adhiberi poteſt fidejuſſor vel pro præſenti, vel pro futura obligatione. *l.* 6. *in fin. ff.* §. 3. *Inſt.*

Digitized by Google

hic. modò certò ſit ſecutura principalis. *d.* §. 5. *l.* 37. *hic.*

Non tamen conveniri poteſt, antequam reus principalis ſit obligatus. *l.* 57. *eod.*

Nec tenetur ad aliud, quam id ipſum, quod in principali obligatione comprehenſum eſt. *d. l.* 8. §. 7. & 8.

Ita ut plus non debeat fidejuſſor; ſive quantitatis, ſive rei, *l.* 16. §. 1. *hic.* ſive loci, *d. l.* 16. §. 2. ſive temporis, *l.* 49. §. 2. *eod.* ratione, plus intelligatur. Ne plus ſit in acceſſorio, quam principali. §. 5. *Inſt. eod. vid. Bart. diſt. in l. hi qui.* 34. *hic.*

In duriorem enim cauſam fidejuſſor acceptus ne ad id quidem obligatur, quod principalis debet. *l.* 8. §. 7. *eod.*

Quod verum *putat Weſemb. hic. n.* 5. cum alia eſt obligatio: ut cum debitor ſub conditione, fidejuſſor purè promittit: *d. l.* 8. §. 7. aut debitor obligatione dandi tenetur, fidejuſſor factum promittit. *Gl. in l.* 49. §. 1. *ad verb. neuter. de V. O.*

Cum non alia eſt obligatio, ſed major ſumma promittitur, nonnulli Interpretes fidejuſſionem valere volunt, ſaltem in eam quantitatem cui obnoxius principalis debitor. In majore enim ſumma ineſt minor: *l.* 1. §. 4. *l.* 27. §. 5. *de pact.* Sed alii rectius id negant. §. 5. *Inſt. l.* 8. §. 7. *ff. hic,* Quorum ſententiam in Meth. noſtr. Cod. enarrat. probavimus.

Efficacius tamen fidejuſſor obligari poteſt quam principalis, *d. l.* 16. *l.* 7. *l* 25. *hic.* puta ſub juramento; ſub inſtrumento habente paratam executionem, *Bart. in l. hi qui. n.* 11. *hic. Bald. in l. ſi pro ea. n.* 6. *C. mand.* cum adjectione alicujus pœnæ vel facti: *Gl. in l. ſicut.* 65. *in fin. hic. Bart. in l. centum. n.* 6. *de eo quod cert. loc.* principali tantum ſimpliciter obligato.

Poteſt fidejuſſor vel purè, vel ſub conditione, vel ad tempus, vel ex tempore dari, & accipi. *l.* 38. *mand. l. ſi pro ea.* 10. *C. eod.*

Dari debet idoneus; niſi à neceſſariis perſonis, à qui-

à quibus qualiſcunque accipi debet. *l.* 1. *&* 2. *in jus vocat. ut eant.*

Idoneus eſt, qui talis eſt ut ſtipulationem efficaciter de jure contrahere poſſit; *l.* 3. *hic.* qui rem in fidejuſſionem deductam ſolvere poteſt; *l.* 234. §. 2. *de V. S.* qui copiam ſui conveniendi facit. *l.* 2. *qui ſatiſd. cog.*

Quales qui non ſunt, licitè recuſantur. *l.* 3. *hic.*

Qui tamen eos recipit, probaſſe videtur: *d. l.* 3. *hic.* ut tutiori cautioni locus non ſuperſit, etſi ignorantiam prætexat. *arg. l.* 1. §. 1. *ut in poſſ. legat. l.* 19. *de R. I. l.* 5. *ſi cert. pet. l.* 223. *de V. S. Alex. vol.* 5. *conſ.* 60. *col.* 1.

Tenetur fidejuſſor ad id quod tempore fidejuſſionis in obligatione principali fuit, ſive ſors, ſive uſura, peræque ac principalis debitor: *l.* 4. *l.* 68. §. 1. *hic. l.* 5. *C. de pact. int. emt. l.* 8. *C. quod cum eo qui in al. pot.* non verò ad id quod ex mora & delicto debitoris accedit. *l.* 8. *de eo quod cert. loc. l.* 22. *de O. & A.* Niſi in omnem cauſam fidejuſſerit. *l.* 54. *locati.*

Poſſunt in ſolidum, ſi plures ſunt, conveniri, §. 4. *Inſt. l.* 3. *l.* 16. *l.* 23. *C. hic.* etiam ante principalem debitorem. *l.* 2. 3. 5. *C. eod.*

Et non tantum ipſi fidejuſſores tenentur, ſed & eorum hæredes, §. 2. *hic. l.* 4. §. 1. *hic.* etiam horum non factâ mentione. *l.* 13. *C. de contr. ſtipul.*

Qui, ſi plures ſunt, pro partibus tenentur hæreditariis; ſi unus, in ſolidum. *l.* 24. *l.* 49. §. 1. *hic.*

Hodie ex beneficio Epiſtolæ D. Hadriani, fidejuſſores, ſi plures ſunt, & in eandem ſummam ſe obligaverint, (non ſi diverſarum ſtipulationum ſunt fidejuſſores, *l.* 43. *l.* 51. §. 2. *ff. hic.*) habent beneficium diviſionis; niſi ei renunciaverint; *l. ult. ff. l. pen. C. de pact.* quo (exceptione oppoſitâ) cogit fidejuſſor, in ſolidum conventus, creditorem actionem ſuam dividere in ſingulos, qui tempore litis conteſtatæ ſolvendo ſunt, & ita eos pro partibus convenire. *l.* 26. *& ll. ſeqq. l.* 51. *ff. l.* 10. §. 1. *C.* §. *ſi plures. Inſt. hic.*

Inopis tamen fidejuſſoris, & obligatione ex-

empti portionem reliqui ſuſtinent. *l.* 48. *l.* 27. *ff.* *l.* 3. *C. eod.*

Nec jure novo, niſi abſente debitore, vel quia ob potentiam conveniri facilè nequit, *Jaſ. in* §. *item ſi quis. n.* 68. *Inſt. de action. ubi Angel.* aut excuſſis principalis debitoris bonis, fidejuſſor aut ejus pignora, §. 1. *ubi Gl. in Nov.* 4. *Auth. hoc ita ſi debitor. C. de pign.* poſſunt conveniri. *Auth. præſente. C. hic.*

Eſt hoc beneficium per exceptionem opponendum. Si non opponatur, judicium valebit. *Gail.* 2. *obſ.* 27.

Poteſt unus ex multis fidejuſſoribus à creditore conventus deſiderare, ut is jus pignoris, vel actiones, ſibi contra confidejuſſores cedat. *l.* 17. *ff.* *l.* 2. *l.* 11. *l.* 14. *C. eod.*

Non enim habet actionem contra confidejuſſores, qua partes ab eis repetat, *d.* §. *ſi plures.* niſi à creditore actio ſibi ceſſa ſit. *l.* 39. *hic.*

Quâ ceſſione negatâ, ultra partem virilem non tenetur. *l.* 2. *C. hic. Hipp. de Marſ. tract. de fidejuſſ. n.* 27.

Contra principalem fidejuſſori datur actio mandati, *l.* 14. *C. hic.* videlicet ſi ejus mandato fidejuſſit; alioquin aget negotiorum geſtorum. *l.* 20. §. 1. *mandati.*

Si pro invito, vel donandi animo fidejuſſit, nullam habet, ad id repetendum quod ſolvit, actionem. *l.* 6. §. *ſi paſſus. l.* 40. *eod.*

Nec datur fidejuſſori actio antequam exſolvat; niſi aliter ſit conventum, aut debitor dilapidare cœperit, *l.* 28. *ff. mand.* aut diu in ſolutione ceſſaverit; *l.* 38. §. 1. *ff. eod. Bald. in l.* 10. *C. eod.* aut ipſe fidejuſſor condemnatus ſit; *l.* 10. *C. mand.* aut in fidejuſſorem parata ſit ex inſtrumento guarentigiato executio, *Bald. d. loc.* aut fidejuſſio ad tempus ſit coarctata. *fac. l.* 1. *de pact.*

Solutione factâ, aut poteſtate agendi ex dictis cauſis conceſsâ, fidejuſſor, non modò principale debitum quod ſolvit, exigere poteſt, ſed quicquid fidejuſſionis nomine, damni injuriæve paſſus eſt. *Bald. in d. l.* 10. *n.* 15.

Fide-

Digitized by Google

Fidejuſſori ſimilis eſt mandator.

Qui eſt is, cujus mandatu contrahitur, vel qui mandat alicui credi, aut cum aliquo contrahi, atque ita fide ſuâ eſſe jubet, vel ſe ſoluturum eſſe conſtituit. *l.* 12. §. *ſi poſt creditam. mand. Gl.* 1. *& Dd. in Nov.* 4. *in pr.*

Habet prædicta beneficia ordinis, diviſionis, & cedendarum actionum. *l.* 41. §. 1. *ff. hic. l. ult. C. de conſtit. pecun. Nov.* 4. *c.* 1.

Differt à fidejuſſore, 1. Quia tenetur creditori, non ex ſtipulatione ut fidejuſſor, *l.* 1. §. *verbis. &* §. *ſeq. de O. & A.* §. *ult. Inſt. hic.* ſed mandati, ut quia mandavit pecuniam Titio credi. 2. Quia ſemper obligationem præcedit; *l.* 12. §. *ſi poſt creditam. mandati.* non etiam, ut fidejuſſor, ſequitur.

De novationibus & delegationibus.

TIT. II.

DIſſolvuntur obligationes omnes, novatione, ſolutione ejus quod debetur, & acceptilatione.

Novatio (à novo & nova obligatione dicta. *l.* 1. *pr. hic.*) eſt duplex, vel in ſpecie ſic dicta, vel delegatio.

Novatio in ſpecie, eſt prioris debiti in aliam obligationem vel civilem, vel naturalem, tranſfuſio atque tranſlatio: hoc eſt, cum ex præcedenti cauſa ita nova conſtituitur, ut prior perimatur. *d. l.* 1. *in pr.*

Si aliud debitum in obligationem deducatur (ut, pro equo, qui prius debebatur, decem,) non erit novatio, ſed alia ſeparata obligatio. *l.* 26. §. *ſi centum. de cond. indeb.* niſi id ſit inter partes actum. *Salic. in l. fin. n.* 3. *C. hic. Bart. in l. pen. de prat. ſtipulat.*

Eſt novatio vel voluntaria, quæ fit, voluntate contrahentium, per ſtipulationem: Et eſt proprie novatio: vel neceſſaria, quæ fit judicio: *l.* 29. *ff. l.* 1. *l.* 3. *C. hic.* id eſt, cum debitor eſt condemnatus, *l.* 14.

Digitized by Google

§. quid ſi homo. quod met. cauſ. l. 16. §. ſi plures. de pignor. & cum is, cui mandatæ ſunt contra Titium actiones, cuive Titius delegatus eſt, eum judicio convenit, & litem conteſtatus eſt. *l. 11. §. 1. ff. l. 3. C. hic.* Et improprie novatio dicitur. *Donel. 16. com. 20.*

Novare poſſunt ipſi tantum creditores, qui rerum ſuarum habent adminiſtrationem, aut alii ipſorum juſſu: *l. 3. l. 20. hic.* aut qui dominorum loco ſunt: ut tutores, curatores: *l. 20. §. 1 l. ult. ff. hic.* non alii; *l. 2. l. 23. l. 25. C. de pact. per l. 13. ff. de neg. geſt.* nequidem ſi illis ſolvi poſſit. *l. 10. l. 16. l. 35. ff. l. 4. C. hic.*

Novari omnis obligatio poteſt, *l. 1. §. 1. l. 2. hic.* omniaque debita, *d. l. 2. §. 1.* etiam una ſtipulatione plures, *l. fin. §. 2. eod.*

Non conditionalis obligatio, antequam extet conditio; nec futura, antequam ipſa conſtiterit obligatio. *l. 8. §. 1. l. 14. pr. & §. 1. hic.*

Fit novatio aut purè, aut in diem, aut ſub conditione: ita tamen ut non ante conditionis eventum perfecta eſſe intelligatur. *l. 14. l. 31. hic.*

Vt fiat, neque poſterior obligatio priori accedat, olim ſufficiebat quomodocunque id agi, ut obligatio novaretur; *l. 2. hic.* hodie ex Iuſtiniani conſtitutione, opus eſt id expreſsè agi, ut prima obligatio aboleatur, nova fiat. *l. ult. C. eod. §. pen. Inſt. quib. mod. toll. obl.*

Quare prorogato ſolutionis termino, non intelligitur facta novatio, nec fidejuſſores liberantur. *Iaſ. in l. 1. n. 18. & 19. cum ſeqq. C. de judic. & in l. lecta. ſi cert. pet.*

Novatione factâ, prior obligatio, unà cum acceſſoriis, fidejuſſione puta & pignoribus, perimitur, *l. 18. hic.* & ex ſecunda is qui novavit, tenetur.

Delegatio, eſt vel crediti ſive actionis quæ ceditur ſeu mandatur; *l. 51. de pecul.* vel debiti ſeu debitoris. *de qua hoc titulo agitur.*

Illa fit ſolo conſenſu delegantis & ejus cui delegatur: hæc requirit conſenſum etiam delegati. *l. 1.*
&

& *l. 6. C. hic.* quia nemo invitus obligatur. *l. ſicuti. C. de action. l. nec emere. C. de jur. delib.*

Delegatio debitoris, eſt mandatum quo creditor jubet debitorem quod ipſi debet alteri promittere. *Treutl. diſp. hic. th. 6.*

Delegare enim eſt vice ſua alium reum dare creditori, vel cui creditor juſſit. *l. 11. pr. hic.*

Delegare poſſunt iidem creditores, qui novare. *l. 15. de ſolution. l. 3. l. 9. l. 20. l. 130. hic.*

Delegantur debitores, *l. 11. hic.* & quidem volentes, non inviti, *l. 1. l. 6. C. eod.* quod is qui delegatur ſtipulanti debeat promittere, ideoque utriuſque conſenſu negotium perfici. *l. 1. C. eod.*

Fit delegatio quidem quovis conſenſu, etiam citra ſtipulationem, *l. 17. hic.* ſed ut per eam fiat novatio, neceſſe eſt ut creditor à debitore ſibi delegato ſtipuletur, vel litem contra eum conteſtetur. *l. 1. l. 3. C. eod.*

Vndè dictum eſt, delegationem (nempe perfectam quæ obligationem novet) fieri vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem. *d. l. 11. §. 1. hic.*

Per ſtipulationem fit, cum debitor meus, creditori meo vel alii cui juſſerim, rem mihi debitam promittit.

Per litis conteſtationem fit delegatio, veluti ſi quis pro reo convento judicium ſubeat, & litem conteſtetur non invito actore. *d. l. 11. hic. l. 23. de ſolution. Duar. hic. c. 5.*

Delegatione ritè factâ, jure novationis prior contractus evaneſcit, *l. 2. & 3. C. hic.* & delegans debito liberatur. *d. l. 3.* Licet delegatus non ſit ſolvendo. *d. l. 3. in fin.* Quia bonum nomen creditor accepiſſe videtur, qui eo contentus fuit, idque ipſum quale initio obligationis fuit ſecutus eſt, ut ejus periculo id nomen ſit. Niſi tamen debitoris periculo ab ejus debitore ſtipulatus fuerit. Tum enim pecuniæ quæ à delegato ſervari non potuit, exactio ſalva eſt. *l. 18. ff. de fidejuſſ. l. 26. ff. mand. l. 186. §. 1. ff. de verb. ſignif.*

Exceptio quæ objici poterat deleganti, non poteſt

reſt objici ei, cui facta delegatio; niſi eadem ratio ſit. *l.* 19. *hic.*

De ſolutionibus & liberationibus.

TIT. III.

SOlutio in genere, eſt quivis actus, quo debitor liberatur ab obligatione, quâ creditori devinctus eſt. *l.* 54. *hic. l.* 176. *l.* 47. *de V. S.*

In ſpecie, eſt realis ejus quod debetur, legitimè facta præſtatio.

Solvere poteſt quivis rerum ſuarum habens adminiſtrationem: *l.* 14. §. 1. *l.* 23. *l.* 40. *hic.* licet alius debeat, & is id ignoret. *l.* 66. *l.* 23. *l.* 53. *l.* 56. *l.* 44. *hic.*

Qui ſub tutoribus & curatoribus degunt, ut ſine horum auctoritate contrahere nequeunt, ſic nec ſolvere poſſunt. *l.* 14. §. 1. *cum ll. ſeqq. hic.* Ita quidem ut nummos accipientis faciant. *l.* 9. §. 2. *de auct. tut.* Quia ſi forte ſolverint, vindicare poſſunt. *l.* 14. §. *fin. hic.* Naſcitur tamen iis liberatio pecuniâ à creditore conſumptâ. *d. l.* 9. §. 2. *d. l.* 14. §. *fin.*

Qui pro debitore, ipſius nomine, ſolvit, ipſo jure eum liberat: *l.* 23. *l.* 40. *hic. l.* 39. *de negot. geſt.* ſi ſuo nomine, id eſt, ad ſuam obligationem, puta fidejuſſoriam, diſtrahendam ſolvat. *l.* 17. *l.* 37. *hic.* debitor ſolummodò ope exceptionis juvatur. *l.* 28. *cum ibi not. ff. mandat. Dd. in l.* 75. *hic.*

Solvitur rectè creditori qualicunque, ſi ſanæ mentis ſit, & juſtæ ætatis, etiam invito, *l.* 50. *de O. & A. l.* 70. *hic. l.* 19. *C. de uſur.* etiam ſolutioni in obligatione adjecto. *l.* 11. *l.* 38. *l.* 71. *hic.* & ſervo ex peculiari contractu. *l.* 18. *l.* 31. *l.* 35. *hic.*

Non ſolvitur rectè ſub tutela curave conſtitutis. *d. l.* 14. §. 1. *l.* 47. *hic.* Nam pupillo, minori, nequidem auctore tutore rectè ſolvitur. Nam ſi pecunia conſumpta, aut poſtmodum perierit, in integrum reſtituitur. *l.* 2. *C. ſi adv. ſolut. t. tit. C. ſi tut. vel cur. interv. Briſſ. lib.* 1. *de ſolut. pag.* 130. Quia tutorum auctoritas pupillorum gratia comparata, in odium

verti

Digitized by Google

verti & reſtitutionis beneficium impedire non debet. Ceſſat tamen illud ſi curator ſit ſolvendo. *ſec. Mauric. de reſt. in int. cap. 176. & ſeq. Diſſ. Ant. Fab. quem refellit Hilling. in Don. Enucl. lib. 16. com. 10. in not. lit. F.*

Omninò tutoribus vel curatoribus tempore adminiſtrationis, *l. 46. §. tutela. de adm. tut.* qualibuſcunque, *l. 14. §. 1. l. 45. §. 1. hic.* uni, pluribuſve, *d. l. 14. §. ſive autem.* Niſi aliter teſtamento, *l. 47. de adm. tut.* à tutoribus, aut magiſtratu, ſit cautum.

Extraneis quibus neque debetur, nec rectè ſolvitur; *l. 12. C. hic.* niſi volente mandanteque creditore, *l. 4. C. l. 49. ff. hic.* aut ratum habente: *l. 13. l. 49. l. 71. §. 1. eod.* ut cum procuratori generali, vel cum, vel ſine libera, *Vaud. 1. qu. 47.* vel ad hoc ſpeciale mandatum habenti ſolvitur. *l. 12. hic.*

Sed Procuratori tamdiu rectè ſolvitur, quamdiu domini voluntas durat, aut dominus non deceſſit, (Niſi poſt mortem ſolvere juſſerit: *l. 12. §. fin. l. ſeq. ff. mand. l. fin. ff. hic. Cujac. 16. obſ. 58.*) aut ſtatum non mutavit. *d. l. 12. §. 1. l. 51. hic.*

Debitor tamen, qui, revocatum mandatum ignorans, ſolverit, ex æquitate liberatur. *l. 34. §. ſi Titium. d. l. 12. §. fin. hic.*

Solvendum vel id quod debetur, & quidem totum, *l. 27. l. 33. §. 1. ff. l. 9. C. eod.* ex natura obligationis; etiam creditore invito: *princ. Inſt. quib. mod. toll. obl.* vel aliud ejus vice & loco: Aut pars; *Dd. in l. tutor. §. Lucius. de uſur. & l. 2. §. 1. de V. O.* ſed non niſi creditore volente. *l. 16. C. hic. l. 2. §. 1. de reb. cred. Hott. ill. qu. 22. Coraſ. ad l. 2. ff. de O. & A. Coſtal. ad l. 21. C. de reb. cred.*

Totum debitum ſolvere intelligitur, qui id integrum perfectumque dat, ut nec juri quicquam deſit, nec morari poſſit à debitore. *l. 20. l. 27. l. 38. §. 3. l. 69. l. 72. §. ult. l. 102. hic.*

Quantitas aut ſpecies debita ſi integra, tota; ſi pro parte ſolvatur, pro eâdem tantum perimitur obligatio. *l. 9. §. 1. hic.*

Qui genus debet, ſi partem ſpeciei ſolvat, nulla

ex

ex parte liberatur; ne fortè diverſas partes in diverſis ſpeciebus ſolvere velit. *d. l. 9. §. 1.*

Pecunia debita in eadem moneta ſolvenda, niſi creditoris nihil interſit. *l. 99. hic.*

Solvere debet debitor eodem loco quò conventum, *l. 1. l. pen. & t. t. de eo quod cert. loc.* (Niſi & quod creditoris ratione loci interſit, ſimul offerat: *d. l. 1. & l. pen. l. 8. C. hic.*) & ſua die, vel ante diem, *l. 70. hic.* etiam creditore invito, *l. 38. §. 16. l. 41. §. pen. l. 137. §. 2. de V. O. l. 70. l. 98. §. 4. hic. l. 1. §. 1. de cond. & dem. Donel. ad d. l. 41. §. pen. & 15. com. 2. & 16. com. 11. Diſſ. Cujac. 23. obſ. 23.* non poſt. *l. 85. hic.* Nam qui tardius ſolvit, minus ſolvere intelligitur. *§. plus autem. Inſt. de action.*

Et ita ſolvendum, ne quo modo res auferri poſſit, ſive in ſpecie, *l. 33. in pr. l. 20. hic.* ſive in genere debeatur. *d. l. 33. §. 1. l. 27. hic.*

Non ergò liberatur qui rem alienam ſolvit: *l. 46. hic.* nequidem ſi poſtea debitori poſſit acquiri: *l. 98. §. 3. hic.* aut alii pignoratam: *d. l. 20.* quia auferri poteſt: nec is qui rem ſolutam condictione indebiti poteſt repetere, eò quod exceptione perpetua tutus erat: *l. 34. §. ult. hic.* nec qui ſic dedit ut reciperet. *l. 55. eod.*

Qui rem communem ſolvit, pro parte tantum liberatur. *l. 94. §. 1. eod.*

Qui ex pluribus cauſis debet, ſi ex omnibus non ſolvat, dicere poteſt, quo debito exonerari velit: *l. 1. l. 101. l. 5. §. 1. hic.* nec poteſt creditor contradicere. *fac. l. 102. §. fin. hic l. ult. quib. mod. pign. ſolv.*

Quod ſi non dixerit, in poteſtate creditoris eſt, in quam cauſam accipiat, ſic tamen, ut, quaſi negotium debitoris gerens, in eam cauſam imputet, quæ gravior & durior eſt debitori. *vid. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. l. 89. l. 97. l. 101. §. 1. l. 102. §. Valerius. l. 103. ff. l. 1. C. hic.*

Quod debet facere in re præſenti; hoc eſt, ſtatim atque ſolutum eſt. *d. l. 1. 2. 3. 4. & ſeq. hic.*

Quod ſi id non conſtituat, ſi quidem ſummæ ſint omni ex parte æquales, decedit de omnibus pro rata: *l. 8. hic.* ſin aliqua durior vel gravior exiſtat,

Digitized by Google

exiſtat, primo in eam accepto feretur. *l.* 3. *cum ſeqq. hic.*

Gravior eſt, ex qua tum cum ſolvebat, ad ſolvendum compelli poterat. *l.* 3. §. 1. *l.* 103. *hic.* Sin tales ſunt omnes, ea quæ ex famoſa cauſa debetur; non ejus quæ pecuniam continet : deinde quæ ſub hypotheca vel pignore contracta eſt : poſt hunc ordinem potior habetur ex propria, quam aliena obligatione : ſin nihil eorum interveniat, vetuſtior. *l.* 37. *l.* 5. *in princ. l.* 102. §. 2. *hic.*

Solutione ritè factâ, non ſolum liberatur debitor, ſed etiam acceſſiones, ut fidejuſſores, & pignora, *l.* 43. *l.* 44. *hic.* & chirographum redditur inutile, *l.* 22. *C. eod.* illudque debitor poteſt condicere. *l. ult. C. eod.*

Cui petenti creditor inſtrumentum plenæ liberationis ſeu quietationis facere tenetur. *ſec. Bart. poſt text. in l.* 84. §. 7. *de legat.* 1.

Et melius eſt evidentem habere liberationem, quam chirographi redditionem. *l.* 14. *C. hic.*

Sunt præter ſolutionem, & aliæ liberationum cauſæ.

Vt eſt, rei debitæ oblatio, & creditore accipere nolente obſignatio & depoſitio; quæ ipſo jure liberat. *l.* 9. *C. hic. l.* 6. *l.* 19. *C. de uſur.*

Vt & confuſio; ut cum debitor creditori, aut contra creditor debitori ſuccedit. *l.* 95. §. *aditio. hic. l.* 38. *l.* 71. *de fidejuſſ. l.* 1. §. *ſi debitor. ad L. Falcid.*

Confuſio fit modò in totum, modò pro parte hæreditaria, prout ex aſſe, vel ex parte ſucceditur. *l.* 24. *l.* 50. *de fidejuſſ.*

Interitus ſpeciei liberat etiam debitorem perinde ac ſolutio : *l.* 107. *hic. l.* 23. *de V. O.* modò debitor dolo & culpâ careat : quâ non caret, ſi res poſt ejus moram perierit. *l.* 98. §. *fin. l. pen. hic. d. l.* 23. *de V. oblig.* Et propterea æſtimationem præſtare debet. *arg. l.* 24. *l.* 49. *l.* 82. §. 1. *l.* 91. *pr. l.* 12. *de V. O. l.* 26. §. *ſi is. de noxal. act. l.* 47. §. *ult. l.* 100. §. 11. *de legat.* 1. *l.* 12. §. *ult. depoſ. l.* 5. *de reb. cred. Cujac. Duar. Donel. ad l.* 23. *ff. de verb. oblig.*

Interiiſſe videtur, quæ deſiit eſſe in commercio : puta

pura ſacta, religioſa facta. *l.83. §. ſacram. de V. O. l. 98. §. fin. hic.*

Contingit etiam ab obligatione liberatio per chirographi redditionem. Nam creditor illud debitori reſtituendo, pactum de non petendo facere videtur. *l. 2. §. 1. de pact.*

Et inſtrumentum, ſi penes debitorem reperiatur, creditor ipſum liberaſſe præſumitur. *Bald. in l. 3. de pact.*

Pactum de non petendo obligationem naturalem ipſo jure, civilem æquitate exceptionis elidit. *l.95. §. naturalis. hic. §. præterea. Inſt. quib. mod. toll. oblig.*

De acceptilationibus.

TIT. IV.

Acceptilatio, eſt liberatio per mutuam interrogationem, quâ utriuſque contingit ab eodem nexu ſolutio. *l. 1. hic.*

Vel eſt imaginaria ſolutio, *§. 1. Inſt. eod.* ſtipulationis inſtar; *Goed. de contr. ſtip. c. 1. concl. 13. num. 71. & c. 12. concl. 13. num. 19.* quâ creditor animo diſſolvendæ obligationis interroganti debitori reſpondet ſe creditum recepiſſe, quod non recepit. Veluti, *quod tibi promiſi; habeſne acceptum? habeo. l. 6. in pr. l. 7. l. 9. hic.*

Fieri tantum poteſt purè, non ſub conditione, *l. 4. hic. l.77. de R. I.* ſcilicet expreſſa; *l. 4. de cond. cauſ. dat.* ſub tacitâ poteſt, *l. 12. l. 21. hic.* non in diem. *l. 5. hic.*

Quia, ut vera ſolutio ſtatim liberat, ſic & imaginaria ſtatim liberare debet. Fictio enim debet veritatem imitari. *l.23. de lib. & poſth. l. 16. de adopt. Bart. in l. ſi is qui. n. 22. de uſucap.*

Perficitur acceptilatio, verbis ſolennibus; *l. 1. C. hic.* quacunque linguâ prolatis; *§. 1. hic.* modò ſenſus congruat, & uterque ſive per ſe, ſive per interpretem idioma intelligat. *l. 19. hic.*

Acceptum rogare poſſunt, quibus ex negocio ſecum,

cum, vel cum eo cui ſucceſſerunt, geſto, debetur; patres familias ſi ſint & ſui juris.

Alieno nomine, *l.* 13. §. 10. *hic.* aut per procuratorem, acceptum ferre non licet. *l.* 3. *eod.* Quia acceptilatio eſt actus legitimus. *l.* 77. *de R. I. Cujac. lib.* 15. *obſ.* 16.

Accepto ferri poteſt debitori, ejuſque hæredi, & ex his quidem uni. *l.* 13. §. 11. *l.* 10. *in fin. hic.* Sed non alii quam qui debet, vel qui debitori jure poteſtatis acquirit. *l.* 8. §. 1. §. 2. *l.* 11. *hic.*

Acceptum ferri debet id ipſum quod debetur: *l.* 6. *l.* 13. §. 5. *hic.* & quidem ex cauſa ſtipulationis. Nam verbis tollitur obligatio, quæ verbis contracta eſt. *l.* 8. §. 3. *hic.*

Nec refert de re aliqua certa certoque contractu ſpecialiter, an de omnibus rebus & cauſis generaliter acceptum fiat. *l.* 18. *hic.*

Non tantum tota res debita, ſed & ejus pars accepto ferri poteſt; *l.* 9. *l.* 13. §. 2. *l.* 17. *hic.* modò ſit dividua: Individua enim ſi ſit, ut ſervitus, acceptilatio in partem facta, nullius momenti eſt. *d. l.* 13. §. 1.

Quod ſub conditione vel in diem debetur, accepto ferri poteſt: ſed utilis erit ſtipulatio tum, cum dies venerit, vel conditio extiterit. *l.* 13. §. 6. *l.* 21. *l.* 12. *hic.*

Tollitur per acceptilationem ipſo jure tantum (ut dictum) verborum obligatio: *d. l.* 8. §. 3. reliquæ obligationes ope exceptionis infirmantur, *l.* 19. *hic.* quatenus in acceptilatione quodammodo ineſt pactum de non petendo. *l.* 5. *in pr. de reſcind. vend.*

Quæ tamen & ipſo jure tolluntur, ſi prius per novationem in verborum obligationem transfuſæ, deinde per acceptilationem tollantur. §. 1. *verſ. ſed & id. Inſt. quib. mod. toll. obl.*

Licet omnes omnino obligationes ita novare & accepto ferre ſecundum formulam à Gallo Aquilio (undè Aquiliana acceptilatio dicta) introductam. *l.* 18. §. 1. *hic.* §. *eſt autem. Inſt. quib. mod. toll. obl.*

Cui

Digitized by Google

Cui acceptilationi Aquilianæ duplex ineſt ſtipulatio. Vna, quâ contractus prior in ſtipulationem deducitur; Altera, qua ita deductus acceptilatione ſequenti tollitur. *Pater in Enchirid. Inſt. hic.*

Inter acceptilationem & apocham hoc intereſt, quod acceptilatione omni modo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit: apochâ non alias, quam ſi pecunia ſoluta ſit. *l.* 19. §. 1. *hic.*

Poteſt & donationis cauſa acceptilatio fieri. *l.* 2. *C. hic.*

In contractibus in quibus ultro citroque eſt obligatio, tametſi ab una tantum parte intercesſerit acceptilatio, omnes nihilominus liberantur. *l. ult. hic. l.* 5. *de reſcind. vend.*

De prætoriis ſtipulationibus.

TIT. V.

PRætoriæ ſtipulationes ſunt, quas Prætor in Edicto interponi jubet.

Sunt vel Iudiciales, vel Cautionales, vel Communes. *l.* 1. *in pr. hic.*

Iudiciales eas dicimus, quæ propter judicium interponuntur, ut ratum fiat: ut judicatum ſolvi, & ex operis novi nunciatione. *d. l.* 1. §. 1.

Sic dictæ, non à judice, ſed à judicio; quod à Prætore ad firmanda judicia ſint inductæ.

Locum habent ubicunque judici æquum viſum fuerit.

Cautionales ſunt, quæ inſtar actionis habent, & ut ſit nova actio, intercedunt: ut de legatis ſtipulationes, & de tutela, & ratam rem haberi, & damni infecti. *d. l.* 1. §. 2.

Communes ſunt ſtipulationes, quæ fiunt judicio ſiſtendi cauſa. *d. l.* 1. §. 3.

Sic dictæ, quia non planè ſunt judiciales, nec omnimodo cautionales; eóque mixtam habent cauſam.

Omnes ſtipulationes naturâ ſuâ cautionales ſunt; hoc enim agitur in ſtipulationibus, ut quis cautior

Digitized by Google

cautior ſit, & ſecurior interpoſitâ ſtipulatione. *d. l.* 1. §. 4.

In omnibus his neceſſe, ut quid fieri conveniat, *l.* 6. *hic.* eóque nomine fidejuſſores dentur. *l.* 3. *eod.*

Per pignora, aut pecuniæ, vel auri depoſitionem hic non ſatiſdatur. *l.* 7. *eod.*

Quod hodie non admodum obtinet; cum bona per ſe ſint pignori ipſo jure tacitè obligata. *Bachov. ad Weſemb. hic.*

Sunt quædam ſtipulationes in quibus nuda repromiſſio ſufficit; *d. l.* 1. §. 5. ut ex operis novi nunciatione, ex cauſa damni infecti, duplæ. *d. l.* 1. §. 6. 7. 8.

Solet omnibus prætoriis ſtipulationibus pœna adjici, *l.* 6. *l. fin. hic.* ad evitandas probationum ejus quod intereſt difficultates: *d. l. fin.* Incertum enim continent. *d. l.* 2. *hic.*

Agitur ex his ſtipulationibus, ſi id quod convenit factum non eſt, adverſus debitorem, & ejus fidejuſſorem; *l.* 4. §. 2. *rem pup. vel adol. ſalv. for.* aut in id quanti ea res eſt, hoc eſt, quanti intereſt factum eſſe: aut ad pœnam, ſi quæ ſit verbis comprehenſa. *l.* 6. *l. fin. hic.*

Si in his ſtipulationibus ambiguus ſermo acciderit, Prætoris erit interpretatio: Ejus enim mens æſtimanda eſt. *l.* 9. *hic.*

Sed &, ſi quid vel addi, vel detrahi, vel immutari oporteat, prætoriæ eſt juriſdictionis. *d. l.* 1. §. *ult.*

Sæpius interponuntur, cum ſine culpa ſtipulatoris cautum eſſe deſiit. *l.* 4. *hic.* veluti ſi fidejuſſores initio dati, ad inopiam redacti ſunt, *l.* 10. *in fin. qui ſatiſd. cog.* aut ſi fidejuſſor ſtipulatori, vel ſtipulator fidejuſſori hæres extiterit. *l.* 9. §. *fidejuſſor. eod.*

Et in omnibus ſtipulationibus prætoriis, ex ſtipulatione procuratoris datur domino actio utilis. *l.* 3. *l.* 5. *hic.*

Recipiunt hæ ſtipulationes diviſionem, quoties incertam quantitatem, id eſt, id quod inter-

I eſt,

eſt, continent. *l.* 2. *hic. l. pœnales.* §. *Julianus. ad L. Falcid.*

Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore.

Tit. VI.

Exigitur hæc ſatiſdatio ab omnibus tutoribus vel curatoribus, *l.* 4. §. 2. §. 4. §. *ult. l.* 8. *hic.* niſi ſint teſtamentarii, aut ex inquiſitione dati: *l.* 7. *hic.* aut legitimi; iique aut parentes & patroni; ſed hi ſecundum quid. *l.* 1. §. 1. *de legit. tutor.*

Quibus tamen collega offerre poteſt, utrum ſatis accipere velint an ſatiſdare. *d. l.* 7.

Quæ ſatiſdatio per fidejuſſores fieri debet. *l.* 4. §. 1. §. 2. *hic.*

Eam ſtipulatur pupillus, vel alius qui in curatione eſt; ipſe, ſi præſens ſit & fari poſſit, licet ejus ſit ætatis, ut non intelligat quid agat: ſi abſit, aut fari non poſſit, ſervus ejus: Si ſervum non habeat, ei emi debet: Si non ſit undè ematur, ſervus publicus apud Prætorem ſtipulabitur, aut Prætor aliquem dabit, qui ſtipuletur, iſque pupillo actionem acquiret utilem, *l.* 2. 3. *&* 4. *in pr. & l.* 6. *hic.*

Ex qua ſtipulatione oritur actio, quæ contra tutores & eorum fidejuſſores datur finitâ tutelâ: *l.* 1. *hic.* contra protutorem, vel curatorem, & fidejuſſores ab eis datos, ſtatim ac quæque res ſalva eſſe deſiit. *d. l.* 1. *d. l.* 4. §. 24.

Eâ tenentur ſinguli fidejuſſores in ſolidum, nec habent beneficium diviſionis ex Epiſtola D. Hadriani. *l. ult. eod.*

Hac actione id conſequitur pupillus quod in tutelæ judicium venit. *d. l.* 4. §. 6. *l.* 9. *hic.*

Itaque & fructuum & uſurarum etiam habetur ratio. *l. ſi poſtea. eod.*

Ac tametſi res pupilli non perierit, tamen ſi non præſtetur, ei commiſſa ſtipulatio intelligitur, quaſi ſalva ei non ſit. *l.* 11. *eod.*

Judi-

Digitized by Google

Iudicatum ſolvi.

TIT. VII.

HÆc cautio, cum quis alieno nomine judicium ſubit, in ipſo litis initio, *l. un. C. de ſatiſdan.* præſtari debet, vel à domino litis præſente, vel à procuratore abſentis. *l.* 10. *hic. l.* 14. *qui ſatiſd. cogant.* §. *ſed hodie.* §. *ſi reus. Inſt. de ſatiſd.*

Eam ſtipulatur actor, nec ſolus dominus litis, ſed etiam procurator, vel tutor, vel curator, cui adminiſtratio commiſſa eſt. *l.* 3. §. 1. *cum* §§§§. *ſeqqqq. hic.*

Continet tres clauſulas. 1. De re judicata, (id eſt, ſolutum iri quantum judex deberi pronunciaverit. *l.* 9. *hic.*) 2. De re defendenda, (hoc eſt, ut niſi boni viri arbitratu lis agatur, & defendatur reus, quanti hoc nomine intereſt, exigere actor à reo & fidejuſſoribus poſſit. *Gl. & Dd. in l.* 9. *l.* 13. *eod.*) 3. De dolo malo, (id eſt, dolum malum abeſſe abfuturumque eſſe. *l.* 9. *l.* 6. *l.* 19. *eod.*)

Res defenſa non videtur, ſi non in ſolidum, *l.* 7. *eod.* aut non loco idoneo defendatur. *l.* 5. §. *fin. eod.*

Dolus abfuit, ſi nullo tempore adfuit. *l.* 19. *eod.*

Ex una cauſa hæc ſtipulatio commiſſa, ex aliis amplius committi nequit, *l.* 5. §. 2. *eod.* ſi videlicet idem, puta id quod in univerſum intereſt, & ex eâdem causâ, ab eodem petatur: alias ſecus eſt. *l. fin. eod.*

Committitur ob rem judicatam ſtipulatio, & dies cedit ſtatim poſt rem judicatam, ſed dies non venit, id eſt, exactio differtur ad tempus, quod reo damnato indulgetur. *l.* 1. *hic.*

Iudicatum accipe ab eodem Iudice, cui ſe fidejuſſores ſubdiderunt. *l.* 3. *l. pen. hic.*

Ob rem non defenſam non prius ſtipulatio commiſſa creditur, quam ex ea lis fuerit conteſtata. *l.* 13. *in pr. eod.*

Ob eam non committitur ſtipulatio, ſi lis

Digitized by Google

mortua finitave ſit: *l.* 2. *l.* 13. *l.* 15. *eod.* res talis ſit, de qua Prætor judicium accipere non cogat. *l.* 18. *hic.*

Ratam rem haberi, & de ratihabitione.

Tit. VIII.

Exigitur hæc cautio ab eo qui alieno nomine agit, (hoc eſt, quoquo modo alienum jus perſequitur) *l.* 39. §. 1. *de procur. Inſt. de ſatiſdat.* tum demum, cum incertum eſt, an mandatum habeat nec ne: *l. ut ſatiſdatio. hic.* aut cum alioqui mandatum exhibere non cogitur: ut conjuncta perſona. *l.* 21. *C. de procur.*

Ex ea datur actio, tam adverſus procuratorem qui promiſit rem ratam haberi; quam adverſus fidejuſſorem, ſi dominus eundem actum retractaverit; ratum videlicet non habendo, quod geſtum eſt, & iterum petendo, &c. *l. quo enim.* §. *ult. hic.*

Ratum non habere videtur, qui quod geſtum eſt improbat, quaſi procurator mandatum non habuerit. *d. l. quo enim.* §. 1. *l.* 1. *hic.*

Ratum habetur, non tantum verbis, ſed etiam actu: veluti, ſi dominus litem ab alio inchoatam perſequatur. *l.* 5. *eod.*

Ac poteſt vel in totum, vel ex parte ratum haberi. *l.* 18. *hic.*

Quod ſi dominus primò ratum non habeat, poſtea mutatâ voluntate ratificet, etſi ſummo jure commiſſa ſit ſtipulatio, tamen exceptione doli promiſſor ſe tueri poterit. *l.* 12. §. 1. *hic.*

Si ratum non habeatur, datur ex hac ſtipulatione actio in id quod intereſt. *l.* 13. *in pr. l.* 18. *l.* 19. *eod.* Vnde quatenus intereſt; eatenus condemnatio fit. *d. l.* 18. *l.* 19. *hic.*

Stipulatio autem hæc committitur ſtatim atque dominus de re geſta certior factus, ratam eam non habet.

Ejuſmodi tamen tempus relinquendum eſt, quod ad deliberandum de præſenti negotio ſufficiat: niſi forte certum tempus in ſtipulatione ſit adjectum. *Weſ. hic. n. 2.*

DIGESTORUM
LIBER XLVII.

De privatis delictis.

TIT. I.

SEquuntur poſt judicia civilia, puta ut prætoriis opponuntur; hactenus expoſita, criminalia: quæ ſiunt ob privata delicta, vel popularia, vel publica crimina.

Privata (de quibus primo loco dicitur, quia ſuperioribus judiciis civilibus ſunt ſimiliora) ſunt, in quibus injuria privato illata cognitione judicis, ſed non pedanei, datique, *Bachov. in not. ad Weſembec. hic. num.* 2. & 3. vindicatur. *l.* 9. §. 5. *de publican. l. ult. hic. l. un. C. quand. civil. act. prajud. crim. l. fin. de furt.*

Sunt aut Ordinaria, in quibus certa pœna præſtituta eſt, certaque & civilis petendi & judicandi forma ſervatur: *l. fin. hic.* Aut Extraordinaria, in quibus nulla certa pœna præſtituta eſt, certâque petitione non agitur; ſed pro arbitrio judicis, & qualitate commiſſi.

De ordinariis etiam extra ordinem agi poteſt: *l. fin. hic. l. fin. de furt. l. fin. de injur.* quo caſu actor in crimen ſubſcribere cogitur. *l. fin. hic.*

Nam de ordinariis agitur, aut ordinariè ad mulctam certam, legibus præſtitutam, apud judicem ordinarium: aut extra ordinem ad vindictam, & incertam neque jure definitam pœnam, ſed ab arbitrio ejus, cujus de ea re notio eſt, pendentem. *d. l. fin. hic. d. l. fin. de furt. d. l. fin. de injur.*

Quam pœnam ſi actor petit ſibi applicari, ci-

Digitized by Google

vile privatum, ordinarium ac pecuniarium judicium inſtitutum eſſe intelligitur: *d. l. 9. §. 5. d. l. fin. de furt.* ſi fiſco applicari poſtulat, extra ordinem criminaliter agi videtur. *d. l. fin. de injur. d. l. fin. de furt. Gl. in l. 3. de ſepulchr. viol. Bart. in l. fin. n. 3. 4. hic.*

Sed ex omni delicto, utrovis modo, & criminaliter ad pœnam, & civiliter ad id quod intereſt, & damnum datum, agi poteſt. *d. l. 9. §. 5. l. 3. C. ad L. Aquil. l. fin. hic. l. qui nomine. ubi Bart. de falſ. Boſſ. in prax. crim. tit. de furt. n. 37.* Nec una actio alteram conſumit. *l. 1. ubi Bart. & Dd. C. quand. civ. act. Bart. in l. 2. §. 1. vi bon. rapt.*

Poteſt etiam utraque actio uno libello comprehendi; Sed modo ſubalternatim, ut primò criminaliter, ſecundariò civiliter agatur. *Bart. & Dd. in l. interdum. de publ. jud. & l. 2. §. 1. vi bon. rapt. Weſemb. hic. n. 4.*

Si plura delicta concurrant in eandem rem & perſonam, ut ſi quis ſervum alienum ſurripuerit & occiderit, ex ſingulis delictis ſingulæ oriuntur actiones, neque alia per aliam conſumitur. *l. 2. hic.*

Actiones quæ ex delictis competunt, noxales ſunt, & noxa caput ſequitur. *l. 1. §. ult. hic.*

Ideò pœnales actiones in hæredes non dantur, nec cæteros ſucceſſores; *d. l. 1. in pr.* niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata: *l. un. C. ex delict. defunct. l. 164. l. 193. de R. I.* ſed plerunque hæredibus competunt. *d. l. 1. §. 1. Bart. in l. fin. n. 8. hic.*

De furtis.

TIT. II.

Delictorum privatorum ſpecies generales ſunt: Furtum (quod frequentiſſimum), Rapina, Damnum injuria datum (de quo ſupra *lib. 9. tit. 2.*), & Injuria.

Furtum (dictum vel à furvo, id eſt, nigro, quod clam, obſcurè, & plerunque nocte fiat, vel à fraude,

de, vel à ferendo, id eſt, auferendo, vel à græco φὼρ ἀπὸ τοῦ φέρειν, id eſt, ferendo, *l.* 1. *in pr. hic.*) eſt contrectatio rei, fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſve; quod lege naturali prohibitum eſt admittere. *d. l.* 1. §. *fin.*

Dicitur *contrectatio*, quia ſola furti faciendi cogitatio furem non facit; *d. l.* 1. §. 1. *l.* 223. *de V. S.* in tantum, ut quamvis furti faciendi gratiâ quis in domum intrarit alienam, nondum tamen contrectavit, fur non ſit. *l.* 21. §. 7. *hic.*

Et, cum contrectare ſit loco movere, *l.* 3. §. 18. *de acquir. poſſ.* ſeu, de loco ad locum admovere, *Bart. in l.* 1. *hic.* hinc eſt, quod nec rei immobilis, §. 2. *verſ. abolita. Inſt. de uſucap. l.* 25. *hic.* nec incorporalis, *fac. l.* 43. §. 1. *de acquir. rer. dom.* §. 2. *Inſt. de rebus corporal.* furtum fieri poſſit.

Quæ contrectatio, ut furtum faciat, debet eſſe fraudulosa, id eſt, quæ fit dolo, fraudandi & alieni invertendi cauſa. Furtum enim ſine affectu furandi non committitur. §. *placuit. Inſt. hic.*

Hinc & requiritur, ut res quæ contrectatur, ſit aliena. Propriæ enim rei nemo furtum facit. *l.* 53. §. *fin. hic.*

Quod ſi tamen rem meam auferendo, jus, quod quis in re mea habet, intercipiam, furtum committo; ut ſi rem meam, quam alii pignoris loco dedi, eidem ſubtraham. §. 10. *Inſt. l.* 19. §. *fin. hic.* vel rem alii commodatam, in quam is impenſas fecerat, *l.* 59. *l.* 15. §. 2. *eod.* aut in quo alter uſumfructum, aut poſſeſſionem habebat. *d. l.* 15. §. 1. *l.* 20. *l.* 53. §. *fin. eod. l.* 2. §. 22. *vi bon. rapt.*

Nec rei hæreditariæ furtum fieri poteſt. *l.* 68. *h. t.* Quia hæreditas jacens nullius in bonis eſt. *l.* 1. *de rer. diviſ.*

Vt autem contrectatio furtum inducat, fieri debet invito domino.

Eo enim volente & conſentiente ſi fiat, furtum quidem revera committitur, *l.* 46. §. *pen. h. t.* ſed furti actio locum non habet. *d. l.* 46. §. *pen. ubi Gl.*

Digitized by Google

Et, qui exiſtimat volente domino ſe rem contrectare, licet id fiat eo invito, furtum non facit nec furti tenetur. *d. l. 46. §. 7. l. 76. pr. ff. §. 7. Inſt. h. t.*

Contrectatio ut furtum inducat, debet lucri faciendi cauſa fieri: quia ſi quis alio fine rem amoverit, furtum non committit; ut qui libidinis cauſa alienam ancillam celat. *l. 39. h. t.*

Maleficia enim voluntas & propoſitum delinquentis diſtinguit. *l. 53. eod.*

Non intereſt, ſive ipſam quis rem lucrari velit, ſive uſum rei & poſſeſſionem. *l. 15. l. 25. l. 20. h. t.*

Quod enim jus eſt in tota re, idem eſt in parte aut uſu rei. *l. 76. de rei vind.*

Erat olim furtum aliud oblatum, aliud conceptum, aliud prohibitum, aliud non exhibitum. *§. 4. Inſt. eod.*

Quæ ſpecies potius ſunt actionum, furto cohærentes, quam genera furtorum. *§. furtorum. Inſt. h. t.*

Quibus ſublatis, hodie furtum aliud dicitur manifeſtum, aliud nec manifeſtum. *l. 2. hic.*

Manifeſtum furtum eſt, quando fur vel deprehenditur in ipſo facto, vel videtur cum acclamatione, aut apprehenditur, antequam eo loci rem pertulerit, quo deſtinaverat eo die cum furto manere. *§. 3. Inſt. l. 3. & ſeqq. h. t.*

Apprehenditur fur vel manus injectione, vel viſu. *§. 3. verſ. Imò ulterius. Inſt. eod.*

Fur viſus *ſecundum Cujacium lib. 11. obſ. 58.* habetur pro manifeſto, ſi dominus qui vidit, viſu acclamaverit, Quo te fur protipis? Quove res abit mea? & quid ſimile.

Quæ acclamatio hic neceſſaria, ut, quem manibus apprehendere nequit, eum & viſu & voce apprehendat: quod ſi voce hoc non fecerit, ſi-cet eum viderit, furtum non ſit manifeſtum. *l. 7. §. 1. hic.*

Si fur rem furtivam pertulit quo ea die cum ea manere, *l. 3. hic.* deſtinavit, licet videatur & de-

pre-

prehendatur cum re furtiva, non eſt manifeſtus fur. *l.* 5. §. 1. *eod.*

Furem ergò manifeſtum faciunt, locus furti, vel quicunque; & apprehenſio. *d. l.* 5. §. 1.

Non refert utrum deprehendatur à domino rei, an ab alio. *d. l.* 7. §. *fin.*

Furtum nec manifeſtum eſt, quod quamlibet dum fieret, inventum non eſt, tamen furtum factum fuiſſe probatur. *Caius lib.* 2 *Inſt. tit. ult.* §. 2.

Cujus & tenetur, qui ſcienter rem furtivam ſuſcipit & celat. *l.* 14. *C. hic.*

Pœna furti manifeſti ex lege XII Tabularum fuit corporalis. *A. Gell. II Noct. Attic. cap. ult.* ſed Prætor eam mutavit in pecuniariam quadrupli. §. 5. *Inſt. hic. l.* 56. *eod.*

Nec manifeſti furti pœna ex ipſa lege XII Tabularum eſt pecuniaria in duplum: & ſic non prætoria, ſed civilis. §. 4. *Inſt. de noxal. act. d.* §. 5.

In quo quadruplo, aut duplo, ſimplum, id eſt, rei perſecutio, non continetur. §. *fin. Inſt. hic.*

Actio furti ſive manifeſti, ſive nec manifeſti, datur omni illi, cujus (ſaltem ex honeſta cauſa. *l.* 11. *hic.*) intereſt, rem non eſſe ſurreptam, quamvis non ſit dominus; nec datur aliter, quam ſi ejus interſit. §. 14. *Inſt. eod.*

Hinc & creditor furti agere poteſt de pignore ſurrepto, *d.* §. 14. fullo & ſarcinator de veſtimentis quæ acceperunt polienda & ſarcienda, §. 15. *eod.* item commodatarius de re commodata. §. 19. *eod.*

Cum quis ſemel actionem furti habet, aſſiduâ furis contrectatione non magis actio naſcitur; ne quidem in id, quo poſtea res crevit. *l.* 9. *in pr. hic.*

Tenetur furti non ſolum ipſe fur, ſed & is cujus ope & (*id hic eſt, aut; per l.* 53. §. *ult. de V. S. ubi Cujac. in com.*) conſilio furtum factum eſt. §. 11. *Inſt. hic.*

Qui opem tantum tulit, tenetur hac actione in duplum, *l.* 34. *hic.* licet in ipſo actu opem præſtandi deprehendatur.

Qui conſilium dedit ut furtum fieret, in duplum

Digitized by Google

eodem modo tenetur, ſi fur conſilio paruerit, atque ita furtum ſit ſecutum. *l.* 36. *l.* 52. §. 19. *eod.* nam ex ſolo conſilio ad furtum faciendum quis non tenetur. *d.* §. 11. *d. l.* 52. §. 19.

Plures qui ſimul delinquunt & furantur, omnes ad eandem pœnam, & quidem in ſolidum obligantur. *l.* 21. §. 1. *hic. l.* 51. *ad L. Aquil. Gl. in l.* 22. *depoſ. l.* 51. §. 1. *de adm. tut. l.* 15. §. *ſi in ſepulchrum. quod vi aut clam. Hott. ill. qu.* 33. *Cujac.* 3. *obſ.* 6.

Qui pœnitentiâ ductus, rem ſurreptam reſtituit, non deſinit fur eſſe. *l.* 65. *hic.*

Tenetur fur pluribus actionibus; puta, actione ad exhibendum: rei vindicatione, ſi rem poſſideat: condictione furtiva, quæ rei; actione furti, quæ famoſa, *l.* 1. *verſ. furti. l.* 8. *de his qui not. inf.* & pœnæ eſt perſecutoria: actione extraordinaria, quæ hodie maximè eſt in uſu. *l. ult. hic.*

Non ideò tamen minus, ſi qui velit, poterit civiliter agere. *d. l. ult. in fin.* Quod tamen non improbabiliter negant. *Bachov. ad Treutl. theſ.* 3. *lit. c. diſp. de privat. delict.*

Fredericus Imperator, *in* §. *ſi quis quinque. de pac. tenend.* 2. *Feud.* 27. pœnam laquei illis irrogat qui quinque ſolidos valens, aut plus furati fuerint: quod generaliter accipiendum non eſt, ſed tantum in caſu fractæ pacis. *Alvar. in d.* §. *ſi quis quinq. Panor. in c. tua nos.* §. *fin. n.* 8. *de homicidiis.*

De tigno juncto.

TIT. III.

Dictum, præcedenti titulo, de furtis in genere: jam ſpecialiter & de aliqua re ſurrepta, & de quibuſdam perſonis ſurripientibus dicetur.

Quod ad rem attinet, ſpecialiter de tigno furtivo alienis ædibus, aut alienæ vineæ juncto agitur. *l.* 1. *in pr. l.* 2. *hic.*

Tigni appellatione, omnis materia ex qua ædificium conſtat, & quæ vineæ eſt neceſſaria, continetur. *d. l.* 1. §. 1. *l.* 7. *ad exhib. l.* 62. *de V. S.*

Tignum

Tignum quamdiu junctum eſt, nec vindicari Lex XII Tabularum permittit, ne ædificia reſcindantur, & ſic ruinis aſpectus publicus (contra quam ex uſu eſt civitatum: *l. 2. & 3. C. de ædific. priv.*) deformetur, neve cultura vinearum turbetur: nec ejus nomine agi ad exhibendum: ſed in eum qui junxit, actionem dat in duplum, quæ vocatur de tigno juncto. *l. 1. in pr. & §. ult. l. 23. §. pen. de rei vind. l. 6. ad exhib. l. 7. §. cum in ſuo. de acq. rer. dom.*

Separato tigno, dominus poteſt illud vindicare, & ad exhibendum agere, niſi jam duplum ſit conſecutus. *d. l. 7. §. cum in ſuo. §. 29. Inſt. eod.*

Poterit etiam, ſi non pœnam, ſed rei æſtimationem velit conſequi, licet tignum adhuc ſit junctum, hactenus rei vindicatione & ad exhibendum agere, ut adverſarius in æſtimationem condemnetur; quaſi dolo malo fecerit, quominus poſſideat. *d. l. 1. in fin. l. 23. §. pen. ubi Gl. & Dd. de rei vind. l. 98. in fin. de ſolut.*

Quo modo res vindicari poteſt, etſi proponat tigni furtivi nomine in duplum actum. Extrinſecus enim eſt rei vindicatio, & cum actione dupli concurrit, nec alia aliam electione, *l. 2. h. t.* ſed ſolutione, conſumit.

Vndè ſi duplum jam conſecutus fuerit, amplius vindicare non poterit. *§. cum in ſuo. Inſt. de rer. diviſ.*

Si is qui teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem domini, ante aditam hæreditatem ſurripuiſſe aut corrupiſſe dicetur.

TIT. IV.

HOc Edicto Prætor coërcet protervitatem calliditatemque ſervi, qui rem hæreditariam dolo malo, aut latâ culpâ, ſurripuit, vel corrupit, ſciens ſe non poſſe ut ſervum coërceri, quia libertas ſibi in

in teſtamento relicta eſt: nec poſſe furti conveniri, quia & contra dominum peccavit, *l.* 17. *de furt.* id eſt, contra hæreditatem, quæ perſonam defuncti domini repræſentat: *l.* 1. §. 1. *hic.* & hæreditariarum rerum furtum fieri nequit. *l.* 68. *de furt. l.* 33. *de acq. rer. dom.*

In hunc, Prætor, (quia natura æquum, eum non eſſe impunitum, qui hac ſpe hæreditatem diſſipavit.) intra annum dat utilem actionem in duplum. *l.* 1. *in pr. &* §. 1. *&* §. 2. *hic.*

Quæ actio competit hæredibus cæteriſque ſucceſſoribus: *d. l.* 1. §. *pen.* adverſus unum pluresve, & quidem ſolidè in ſingulos. *d. l.* 1. §. *pen. &* §. *ult.* Quia quot ſunt delinquentium perſonæ, tot & ſunt delicta, quæ à ſingulis luenda; nec unius ſolutio alterum liberat. *l.* 1. *C. de cond. furt.*

Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios.

Tit. V.

PRoponitur hoc titulo actio in duplum in eos qui naves, cauponas, ſtabula exercent, ſi quid à quoquam eorum, quosve ibi habebunt, furtum factum eſſe dicetur. *l. un. hic.*

Quâ de actione diximus ſupra. *ad tit. naut. caup. ſtab.*

Si familia furtum feciſſe dicetur.

Tit. VI.

HOc Edicto Prætor domino innocenti, ne cogatur toties litis æſtimationem offerre, quot ſervi deliquerunt, permittit, vel omnes ſervos qui participaverunt furtum, (de quibus tantum loquitur) noxæ dedere, vel ſolvere, quantum ſolveret ſi unus liber furtum commiſiſſet; *l.* 1. *in pr. &* §. 1. *hic.* id eſt, pœnæ nomine duplum, & condictionis ſimplum præſtet. *l.* 2. *hic.*

It

Et ſanè per præſtationem ſimpli tollitur obligatio, tanquam ſolutione. §. 1. *Inſt. quib. mod. toll. obl.*

Illud arbitrium tribuitur domino totiens, quotiens ignorante eo furtum factum eſt: non ſi eo ſciente. *d. l.* 1. §. 1.

Scire is accipitur, qui ſcit & potuit prohibere. Scientiam enim ſpectare debemus, quæ habet & voluntatem. Cæterum ſi ſcit, prohibuit tamen, dicendum eſt uſurum Edicti beneficio. *d. l.* 1. §. 1. *verſ. is autem.*

Hoc Edictum quod de furto loquitur, ad damnum à familia datum producitur, *d. l.* 1. §. *pen. l.* 32. *in pr. ad L. Aquil.* non ad injuriam à familia factam. *l.* 9. *de juriſd. Pac. Iſagog. hic.*

Familia autem cœtus eſt ſervorum uni domino ſubjectorum.

Arborum furtim caſarum.

Tit. VII.

Si furtim arbores cæſæ ſint, & ex lege Aquilia & ex Lege duodecim tabularum dandam actionem Labeo ait, ſed Trebatius ita utramque dandam, ut judex in poſteriore deducat id quod ex prima conſecutus ſit, & reliquo condemnet. *l.* 1. *hic.* Hactenus enim rei perſecutoria pœnalem conſumit. *Bachov. ad Weſemb. hic.*

Actio hæc arborum furtim cæſarum datur domino, qui dominium directum ſive utile habet, *l.* 5. §. *fin. hic.* licet fundum vendiderit; *l. ult. eod.* non fructuario; *d. l.* 5. §. *pen.* datur hæredibus cæteriſque ſucceſſoribus. *l.* 7. §. *pen. eod.*

Si plures domini ſint, una tantum actio datur, & pœna tantum ſemel præſtatur. *l.* 6. §. 1. *eod.*

Competit adverſus eum, qui arborem ſuccidit, vel deglabravit, vel ſubſecuit, vel cinxit, vel aliquid eorum fieri imperavit: *d. l.* 5. *in pr. d. l.* 7. §. 2. §. 4. non in hæredem; *d. l.* 17. *in fin.* quia eſt pœnalis. Nec refert an tota arbor, an pars cæſa ſit. *d. l.* 7. §. 3.

Si plures deliquerint, cum ſingulis in ſolidum agetur. *l.* 6. *in pr. hic.*

Eſt hæc actio in duplum, *d. l.* 7. *in fin.* factâ æſtimatione ejus quod domino intereſt non lædi, de qua deducitur pretium ipſorum corporum læſorum, quæ apud dominum manent. *d. l.* 8. *in pr. eod.*

Arborum appellatione continentur etiam vites, ederæ, arundines, ſalicta: non quæ radices non habent. *l.* 3. *l.* 4. *eod.*

Furtim cædit arbores, qui clam cædit. *d. l.* 8. §. 1. id eſt, ignorante domino, celandique ejus animo facit; *d. l.* 7. *in pr.* non qui per vim ſciente domino cædit. *d. l.* 8. §. *ult.*

Cædere dicitur, non ſolum qui ſuccidit, ſed etiam qui cædendi cauſa ferit. *L.* 5. *hic.*

Cingere, qui deglabrat, hoc eſt, amputatis ramis, aut abſtracto cortice, glabram facit.

Subſecare, qui ſerra, aut alio modo ſecat. *d. l.* 5. *in pr.*

Concurrit dicta Actio arborum furtim cæſarum, 1. Cum Actione legis Aquiliæ; *l.* 1. *hic.* 2. Cum Iudicio criminali extra ordinem; *l.* 2. *eod.* 3. Cum Actione furti; 4. Condictione furtiva; 5. Ad exhibendum, ſi lucri faciendi cauſa contrectaverint; *d. l.* 8. §. 2. 6. Cum Actione locati, ſi colonus cædat; *l.* 9. *hic.* ſed alterutra actione dominus contentus eſſe debet; *d. l.* 9. 7. Cum Interdicto quod vi aut clam. *l. pen. eod.*

Vi bonorum raptorum, & de turba.

Tit. VIII.

PRoponuntur hoc titulo duo delicta, Nempe rapina, & damnum dolo malo datum. *l.* 2. *in pr. hic.*

Rapina, eſt contrectatio violenta & fraudulosa rei alienæ, mobilis, invito domino: quod immobilis res invadi potius quam rapi dicatur. §. 1. *Inſt. l.* 1. §. *hic. Pater in Enchir. eod.*

Eſt

Digitized by Google

Eſt atrocius delictum quam furtum; quia palam fit & per vim: furtum clam & ſine vi; magiſque apparet in rapina invito domino factum delictum, quam in furto.

Damnum hic omnia damna continet, quæ violentiæ permixta ſunt: *d.l.*2. §.9. & per illud corporis deteriorationem, ut interemptionem, intelligimus. *Pac. in Iſag. hic.*

Hinc diſtinguitur à rapina, furto, injuria, quibus res non corrumpitur.

De damno & rapina tria Edicta à Prætore propoſita ſunt, quorum duo hoc titulo continentur, tertium in ſequentem titulum rejicitur.

Primum Edictum eſt de damno dato hominibus, ad hoc ut damnum daretur, coactis, & de bonis vi raptis. *d. l.* 2. *in pr.*

Cui locus, etiamſi unus homo coactus ſit. *d. l.* 2. §. *ſed etſi unus.*

Eo Prætor actionem dat, vi bonorum raptorum dictam, *d. l.* 2. §.17. omnibus quorum intereſt rem non eſſe raptam, aut damnum non eſſe datum, ſive res in bonis ejus, ſive res ex bonis fuerit; §. *ult. Inſt. l.* 2. §. 21. *hic.* & generaliter ex quibus cauſis furti actio alicui competit in re clam facta, ex iiſdem hæc actio ei competit propter rapinam. *d. l.* 2. §. 22. *&* §. 23.

Competit hæc actio in eum qui dolo malo (ſub quo & vis comprehenditur. *d.l.*2. §.8.) rapuit, aut damnum dedit: vel rapinæ, aut damno, dolo cauſam dedit. *d. l.* 2. §. 12. §. 1. Dolus autem ineſſe ſemper præſumitur. *d. l.* 2. §. 8. *l.*14. §. *cum. de eo quod met. cauſ.*

Qui ſi abeſt, ceſſat hæc actio, & ad alia remedia eſt confugiendum. *d. l.* 2. §. 18.

Qui hominibus coactis damnum dedit, aut aliquid rapuit, licet ſine vi, dummodò dolo admiſerit, hoc Edicto tenetur; *d.l.*2.§.9. ut & is qui homines coëgit, licet alius damnum dederit, nec rapuerit: & is qui damnum dedit, vel rapuit, etiamſi alius homines coëgerit: item is qui inter coactos fuit, ſi damnum dedit, aut rapuit. *d. l.* 2. §. 3. §. 11.

Homines coactos accipere debemus ad hoc coactos, ut damnum daretur. *d. l.* 2. §. 4.

Datur hæc intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum. Puta ad quadruplum vel (ſi quidem agat dominus vel bonæ fidei poſſeſſor) ipſius rei: *d. l.* 2. §. 13. vel agente eo in cujus bonis non eſt, ut commodatario, creditore, conductore, &c.) quanti intereſt rem, vel uſum non eſſe ablatum: quod eſt ſimplum; hic quadruplandum. §. *fin. Inſt. hic. Pater in Enchir. Inſt. hic.*

In quadruplo autem res ineſt, & pœna eſt tripli. *in pr. Inſt. eod. & §. vi autem. Inſt. de action.*

Quam pœnam tripli, is qui rapuit non vitat, ſi ante judicium rem reſtituat. *l. pen. hic.*

Punit Prætor raptorem in triplum nullâ adhibitâ (ut in furto) diſtinctione, deprehenſus ſit in delicto, an non ſit; ſit res magni momenti, nec ne. *Weſ. hic. n.* 6.

Poteſt & rerum raptarum nomine furti nec manifeſti agi, neque altera actio alteram conſumit, niſi quatenus amplius eſt in actione vi bonorum raptorum. *l.* 1. *hic.* Poteſt & furti manifeſti nomine conveniri; *l.* 80. §. *cum raptor. ff. de furt.* Quia improbus fur eſt: *princ. Inſt. hic.* ſed tum demum cum deprehenſus eſt. *Cujac. in par. C. hic. & 6. obſ.* 2. *Hott. in com. Inſt. hic.*

Poſſunt etiam raptores aliis actionibus conveniri, tam civilibus, ut Lege Aquilia, cum per rapinam ſimul res aliqua fracta aut corrupta fuit; condictione furti; rei vindicatione; aliiſque condictionibus: *d. l.* 2. §. *pen. l. ſi quis in tantam. C. unde vi. l.* 4. *C. fin. regund.* quam criminalibus. *t. t. ff. & C. ad L. Jul. de vi priv. & L. Jul. de vi publ. l. un. de rapt. virg.*

Secundum Edictum eſt de damno in turba dato. *l.* 4. *hic.*

Loquitur de damno dato, & de amiſſo; non etiam de rapto, ut ſuperius. *d. l.* 4. §. 9.

Amiſſa dicuntur ea, quæ corrupta alicui relinquuntur, ſciſſa fortè vel fracta. *d. l.* 4. §. 10.

Turba, eſt multitudinis hominum, cum mini-

mum

Digitized by Google

rum decem, perturbatio & cœtus; rixa verò duorum. *d. l.* 4. §. 3.

Hoc Edicto tenetur non ſolum qui damnum in turba dedit, ſed etiam is qui dolo malo fecit, ut in turba damnum daretur. *d. l.* 4. §. 1. §. 4. §. 6. §. 14.

Oritur ex hoc Edicto actio in factum, quæ intra annum utilem eſt in duplum quanti ea res eſt, (quod ad verum pretium refertur: & præſentis temporis fit æſtimatio:) poſt annum eſt in ſimplum. *d. l.* 4. *in pr. &* §. 8. §. 7. §. 11.

Actio ex hoc & ſuperiori Edicto datur hæredibus, cæteriſque ſucceſſoribus, non in hæredes, aliósque ſucceſſores, niſi in id quod ad eos pervenit: *d. l.* 2. §. *ult. d. l.* 4. §. *ult. l.* 38. *l.* 111. §. 1. *ff. de reg. jur.* Ad quod tamen & competit condictio. *d. l.* 2. §. *ult. l.* 1. *ſup. de priv. delict.*

De incendio, ruina, naufragio.

Tit. IX.

Tertium Edictum eſt de rapina & damno.

Quo Prætor in eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata, rapuiſſe, vel dolo malo recepiſſe, damnive quid in his rebus dediſſe dicetur, actionem intra annum utilem in quadruplum, poſt annum in ſimplum dat. *l.* 1. *hic.*

Ex incendio rapitur quod propter incendium, hoc eſt, propter tumultum incendii, vel trepidationem incendii, rapitur, vel ex ipſo igne, vel ex loco ubi incendium fit, vel ex adjacentibus prædiis. *d. l.* 1. §. 2. §. 3.

Similiter ruinæ appellatio refertur ad id tempus quo ruina fit, non tantum ſi ex his quæ ruerunt, tulerit quis, ſed etiam ſi ex adjacentibus. *d. l.* 1. §. 4.

Ex naufragio rapi dicitur, ſi tempore & loco naufragii quis rapiat. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. *in princ. eod.*

Itaque ſi quis ex naufragio, vel ex incendio, ruinave ſervatam rem, & alio loco poſitam ſubtraxerit, aut rapuerit, furti, aut alias vi bonorum rapto-

raptorum judicio tenetur: maximè ſi non intelligebat, ex naufragio, vel ex incendio, ruinave eam eſſe. *l. 5. hic.*

De eo quod ex rate, nave expugnata raptum ſit, eandem interpretationem adhibere debemus. *d. l. 5. in fin.*

Expugnatur navis, cum ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſolvitur, aut pertunditur, aut funes ejus præciduntur, aut vela conſcinduntur, aut anchoræ involantur de mari. *l. 6. eod.*

Hac actione non ſolum, qui vi rapuit, ſed etiam qui ſine vi abſtulit, vel amovit, vel damnum dedit, vel recepit, tenetur; *l. 3. §. 3. & §. 4. eod.* dummodo dolo malo fecerit. *d. l. 3. §. 3. §. 7.*

Qui ſi abſit, ceſſat Edictum: *d. l. 3. §. 7.* ut ſi vicini domum orto incendio defendendarum mearum ædium cauſa diſſipem. *d. l. 3. §. 7. verſ. Quemadmodum.*

Datur hæc actio hæredibus, non in hæredes, niſi in quantum ad eos pervenit. *l. 4. §. ult. eod.*

Si quis auctor incendii aut naufragii dolo malo fuerit, capitali pœna, plerumque vivicomburio, tenetur. *l. fin. §. 1. l. 3. §. fin. l. 9. hic. l. 28. §. incendiarii. de pœn.*

Qui culpa & negligentia cauſam incendio dedit, venia indiget, *l. pen. hic.* puta hactenus ut vitæ corporique parcatur; ſed noxiam ſarcire tenetur, *d. l. 9.* datâ in duplum ex hoc Edicto actione; *d. l. 9. Paul. lib. 5. ſent. tit. 3. §. ult.* quæ incendiaria appellatur. *l. 7. §. 13. de pact. l. 22. §. 9. l. 30. ad L. Aquil.*

Qui extra omnem eſt culpam, nulla pœna dignus eſt. *l. 11. de peric. & com. rei vend.*

De injuriis & famoſis libellis.

TIT. X.

QVoniam non tantum legibus coërceri debet is, qui contra jus damnum alicui dat, verum etiam is, qui in contumeliam alterius quicquam facit, quamvis nullum damnum ei inferat, ideo ſequitur titulus

titulus de injuriis: id eſt (ut hoc loco injuria accipitur), contumeliis. *l.* 1. *hic.*

Eſt injuria delictum, dolo malo in alterius comtemptum, contumeliam & ignominiam, admiſſum.

Eſt vel levis; vel atrox. *l.* 7. §. *pen. l.* 17. §. *quadam. hic.*

Utrum autem levis ſit, an atrox, ex circumſtantiis dignoſcitur, id eſt, ex perſonis, loco, tempore, facto. *d.l.*7. §. *ult. & ll.ſeqq. d.l.*17. §. *quadam.*

Atrox injuria æſtimatur ex perſona; ſi magiſtratus, pater, patronus, injuriam ab ipſis obnoxiis, vel nobilis ab ignobili patiantur, aut contra. *d.l.*17. §. 3. *ff. l.* 4. *C. eod.*

Ex loco; ſi quis in foro publico injuriam patiatur, vel in privato; puta atrocior injuria æſtimatur dignioribus ab indignioribus, publicè, & in loco corporis patente, quam dignioribus privatim & in loco occulto illata. §. 9. *Inſt. l.* 9. §. 1. *l.* 7. §. 8. *eod.*

Ex tempore; ſi injuria fiat tempore convivii, aut ludorum. *d. l.* 7. §. 7.

Ex facto, cum quis armis vulneratus, vel fuſtibus cæſus eſt. *d. l.* 9. §. *fin. l.* 8. *eod.*

Injuriam quis tam per ſe quam per alium facere, poteſt; *l.*11. *in pr. l.*15. §. *feciſſe. ff.* §. 1. *&* §. *pen. Inſt. eod.* ut, ſi perſuadeat, jubeat, mandet, curet injuriam fieri. *d. l.* 11. *in pr. &* §. 1. *&* §. 3. *ubi Bart.*

Quo caſu & mandans ſuo nomine tenetur, & qui executus eſt ſuo item nomine. *Gl. in d. l.* 11. §. 5. *ad verb. idemque ait. Bart. in l. ſed ſi unius.* §. *ſervus. n.* 5. *eod.*

Et cum plures injuriam faciunt, ſinguli tenentur. Tot enim ſunt injuriæ, quot ſunt perſonæ injuriam facientium. *l.* 34. *eod.*

Facere nemo injuriam poteſt, niſi ſciat ſe injuriam facere: non eſt autem opus, ut ſciat, cui faciat; ſed pati injuriam poteſt, etiam qui non ſentit, ut furioſus, impubes. *l.* 3. *hic. l.* 5. §. *ult. ad L. Aquil. l.* 13. §. *item Julianus. locati.* Nec enim ad hos pertinet, quod aliàs dici ſolet; Ut injuriarum actio-

Digitized by Google

actioni locus ſit, injuriam ad animum revocari debere. §. *ult. Inſt. l.* 11. §. 1. *ff. hic.*

Injuriarum ergò non tenetur furioſus, impubes doli non capax; *d. l.* 3. §. 1. dormiens, quia furioſo æquiparatur; *c.* 3. §. *item quaeritur. de baptiſmo.* & dolo caret: *Clem.* 1. *de homicid. Bart. in l. pen. ad L. Pomp. de parric. per l.* 24. §. 2. *verb. vitium. de damn. infect. c. fin. ubi Dd. de his qui fil. occid.* Nec ebrius in levioribus, ſi diſcuſſa vinolentia ſobrium pœniteat: *l. un. C. ſi quis Imp. maled. Rom. in l.* 1. *de V. O.* tenetur in atrocibus & realibus, cum ejus pœnitentia injuriam non excuſet aut tollat: *Cyn. in l. ſi non convicii. n.* 22. *C. h. t.* mitigatâ tamen pro qualitate circumſtantiarum pœnâ. *d. l.* 6. §. 7. *verb. per vinum. de re milit. c. inebriaverunt. c. ſane.* 15. *quaeſt.* 1. *Bart. & Dd. in l. reſpiciendum.* 11. §. *pen. de pœn. & l. Divus. de offic. praeſid.*

Vt facere injuriam quis per ſe aut per alium poteſt, ſic & pati: *d. l.* 1. §. *item. & §§. ſeqq. uſque ad fin. leg. l.* 15. §. 24. *l.* 18. §. 1. §. 2. §. *ult. h. t.*

Per ſe pati quis dicitur cum directo ei ſive præſenti, ſive abſenti injuria infertur. *d. l.* 15. §. 7. *Salic. in l. un. C. ſi quis Imp. mal.*

Per alium; cum injuria per conſequentiam ad eum ſpectat: ut cum liberi, ſervi noſtri, uxor, nurus, contumelia afficiuntur. Spectat enim ad nos injuria, quæ iis fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubjecti ſunt. *d. l.* 1. & 2. *h. t.*

Omnis injuria aut in corpus infertur, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinet. *l.* 1. §. *omnem.* 2. *h. t.*

Et fit vel re, vel verbis. *d. l.* 1. §. 1.

Re, quoties manus inferuntur, *l.* 9. *h. t.* aut alio facto aliquo ad probri & turpitudinis notam comparato injuria committitur; §. 1. *Inſt. hic.* ut, ſi quis alicui litem moveat, *l.* 13. §. 3. *hic. Nov.* 49. §. *pen.* aut impediat quominus in ſuo publicove ire, agere, piſcari, aucupari poſſit. *d. l.* 13. §. *fin.*

Verbis fit injuria, vel viva voce, ut per convicium; *l.* 1. §. 1. *hic.* vel ſcriptis; ut per famoſum libellum: quo pertinet ſecunda pars hujus tituli, de

famoſis

famoſis libellis. *l.* 5. §. 9. *l.* 6. *l.* 15. §. 29. *h. t. l. un. C. de fam. lib.*

Verbis injuria fit, ſi cui quid objiciatur, quod in iſta regione probroſum ſit & ignominioſum; neque enim omnia ubivis ſunt ignominioſa.

Quo tamen cunque fiat modo, non poteſt injuria vocari, niſi animus injuriæ ſeu contumeliæ inferendæ adſit. *l.* 3. §. 1. *h. t.*

Qui ex ipſo facto illicito præſumitur; unde is qui injuriam feciſſe dicitur, neceſſe habet probare quod non affuerit animus injuriandi. *l.* 5. *C. h. t.*

Quælibet autem cauſa, etiam fatua & injuſta, excuſat à dolo & contumelia. *l. igitur. de liber. cauſ. Gl. in l. un. in fin. ubi Jaſ. ſi quis jus dicenti non obtemp.*

Eſt tamen interdum pro injuriante præſumptio, quod ſcilicet non habuerit animum injuriandi, nempe ſi objecit tale delictum, quod Reipublicæ interfuit ſcire; *l.* 18. *in pr. hic.* quæ tamen præſumptio contrariâ eliditur probatione.

Quocirca ſi probari queat, objeciſſe eum tale crimen injuriandi animo, neque criminis enormitas, neque veritas, *l.* 18. *hic.* eum excuſabit. *Gail.* 2. *obſ.* 99.

Pœna injuriarum lege XII Tabularum nunc pecuniaria fuit, nunc talio. *A. Gell.* 20 *noct. Attic. cap.* 1. §. *pœna.* 11. *Inſt. h. t.*

Quâ ſublatâ, hodie ex Edicto Prætoris, ille qui injuriam paſſus eſt, æſtimat eam certâ aliquâ pecuniæ ſummâ, pro injuriæ atrocitate; §. 9. *Inſt. eod.* quam ſummam judex deinde ex bono & æquo pro ratione circumſtantiarum, *l.* 7. §. *fin. h. t.* moderatur. §. 7. *Inſt. eod. l.* 7. *in pr. l.* 17. §. 10. *l.* 19. §. 2. §. 26. *&* 34. *h. t. Ioh. Fab. ad* §. *ſed &* 8. *Inſt. hic. Gail. lib.* 2. *obſ. tit.* 49. *obſ.* 3.

Ex lege Cornelia de injuriis criminalis actio injuriarum introducta, ei competens, qui pulſatus verberatusve; vel cujus domus, ſive propria, ſive conducta, ſive quo hoſpitio receptus fuit, vi introita eſt. §. 8. *Inſt. l.* 5. *pr. &* §. 2. *hic.*

Poteſt

Digitized by Google

Poteſt etiam criminaliter extra ordinem injuriarum nomine agi. *l. fin. h. t.*

Itaque injuriarum agitur aut civiliter, aut criminaliter. *§. in ſumma. Inſt. h. t.*

Civiliter, cum actor injuriam ad animum revocatam jurejurando æſtimat, & ſibi pœnam, ſalva judicis moderatione, applicari petit. *§. 7. & ibi Gl. Inſt. l. 37. §. 1. h. t.*

Criminaliter agitur, cum pœna petitur, vel corpori injuriantis infligenda; vel mulcta pecuniaria fiſco applicanda. *§. 10. Inſt. l. fin. ff. h. t.*

Quarum unâ electâ, altera (quod ad eundem finem, nempe vindictam, tendit) perimitur. *l. 7. §. 1. l. 6. h. t.*

Actio civilis per procuratorem expediri poteſt, *l. 11. §. 2. h. t.* non criminalis, niſi perſona illuſtris agat, vel conveniatur. *d. §. 10. l. ult. C. hic.*

Porrò actio injuriarum non ſolum datur illi cui injuria immediatè & directò eſt illata, ſed etiam iis, ad quos per conſequentiam pertinet, *§. 2. 3. Inſt. l. 1. §. 3. & ſeqq. h. t.* non ſolum adverſus eum, qui ipſe injuriam intulit, ſed &, cujus conſilio aut ope id factum. *§. 11. Inſt. l. 11. pr. & §. 3. & ſeqq. eod.*

Sed neque hæredibus, neque adverſus hæredes, datur. *l. 13. in pr. l. 15. §. 14. ff. l. 5. C. eod.* Niſi lis à defuncto fuerit conteſtata, *d. l. 13. in pr. l. 28. hic.* aut criminaliter ſuo nomine agere intendant. *Bart. in l. fin. n. 8. de privat. delict. per l. 1. §. 6. hic.*

Tollitur hæc actio morte ejus, qui injuriam vel intulit, vel paſſus eſt, *l. 13. l. 15. §. 14. l. 28. hic.* & remiſſione ſive expreſſâ, *l. 11. §. 1. hic.* ſive tacitâ, ut diſſimulatione ſeu familiari converſatione; *§. ult. Inſt. eod.* item lapſu unius anni, *l. 5. C. h. t.* continui: *ut volunt Dd. com. d. l. 5. C. h. t. Gail. 2. obſ. 105.* Vtpote quod per ſilentium tanti temporis tacitè remiſſa cenſeatur injuria.

Injuria tamen quæ lege Cornelia vindicatur, cum hæc ex Iure Civili deſcendat, non finitur anno, ſed perpetua eſt. *pr. Inſt. de perp. & temp. act. Duar. cap. 2. hic.* Quia actiones civiles, niſi nominatim breviore ſpatio concludantur, perpetuo competunt. *d. princ.*

Quia

Quia ſi anno exſpiraret hæc actio, nihil inter hanc & prætoriam intereſſet, quia utrâque conſequimur injuriæ æſtimationem. *l.* 37. §. 1. *ff. de injur.*

Injuriarum, ſive civili, ſive criminali actione condemnatus, fit infamis. *l.* 7. *in pr. h. t. l.* 7. *de publ. jud.*

Altera pars tituli (ut dictum) injuriam, quæ fit ſcripto, hoc eſt, per famoſum libellum arguit.

Scripto committit injuriam; qui libellum famoſum ad infamiam alicujus compoſuit: *l.* 5. §. 9. *l.* 17. §. 29. *h. t.* qui eum ſcripſit: *d. l.* 5. §. 9. qui eum pandit: *l. un. C. de famoſ. libell.* qui eum emendum vendendumve curavit; *d. l.* 5. §. 10. ſive id ſuo, ſive alieno nomine fecerit; *d. l.* 5. §. 9. item ſive nomen diffamati expreſſerit, ſive non. *l.* 6. *h. t.* Licet pro caſus hujus duplicis diverſitate, diverſimodè agi poſſit. *vid. d. l.* 6.

Qui omnes olim inteſtabiles fiebant. *l.* 5. §. 9. *cum* §§. *ſeqq. h. t.* Conſtitutionibus Imperatorum pœna facta eſt capitalis. *l. un. C. de famoſ. libell.*

De extraordinariis criminibus.

TIT. XI.

Titulus hic generalis eſt, continens titulos ſequentes uſque ad publica judicia, & præterea privata delicta, quæ extra ordinem coërcentur.

Extraordinaria ſunt, undè nullæ certæ pœnæ exiſtunt: ſed ex arbitrio judicis committuntur. *l.* 1. *h. t.*

In his actor, ut in criminibus publicis, in crimen ſubſcribere debet: *l. fin. de priv. delict. l. fin. de furt.* ne inulta maneat ejus calumnia, ſi temerè agat. *l.* 7. *in pr. de accuſ.*

Sunt multa ejuſmodi crimina. Nam præterquam quod de privatis delictis jam expoſitis, *l.* 1. §. 1. *&* 2. *hic. d. l. ult. de priv. del. d. l. ult. de furt.* & de publicis criminibus, extra ordinem agi poteſt, *l.* 6. *h. t.* ſunt & alia crimina extraordinaria, quæ deinceps ſequuntur.

Extra

Digitized by Google

Extra ordinem itaque punitur ſollicitator alienarum nuptiarum, & pudicitiæ alterius. *l.* 1. *in pr. h. t.* Qui fimo corrupto aliquem perfundit, aut ad injuriam publicam lacus fiſtulaſve aquarum contaminat. *d. l.* 1. §. 1. Qui puerum puellamve de ſtupro interpellat. *d. l.* 1. §. *fin.* Qui cœtus illicitos habet. *l.* 2. *eod.* Quæ partum (puta nondum formatum; alioqui Legis Corneliæ de ſicariis pœnæ locus eſt, *l.* 8. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & ibi Gloſſ.*) data opera abigit. *l.* 4. *hic.* Qui annonam flagellat: falſiſve menſuris in vendendo utitur. *l.* 6. *hic.* Qui in ſacculo vetitas artes exercens (ſaccularius dicitur), partem ſubducit, partem ſubtrahit. *l.* 7. *eod.* Qui in aliena cœnacula ſe dirigit furandi animo (directarius dicitur). *d. l.* 6. Qui prædium inimici σκοπελίζει, id eſt, lapides ponit, indicio futuros, eum, qui agrum coluerit, inſidiis periturum eorum, qui lapides poſuerunt. *l.* 9. *hic.*

Denique omnis generis delicta, quæ nullâ certâ lege vindicantur, extra ordinem, *d. l.* 6. *l. pen. l. fin. eod.* pro modo delicti, ætatis, aliarumque circumſtantiarum, ex arbitrio judicis, coërceri ſolent. *d. l. pen. l.* 16. *de pœn.*

De ſepulchro violato.

Tit. XII.

Extraordinarium hoc quoque crimen habetur; De quo eſt actio privata, competens ei ad quem ſepulchrum pertinet, in id quod intereſt; & popularis in centum aureos, ob ſepulchrum inhabitatum; ædificiumve non ſepulchri causâ factum, in ducentos aureos; utraque in eum qui dolo malo fecit: *l.* 3. *in pr.* §. 1. §. *fin. l.* 9. *hic.* qui propterea fit infamis. *l.* 1. *h. t.*

Competit inſuper publica accuſatio ex Lege Iulia de vi publica. *l.* 8. *eod.*

Sepulchri appellatione omnis ſepulturæ locus continetur. *d. l.* 3. §. 2.

Statuitur etiam ex Edicto D. Hadriani pœ-

Digitized by Google

quadraginta aureorum in eos, qui in civitate ſepulchrum faciunt: inque magiſtratus qui ea fieri paſſi ſunt. *l.* 3. §. 5. *hic.*

Qui cadavera violant, ſeverius & interdum capite puniuntur. *l.* 3. §. 7. *l. fin. ff. l.* 4. *C. eod.*

De concuſſione.

Tit. XIII.

Concuſſio eſt, cum quis judicii, magiſtratus, aliuſve poteſtatis quam habet, metu, aut terrore, pecuniam alicui extorquet. *l.* 1. *&* 2. *hic.*

Quod crimen extra ordinem punitur: *l.* 1. *h. t.* quanquam etiam pœnâ quadrupli, *l.* 1. *C. ad l. Iul. repet. l. fin. ff. eod.* Senatusconſultis. *l.* 1. *ad SC. Turpill.* judicio calumniatorum, *l.* 1. *de calumn.* atque adeò interdum Lege Corneliâ de falſis, *l.* 1. §. 2. *ad L. Corn. de falſ.* nec non Lege Iulia repetundarum, *Ant. Matthæus, tract. de crimin. h. t. cap.* 2. coërceatur.

Sed debet accuſator eligere, nec poterit ob idem crimen pluribus legibus reus fieri. *l.* 14. *de accuſat.*

Actio tamen Civilis regulariter Criminali non præjudicat: *l. un. C. quan. act. civ.* niſi utraque ad vindictam tendat; Quo caſu executione non concurrunt. *l.* 7. *de injur. l.* 2. §. 1. *de vi bon. rapt. l.* 4. *de publ. jud. d. l. un.*

De abigeis.

Tit. XIV.

Abigei dicuntur, qui gregem ovium, aut pecorum, (id eſt, ſaltem decem oves, aut quatuor porcos) vel equum aut equam, de grege, vel bovem de armento abducunt. *l.* 1. §. 1. §. 2. *l.* 3. *in pr. hic.*

Cæterum ſi bovem aberrantem, vel equos in ſolitudine relictos abduxerint, non ſunt abigei, ſed fures potius: *d. l.* 1. §. 1. niſi ſæpius abegerint; & hanc quaſi artem exerceant. *l. fin.* §. 2. *eod.*

Ani-

Digitized by Google

Animalia abducta pro ſuo numero & genere furem vel abigeum faciunt. *l. fin. & t. t. eod.*

Eſt hoc crimen extraordinarium, non publicum, ſive legitimum, quia furtum quoddam eſt. *l. 2. eod.*

Ejus pœna extraordinaria eſt, nunc metalli, nunc gladii, nunc operis publici, nunc relegationis, pro qualitate perſonarum & criminis. *l. 1. pr. & §. 2. §. 3.*

Sed abigei non ſolum extra ordinem accuſari poſſunt, ſed etiam privata actione quaſi fures. *L. un. C. eod.*

De prævaricatione.

TIT. XV.

Prævaricatór eſt quaſi varicator, qui diverſam partem adjuvat, prodita cauſa ſua. *l. 1. hic.*

Prævaricationis judicium aliud publicum, aliud moribus inductum eſt. *l. 3. in pr. hic.*

Publicum eſt, cum quæritur de prævaricatione ejus qui publico judició accuſavit. *d. l. 1. §. 1.*

Publicum quia eſt, prævaricator ex hoc arbitrio Iudicis, *l. 2. hic.* extra ordinem vel eadem pœna publica afficitur, qua teneretur, ſi ipſe in legem commiſiſſet, qua reus propter prævaricationem abſolutus eſt; *l. pen. h. t.* præterea fit infamis, *l. 4. eod.* accuſatione in perpetuum ei interdicitur. *l. 5. eod.*

Moribus inductum eſt, cum quæritur de prævaricatione ejus qui partes advocati ſuſtinet. *d. l. 3. §. 2.* Qui extra ordinem punitur: *d. l. 1. in fin.* non tamen fit infamis. *l. 3. §. 2. cum l. 4. hic.*

Hodie generaliter iis qui prævaricati ſunt, pœna injungitur extraordinaria. *l. 2. eod.* Nec impune eſt Reo, adverſarium ut colluderet induxiſſe: In omnibus enim cauſis, præterquam in ſanguine, is qui adverſarium corrupit, ex SCto pro victo habetur. *L. ult. ff. hic.*

Digitized by Google

De receptatoribus.

Tit. XVI.

Receptator eſt, qui maleficum dolo malo, *l.* 3. §. *non tantum. ff. de inc. ruin. nauf.* receptat in ſuo vel alieno, præſtans ei cauſam ſe occultandi. *l.* 1. §. *quod autem. de ſerv. fugit.*

Qui accepta pecunia latronem dimiſit, cùm apprehendere poſſit, in pari eſt culpa. *l.* 1. *in fin. hic.*

Punitur receptator perinde atque latro, *d. l.* 1. *l.* 1. *C. de his qui latr.* dummodò opem ipſe tulerit: alioqui ſi tantum ſciat & receptet, mitius puniendus videtur. *Gl. in l.* 1. *hic. l.* 2. *C. de his qui latr.*

Sed apud quem affinis vel cognatus latro ſervatus eſt, neque abſolvendus, neque ſevere admodum puniendus eſt: *l. fin. hic.* itaque mulcta pecuniaria pro modo delicti & facultatum ei imponitur. *Bonif. in pract. crim. tit. de recept. l.* 1. 2. *hic. l.* 3. §. *ſi eum. de lib. hom. exh. l.* 1. *C. de recept. arb.*

Receptatorum pœna non tenetur, qui ignarus eſt maleficii. *l.* 2. *C. de his qui latron. l. ſi quis ſervum. C. ad L. Flav. de plagiar. l.* 4. *C. de ſerv. fugit. l.* 3. §. 3. *ff. de incend. ruin. naufr.*

De furibus balneariis.

Tit. XVII.

Fures balnearii ſunt, qui veſtimenta eorum, qui in balneis lavantur, ſurripiunt.

Adverſus eos adhiberi ſolebant capſarii, qui veſtimenta cuſtodirent. *l.* 3. §. *ult. de off. præf. vig.*

Fures balnearii, ut & nocturni, extra ordinem audiendi ſunt, & cauſa cognita puniendi. *l.* 1. *hic.*

Nam ea maximè animadvertenda ſunt peccata, quæ difficillimè præcaventur. *fac. l.* 8. *C. de Epiſc. & Cler. Paul. lib.* 5. *ſent. tit.* 19. & 20.

De effractoribus & expilatoribus.

TIT. XVIII.

Effractores hic accipe tam carcerum, quam domorum, ſcilicet furandi cauſa.

Qui erumpunt è carcere effractis foribus, ultimo ſupplicio puniri poſſunt: *l.1.hic.* contemnunt enim majeſtatem ipſius magiſtratus: modo carceratio legitimè; proceſſu ritè ordinato facta ſit. *Bart.in l. quis ejus. C. de probat.*

Si per negligentiam cuſtodum (contra quos præſumitur. *Gl. Bald. in l. cum ita.* § *ſpecies. de legat.2. Alex. conſ.156. vol.2.*) evaſerint, minori pœna coërcentur. *l. 1. hic.*

Qui ædes privatas, diripiendi & expilandi gratia, effringunt, extra ordinem arbitrio judicis coërcentur: *l. 1. & 2. h. t.* & honeſtiores ordine moveri aut relegari, humiliores in opus damnari ſolent. *d. l. 1. in fin. l. 2. eod.*

Eodem modo expilatores puniuntur. *d. l. 1.* §.1.

Expilatores ſunt, qui homines ſpoliant; ex eo dicti, quod ne pilum quidem (*ut ait Aſcon. in Verr. 2.*) in eorum corpore relinquunt.

Sunt ergo fures atrociores, *d. l. 1.* §.1. & propriè dicuntur ii qui per vim veſtimentis aut pecunia hominem exuunt. *Weſ. hic. n. 2.*

Expilatæ hæreditatis.

TIT. XIX.

Quoniam ob expilatam hæreditatem furti agi non poteſt; *l. 68. de furt. l. 2. l. ult. h. t.* viſum fuit extraordinario judicio fraudem expilatæ hæreditatis vindicare. *l.2. ff. l. fin. C. hic.*

Actionibus enim civilibus, ut rei vindicatione, *l. 4. C. eod.* & petitione hæreditatis, *l. 3. ff. eod.* (quæ etiam hoc nomine dantur,) poſſeſſio tantum revocatur, non crimen coërcetur.

Dum

Datur hoc judicium iis quorum intereſt; *l.4.eod.* adverſus eos qui ſurripuerunt; etiam vitricum, *l. 2. C. eod.* aut novercam; *l. 3. C. eod.* ſi de hæreditate patris non agatur.

Nam contra uxorem defuncti non datur; quia nec furti cum illa agi poteſt. *l. pen. ff. l. 4. C. eod.*

Quare nec in cohæredem datur. *l.3.C.famil.erciſc.* Niſi evidens dolus arguatur. *Dd. in d. l. 3. fac. l. 1. C. eod. l. merito. ubi Dd. pro ſocio. Duar. hic. Menoch. de arbitr. caſ. 300. num. 7.* Diſſentiunt alii. Qui tum actioni furti locum eſſe volunt: *arg. l. 45. & ſeqq. hic. l. 16. §. denique. ff. fam. erciſc. junct. l. ult. C. hic.* & recte. *Matth. de crim. hic.*

Pœna expilatorum hæreditatis eſt extraordinaria, *l. 1. h. t.* hoc eſt, arbitraria.

Stellionatus.

TIT. XX.

Stellionatus crimen (dictum à Stellione, lacerti genere verſutiſſimo & maximè fraudulento. *Plin. lib. 30. c. 3.*) alius criminis titulo deficiente locum habet. Quod enim in privatis judiciis eſt actio de dolo, hoc in criminibus eſt ſtellionatus perſecutio. *l. 3. §. 1. hic.*

Vbicunque igitur titulus criminis deficit, ibi ſtellionatus objiciemus. *d. l. 3. §. 1.*

Maximè in his locum habet: Si quis fortè rem alii obligatam, aut datam, diſſimulatâ priori obligatione, alii diſtraxerit, obligarit, in ſolutum dederit. *d. l. 3. §. 1. verſ. Maxime.*

Actio ſtellionatus neque publicis, neque privatis judiciis continetur. *l. 1. ff. l. 3. C. eod.*

Non eſt famoſum judicium, ſed coërcitionem extraordinariam habet. *l. 2. eod.* Niſi ex eo crimine deſcendat, quod etiam in privato judicio infamiam condemnato importet. *fac. l. 7. de publ. jud.*

Pœna hujus criminis arbitraria: in humilioribus tamen non debet opus metalli egredi; in honeſtio-

Digitized by Google

ribus, relegatio, aut ab ordine remotio retinenda eſt. *d. l. 3. §. 2.*

De termino moto.

TIT. XXI.

TErmini moti Crimen, (id eſt, cum quis terminum finium cauſa poſitum avulſit, *l. 1. h. t.* vel propulit, *l. 2. eod.* vel ejecit, ſeu quavis ratione loco movit, *l. 3. eod.* vel finium obſervandorum cauſa faciem locorum convertit; puta, ex ſylva novale fecit. *d. l. 3. §. ult. eod.*) olim pœna pecuniaria vindicabatur, *d. l. 3.* hodie, pro conditione admittentium, extraordinaria, *l. 1. eod.* puta relegatione, verberibus, *l. 2. eod.* coërcetur.

De collegiis & corporibus.

TIT. XXII.

COllegium, ſive corpus, dicitur ſocietas quædam hominum ita contracta, ut ex pluribus perſonis (non tamen paucioribus tribus. *l. 85. de V. S.* Eſt enim collegium velut univerſitas: ad hanc autem conſtituendam dualis numerus non ſufficit), veluti una perſona & unum corpus fiat. *l. 1. quod cujuſque univerſit.*

Sunt collegia propter factionum & conjurationum metum, regulariter illicita. *l. 3. §. 1. hic.* Niſi quæ ad uſum Reipublicæ ſunt approbata. *d. l. 3.*

In duobus collegiis nemo eſſe poteſt. *l. 1. §. ult. hic.*

Qui contra conſtitutiones & leges collegia faciunt, rei ſunt Majeſtatis & legis Iuliæ de vi publica. *l. 2. eod. l. 1. ad L. Jul. Majeſt. l. 5. ad L. Jul. de vi publ.* Siquidem ea aperte ad Reipublicæ perniciem ſpectant.

Olim tantum collegium diſſolvebatur, eratque pœna plane extraordinaria. *l. 3. hic. l. 15. C. de Epiſc. & Cleric.*

De

De popularibus actionibus.

Tit. XXIII.

Actiones populares ſuum jus populi tuentur, *l. 1. hic.* ut ſunt pleræque extraordinariæ.

Cuivis è populo permittuntur, dummodo integra perſona ſit, cui per Edictum poſtulare liceat. *l. 4. hic.*

Quod ſi plures concurrant, is cujus intereſt præfertur; *l. 3. §. 1. eod.* aut Prætor eligit maxime idoneum. *l. 2. eod.*

Mulieri aut pupillo non dantur, niſi res ad eos pertineat. *l. 6. eod.*

Omnes neque in hæredem, neque ultra annum dantur. *l. ult. eod.* Quod de civilibus & extraordinariis judiciis accipiendum, non de publicis. *fac. l. 12. C. de falſ.*

Reus in popularibus judiciis poteſt dare procuratorem, non Actor. *l. 5. hic.* Niſi is agat ad quem res pertinet. *l. 42. in pr. l. 45. §. 1. de procur.*

Pœna quæ hic judiciis irrogatur, ita ad fiſcum pertinet, ut pars, loco præmii, accuſatori concedatur. *l. 25. §. ult. ad SC. Silanian.*

DIGESTORUM LIBER XLVIII.

De publicis judiciis.

Tit. I.

Sequuntur judicia publica; ſic dicta, quod in iis de crimine publico, quod omnes tangit, quæritur. *fac. l. 4. §. 1. C. de hæret. & Manich.*

Sed non omnia judicia, in quibus crimen vertitur, publica ſunt: ſed ea tantum quæ ex legibus ju-

Digitized by Google

diciorum publicorum veniunt. *l.* 1. *ff. h. t.* Quæ omnia ſunt famoſa. *l.* 7. *eod.*

Sunt aut capitalia, quæ morte vel exilio caput eximunt de civitate Romana: aut non capitalia, quæ relegationem, vel aliam coërcitionem cum infamiæ nota irrogant. *l.* 2. *ff.* §. 3. *Inſt. h. t.*

Olim ea in provinciis Præſides & Proconſules exercebant, in Vrbe Quæſtores rerum capitalium. *l.* 2. §. 23. *de origine jur.*

Poſterioribus temporibus præfectura urbana omnia ſibi crimina in urbe commiſſa vendicavit. *l.* 1. *de off. præfect. urb.*

Ordo antiquus exercendorum judiciorum capitalium in uſu eſſe deſiit, durante tamen pœna legum, cum extra ordinem crimina probantur. *l.* 8. *hic.*

Et hodie omnia crimina extra ordinem puniuntur. *l.* 3. §. 1. *ad L. Jul. pecul. l.* 7. *ad L. Jul. repet. l.* 3. *ad SC. Turpil. l. ult. de plagiar. l.* 1. *in fin. repet. l.* 12. *de pœn.*

Procuratorem hæc judicia admittunt, ad abſentiam excuſandam, non ad reum defendendum. *l.* 13. §. 1. *hic.* Niſi ſit judicium non capitale. *l.* 33. §. *publicè. de procur. l.* 5. *in pr. de pœn. l.* 3. *C. de accuſat.*

Qui de his judiciis cognoſcit, neque pendente uno judicio aliud; *l.* 4. *ubi Gl. & Dd. h. t.* neque compenſationes relationeſque criminum, *l.* 5. *h. t.* neque probationes non luce clariores; *l. fin. de probat.* admittere debet.

Non finiuntur hæc judicia morte accuſatoris, *l. pen. in pr. hic.* ſed omninò morte rei: *l.* 3. *eod.* Quia hæres in pœnam non ſuccedit, *l.* 20. *de pœn.* excepto crimine perduellionis, ex quo memoria defuncti damnatur; *l. ult. ad L. Jul. Majeſt.* & crimine repetundarum; quo hæres intra annum tenetur à morte ejus qui arguebatur. *l.* 2. *de L. Jul. repetund.*

De

Digitized by Google

De accuſationibus & inſcriptionibus.

TIT. II.

JVdicia publica non per actiones, ut privata, ordinantur, *in pr. Inſt. de publ. jud.* ſed per accuſationes, *l. 6. §. ſi quis. de muner. l. 19. C. ad L. Jul. de adult. c. 1. Ext. h. t.* niſi cum ex publica fama, Magiſtratus inquirit. *l. 2. §. ſi publico. ad L. Jul. de adult. l. 3. §. præterea. de ſuſp. tut. l. pen. C. de probat. l. 1. C. de cuſt. reor. l. 7. C. h. t. c. 1. & 2. Ext. eod.*

Accuſatio, eſt criminis alicujus, & ejus qui crimen admiſit, apud judicem delatio, publicæ vindictæ & pœnæ cauſa, ſolenniter facta.

Ea coram idoneo & competente judice inſtituenda, ab iis quibus accuſandi jus eſt, contra eos quos accuſare licet.

Competens eſt judex, qui cum poteſtate eſt. Vt olim erat à populo electus; *l. 2. §. 23. de orig. jur.* poſt, ex Principis conſtitutionibus, Præfectus Vrbi; *l. 1. de off. præf. urb.* in provinciis Proconſules, & Præſides; *l. 13. de off. præſ. l. 1. de off. ejus cui mand. juriſd.* Nunc non tantum ſuperior magiſtratus, ſed & municipalis; ut omnimodæ juriſdictioni jus gladii inſit, & jure magiſtratus competat. *Dd. in d. l. 1. de off. ejus cui mand. juriſd.*

Vndè hodie plerunque ſontes eo loci coërcentur, ubi inveniuntur, *l. 1. ubi Gl. & Dd. C. ubi de crim.* etiam de delictis alibi commiſſis: *vid. Bart. Bald. & Dd. in l. 1. C. de ſum. Trinit. & in l. omnes. de I. & I.* Olim cauſa agebatur ea in Provincia, in qua erat delictum. *l. 7. §. pen. l. fin. h. t. l. 11. ubi Gl. de cuſtod. & exhib. reor.* unde remitti eò rei ſolebant. *l. 7. de cuſtod. & exhib. reor. Auth. Qua in provincia. C. ubi de crimin.*

Accuſare poſſunt omnes qui non expreſsè prohibentur. *l. 8. hic.*

Prohibentur accuſare quidam generaliter, quidam ſpeciatim.

Digitized by Google

Generaliter, prohibentur, mulier: pupillus: miles qui ſtipendia meret: magiſtratus: infamis: qui duo judicia adverſus duos ſubſcripta habet: qui pecuniam accepit ad accuſandum, vel non accuſandum: *l. 8. hic.* qui falſum teſtimonium ſubornatus dixit: *l. 9. eod.* pauper minus quam quinquaginta aureos in bonis habens: *l. 10. eod.* reus criminis: *l. 19. C. de his qui accuſ. non poſſ.* ſervus. *l. 53. de judic.*

Admittuntur tamen ferè omnes in crimine læſæ majeſtatis, *l. 7. l. 8. ad L. Jul. Majeſt.* fraudatæ annonæ, *l. 13. h. t.* cum ſuam ſuorumque injuriam perſequuntur. *l. 4. l. 11. h. t. l. 5. C. de his qui acc. non poſſ.*

Speciatim accuſare prohibentur, liberi parentes: *l. 5. C. ad L. Corn. de falſ.* liberti patronos: *l. fin. C. eod. l. 8. in fin. h. t.* laici clericos; niſi ſuam ſuorumque injuriam proſequantur: *c. 14. Ext. de teſtib.* frater fratrem; in capitali, aut alioqui magno crimine: *l. 13. C. de his qui acc. non poſſ.* in levi non prohibetur. *l. 18. C. eod.*

Plures ſimul unum accuſare poſſunt, ſi ſimul concurrant & omnium interſit. *Duaren. Diſput. lib. 1. cap. 39. per l. 4. C. hic. l. 3. de ſepul. viol.*

Si tamen ab uno accuſatus jam ſit, ab alio accuſari de eodem crimine nequit: *l. 9. C. h. t.* Niſi prima accuſatio deſerta ſit, aut aliquo caſu impedita. *l. 11. §. fin. l. 3. §. 1. h. t.*

De diverſis delictis rectè uno tempore alicujus nomen defertur: *l. 9. C. eod.* Sed ne reus in diverſa diſtringatur, tantum de uno, poſt de aliis, reſpondere cogitur. *l. 2. §. ult. de cuſtod. reor.*

Sic reus accuſatus, pendente judicio, non poteſt accuſatorem ſuum pari, vel minore crimine accuſare; quia non relatione criminum, ſed innocentiâ purgari debet: *l. 9. C. de his qui acc. non poſſ. l. 5. h. t.* majore tamen crimine accuſare poteſt, ita ut de hoc prius judex cognoſcere debeat. *l. 1. C. qui acc. non poſſ.*

Quod ſi inter plures, quinam debeat accuſare, non conveniat, erit judicis, magis idoneum eligere.

l. 16.

Digitized by Google

l. 16. *h. t. l.* 3. *de lib. hom. exh. l.* 2. *de pop. act. l.* 2. §. *fin. ad L. Jul. de adult.*

Accuſari poſſunt rei utriuſque ſexus, cujuſcunque ætatis, (modò doli ſint capaces. *l.* 37. *de minor. l.* 111. *de R. I.*) & conditionis, etiam ſervi: *l.* 5. *l.* 12. §. *pen. l.* 17. *h. t.* non legati & magiſtratus; *d. l.* 12. §. 2. nec abſentes, ſi quidem agatur de crimine capitali; *l.* 6. *C. eod.* nec mortui; niſi læſæ majeſtatis crimen intentetur: *l.* 20. *hic. l.* 6. *de publ. jud. l. fin. ad L. Jul. Majeſt.* aut tale in quo principaliter quæſtio pecuniaria vertitur: ut peculatus, repetundarum: *l. ult. ff. ad L. Jul. pecul. l.* 2. *ff. l.* 2. *C. ad L. Jul. repet.* nec qui ſemel accuſatus atque abſolutus eſt: *l.* 7. §. 2. *h. t.* nec qui delatus ab uno eſt, ab alio deferri poteſt. *l.* 11. §. *fin. ff. l.* 9. *C. eod.* Nempe ſi de eodem crimine agatur: cæterum ſi plura crimina admiſerit, ſingulorum nomine accuſari poteſt. *l.* 9. *C. hic. l.* 2. *ff. de privat. delict.*

De uno delicto plures ſimul rectè accuſantur. *l.* 2. *C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer. l.* 39. §. *pen. ad L. Jul. de adult.*

Nemo ad accuſandum admittitur, niſi per ſe, vel, ſi literas neſciat, per alium, ſe inſcribat ad pœnam talionis, id eſt, libello ſubſcribat, quò facilius puniri poſſit, ſi calumniari deprehendatur. *l.* 3. §. 2. *l.* 7. *in pr. ff. l. pen. & ult. C. h. t.*

Ei qui ob publicum munus, quo fungitur, denunciat, hæc inſcribendi neceſſitas remittitur: *l.* 7. *C. h. t.* ut & ei qui de levibus accuſat. *l.* 6. *h. t.*

Libelli inſcriptionis conceptio talis eſt: Conſul & dies; *apud illum Prætorem vel Proconſulem Lucius Titius profeſſus eſt, ſe Mæviam, lege Julia de adulteriis ream deferre: quod dicat eam cum Gaio, Seio, in civitate illa, domo illius, menſe illo, Conſulibus illis, adulterium commiſiſſe.* l. 3. in pr. hic.

Vtique enim & locus deſignandus eſt, in quo adulterium commiſſum eſt: & perſona, cum qua admiſſum dicitur, & annus atque menſis: *d. l.* 3. *verſ. utique.* Neque autem diem neque horam invitus comprehendet. *d. l.* 3. *verſ. Neque.*

Si tamen reus petat diem conſignari, ut negati-

vam loco & tempore coarctatam, *Bart. in l. is qui reus. n. 16. de publ. jud. per l. 2. §. 1. de eo quod cert. loc. & in l. 3. n. 13. hic.* probare poſſit, æquum erit hujuſmodi precibus locum dari. *fac. l. 14. in fin. C. de contr. ſtipul. Dd. in l. actor. C. de probat.*

Quod ſi libelli inſcriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen, etiam illo non opponente, *Bart. in l. 3. C. de edend. Jaſ. in §. ex maleficiis. n. 68. Inſt. de action.* unà cum libellis abolentur, & ex integro repetendi reum poteſtas fit. *l. 3. §. 1. hic.*

Hodie ſubſcriptiones & inſcriptiones quidem obſoleverunt, *Gl. in l. 2. ad verb. periculi. C. de fid. inſtr. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 18. in verſ. etiam.* tamen cuſtodia accuſatori circumdari ſolet, donec de proſequenda lite, injuriaque reſarcienda, idoneè ſatiſdet. *l. 3. C. de his qui accuſ. non poſſ. l. 2. C. de exhib. reis. Hippol. in pract. crim. §. diligenter. n. 207.*

Inſtitutâ accuſatione, relatoque inter reos accuſati nomine, cauſa eodem modo per litis conteſtationem, exceptiones, probationes, &c. agitur, quo in civilibus agitari ſolet. *d. l. 2. l. 4. C. de edend. l. 33. C. ad L. Jul. de adult. l. 15. §. 7. ff. eod. Azo in rubr. C. eod.*

Qualisqualis tamen in hac ſufficit petitio: nec nocet inepta concluſio: imò illa non eſt opus. *Bart. in l. 2. §. ſi publico. n. 13. ad l. Jul. de adult. & in l. 3. h. t. Ferrar. in form. inquiſitionis. ad verb. ſuper.*

Iuſtæ ac legitimæ hic debent eſſe probationes, nec decreta civitatum expreſſa, atque emendicata, ad fidem faciendam hic ſufficiunt. *l. 14. C. hic.*

Solent judices tempus accuſatori præſcribere, intra quod ſolennia accuſationis impleat. Quo elapſo, amplius accuſare volens non auditur. *l. 7. de his qui accuſ. non poſſ.*

In exequenda accuſatione præſentia accuſatoris neceſſaria eſt. *l. 4. l. 15. C. h. t.* Præſens quoque reus eſſe debet. *l. 3. l. 6. C. eod.*

Domino tamen ſervum ſuum etiam præſentem tam per ſe, quam procuratorem, ſi velit, *l. 9. hic.* defendere

Digitized by Google

ſendere permittitur; quod ipſius intersit, ſervo ſuo non carere. *l.* 17. *ff.* *l.* 2. *C. eod.* *l.* 11. *de publ. jud.*

De cuſtodia & exhibitione reorum.

T I T. III.

Poſt accuſationem inſtitutam ſolet reus, aut in cuſtodiam, aut in vincula conjici, ne elabi poſſit: *l. fin. C. de accuſ.* aliquando datis fidejuſſoribus de judicio ſiſtendo à carcere liberatur; puta ſi delictum non ſit nimis atrox, vel non ſit notorium, vel perſona ſit honoratior. *Bachov. ad Treutl. diſp. de fidejuſſ. theſ.* 3. *lit. A. quem vide.*

Sed Iudicis, pro facti & perſonæ qualitate, eſt æſtimare quemadmodum cuſtodiendus ſit reus, recipi-ne in carcerem debeat, an etiam vinculis contineri, an militibus tradi cuſtodiendus, an fidejuſſoribus committendus, qui eum exhibituros ſe repromittant, vel etiam ſibi, id eſt, ſua promiſſione de ſe exhibendo. *l.* 1. *hic.* *l.* 9. *l.* 10. *ex quib. cauſ. major.*

Quod ad carcerem attinet, notandum eſt eos qui diſparis ſunt ſexus, ſimul includendos non eſſe. *l.* 3. *C. hic.* Quod de conſuetudine ſervatur. *Grammat. deciſ.* 33. *num.* 1. De Iure tamen Noviſſimo mulieres non incarcerantur. *Auth. hodie. C. hic.*

Officium ejus, qui carceri præponitur, eſt in commentarium referre eos, qui in carcerem conjiciuntur: (undè Commmentarienſis dictus) & judici ſingulis menſibus eos ingerere. *l. ult. C. hic.*

Non debent rei vinciri in cuſtodia, antequam convicti aut confeſſi ſint, *l.* 5. *hic.* *l.* 2. *C. de exhib. reor.* aut niſi de gravi ſcelere agatur, *l.* 3. *ff.* *l.* 2. *C. h. t.* aut ſervi ſint, qui à dominis non defenduntur. *l.* 2. *in pr. hic.*

Cuſtodiæ traditi, ſi conſpiraverunt, ut ruptis vinculis, & effracto carcere, effugerent, quamvis alioqui innocentes ex eo crimine, propter quod impacti ſunt, puniuntur tamen propter loci publici violationem eâdem pœnâ quâ delictum principale

Digitized by Google

erat vindicandum: ſi vero noxii ſunt, augetur pœna, quam paſſuri erant: Illi autem, qui eorum conſpirationem detexerunt, revelandi ſunt. *l. pen. hic.*

Qui effracto carcere, vel conſpiratione cum cæteris qui in eadem cuſtodia erant, de carcere erumperunt, capite, civili puta, non naturali, plectuntur: qui verò per negligentiam cuſtodum evaſerunt, mitius puniuntur. *l. 1. de effract.*

Præpoſitus carceris & alii cuſtodes, ſive milites ſint, ſive pagani, ob cuſtodiam amiſſam, (id eſt, perſonas cuſtoditas, *l. 8. l. 10. l. 12. l. ult. hic. l. 12. de publ. jud. l. 18. §. pen. de quæſtion.*) pro modo culpæ puniuntur, *d. l. 8. d. l. 12. §. ult. hic.* & ex conſtitutionibus eadem pœna (quod durum eſt), qua is qui aufugit puniri debeat, afficiuntur. *l. 4. C. hic.*

Qui non reos, ſed jam convictos damnatoſque emittunt, & vindictæ publicæ ſuffurantur, meritò, cum majeſtatis rei ſint, gravius puniuntur. *l. 3. §. fin. l. 4. ubi Bart. ad L. Jul. majeſt.*

Magiſtratus etiam mulctantur, ſi temerè & ſine cauſa cuſtodias dimittant: *l. 10. hic.* ſi injuſte quem cuſtodiæ tradant, aut cognita innocentia captivum diutius detineant. *Bald. in l. ſed etſi. de in jus voc.* Et tum ad intereſſe & injuriarum nomine tenentur. *Bald. in l. quemadmodum. 29. §. magiſtratus. ad legem Aquil.*

Secunda pars hujus tituli eſt de exhibitione reorum.

Exhibere, eſt deducere ac ſiſtere reum coram judice, ut incarcerari, vel aliter cuſtodiri poſſit. *t. t. C. de exhib. reor. l. 3. C. de advoc. diverſ. jud.*

Hujus exhibitionis varia ſunt exempla: ut, cum fidejuſſor ad aliquem ſiſtendum obligatur; *l. 2. § ult. l. 3. 4. hic.* cum Irenarchæ prehenſum facinoroſum ad Præſidem cum elogio mittunt; *l. 6. eod.* cum in Provinciam ubi deliquit, ab alterius Provinciæ Præſide reus tranſmittitur; *l. 5. l. 11. eod.* cum accuſator reum quem accuſare vult deducit, & Iudici exhibet *L. 3. C. de advoc. div. jud. l. 11. C. de teſtib. Nov. 45. Nov. 151.*

Digitized by Google

Sed hic tantummodò exhibendus eſt, de cujus exhibitione judex pronunciavit. *l. ult. C. de exhib. reis.*

Antequam reus exhibeatur, dandi ei dies ſunt ad diſponendam rem familiarem. *l. 2. C. eod.*

Qui reum, pro quo cavit, non exhibet, pœna pecuniaria afficitur, vel, propter dolum, extra ordinem damnatur. *l. 4. hic.*

Ad legem Iuliam Majeſtatis.

TIT. IV.

EXpoſito inſtituendorum judiciorum publicorum ordine, ſequuntur variæ ſpecies, ſeu ſingulæ leges, quibus varia judicia publica conſtituta, declarandæ.

Prima eſt lex Iulia Majeſtatis, à Iulio Cæſare auctore ſic dicta.

Majeſtas, dicitur amplitudo & dignitas populi Romani; à magnitudine ſic dicta. *Cicero in part. Orat.*

Crimen læſæ majeſtatis eſt, quod adverſus populum Romanum; hodiè (jure populi in Principem tranſlato, *l. 1. de conſt. princ.*), quod in eum, vel adverſus ſecuritatem ejus, committitur. *l. 1. §. 1. h. t.*

Eſt vel proprium, vel improprium.

Proprium eſt, quod committitur contra ſummum Principem & Imperii ſtatum: ſeu contra non recognoſcentem ſuperiorem: &, pro ſui atrocitate, modò generis nomen retinet, modò in ſpecie perduellio dicitur. *§. 3. Inſt. de publ. jud. l. ult. h. t.*

Perduellio dicitur, cum aliquis hoſtili animo contra ſalutem Principis, vel Reipublicæ, aliquid molitur: *d. l. ult.* quia quos nos hoſtes, veteres perduelles appellabant. *l. 234. in pr. de V. S.*

Impropriè dicitur Majeſtatis crimen committi in Legatos Principis, ejuſque Conſiliarios, *l. 5. C. hic.* in Principes, civitates, quæ ſuperiorem recognoſcunt. *Clar. lib. 5. ſent. §. læſa Majeſt. n. 3. 4. 5.*

Digitized by Google

Committunt Majeſtatis crimen illi ſoli, qui Principi, vel Reipublicæ, contra quem delinquitur, ſunt ſubditi ratione originis, vel domicilii. *Clem. 2. verſ. rurſus non eſt ſilentio. de ſent. & re jud.*

Qui majeſtatem Principis lædunt, quod ad Principem attinet, quando honori ejus, vel majeſtati derogant.

Quod variis modis fit. Vt ſtatuas & imagines Principis violando: *l. 6. l. 7. §. ult. h. t.* animo hoſtili in Principem aliquid machinando: *l. ult. eod.* ſeditionem in Republica concitando: exercitum Principis injuſſu colligendo: *l. 1. §. 1. l. 10. l. 11. eod.* reſervata Principi jura ſibi adſcribendo: vectigalia nova abſque ejus auctoritate imponendo: *l. 2. 3. 4. eod.* monetam adulterinam cudendo: &c. *l. 2. C. de falſ. monet.*

Committitur hoc crimen etiam ſolo ſilentio conſpirationum, modò ſint contra Principis perſonam, vel ſtatum. *l. 5. §. pen. C. hic. Clar. d. loc. §. fin. quæſt. 87. n. 2.*

Et in hoc crimine non tantum effectus, ſed & conatus punitur, licet in actum non exierit. *l. 5. l. 6. C. eod.*

Quilibet hic, etiam alias inidoneus, ad accuſationem admittitur. *l. 3. l. 4. C. eod.*

Servus in caput domini, item omnes poſtulati & ad teſtimonium provocati, ſi res exigat, nullà dignitatis, generis, militiæ, habità ratione; imò & ipſi accuſatores in caput accuſati torquentur. *l. 7. §. 1. l. 3. l. 4. C. eod.*

Accuſatus de hoc crimine ſtatim poſt accuſationem inſtitutam à bonorum ſuorum adminiſtratione removetur, *l. 7. l. 8. h. t.* alienationes ejus non tenent; & debitores ei non rectè ſolvunt. *l. 6. §. 1. C. eod.*

Convictus, gladio, cruce, etiam aquæ & ignis interdictione olim mulctabatur, *l. 3. ff. l. 5. C. hic. Paul. lib. 5. ſent. c. 29. ubi Cujac.* hodie quidem ſemper morte punitur; *d. l. 5. in pr.* & memoria etiam mortui damnatur, *l. pen. & ult. C. hic.* & præterea filii, nepotes, *l. 10. C. de bon. proſcr. Clar. 5. ſent. 5. §. læſæ Ma-*

Digitized by Google

Majeſtat. num. 11. ſunt infames, & ſucceſſionis cujuſcunque incapaces: *d. l.* 5. §. 1. præterquam quod filiæ ex bonis maternis Falcidiam accipiunt. *d. l.* 5. §. 3.

Quod non tantum in principali reo, ejuſque filiis, ſed & in conſcio, adjutore, miniſtro, eorumque filiis obtinet. *l.* 5. *pr.* §. 6. *C. eod.*

Quam pœnam, qui conjurationem patefacit, non ſolum evitat, ſed inſuper, ſi ab initio, non ſerò, eam detegat, præmio & honore afficitur. *d. l.* 5. §. *ult.*

Dicta tamen capitalis pœna obtinet, ſi majeſtas ſupremi Principis violatur; ſed ſi ſecuritas inferiorum infringitur, arbitrariæ pœnæ eſt locus. *Jaſ. in. l.* 10 *de juriſd. vid. Annot. ad deciſ. Guid. Pap.* 48. *Jaſ. in* §. *pen. n.* 107. *Inſt. de action. Weſ. hic. n.* 7.

Ad Legem Iuliam de adulteriis coërcendis.

TIT. V.

SEcunda eſt Lex Iulia de adulteriis, lata ab Auguſto, *l.* 1. *hic.* quâ adulterium, ſtuprum, & lenocinium, *l.* 12. *eod.* inceſtum, *l.* 38. *hic.* punitur.

Lex ſtuprum & adulterium promiſcuè appellat: ſed propriè adulterium in nupta, ſtuprum in virgine, viduave, aut puero committitur. *l.* 6. §. 1. *l.* 34. §. 1. *hic. l.* 101. *in pr. de V. S.*

Adulterium, eſt violatio thori alieni. *c. adulterium.* 36. *q.* 1. *Hoſtienſ. in tit. de adult. in pr.*

Committitur & in alterius uxorem, *l.* 6. §. 1. *hic.* etiam injuſtam; ſufficit enim uxorem eſſe, licet in manum viri per coëmptionem non convenerit: *l.* 13. §. 1. *hic.* & in ſponſam; puta de præſenti; non de futuro; Quia tum thorus alienus non violatur. *fac. d. l.* 6. §. 1. *l.* 11. §. 7. *ff. hic.* Hujus tamen violatio punitur, non ut adulterium, cum necdum matrimonium ſit, ſed ut ſtuprum; quia neque matrimonium qualecunque, neque ſpem matrimonii violare permittitur. *d. l.* 13. §. 3. & §. 8. *vid. Perez. in Cod h. tit.*

Non

Non committitur in meretricem nuptam, quamvis ipſa adulterium committat; & illud in ea maritus vindicare poſſit. *d. l.* 13. §. 2. Quia alienus thorus violari non videtur, ubi nullius thori pudor eſt, ſed promiſcua & vulgaris connivente marito turpitudo. *vid. l. ſi ea.* 22. *& l. qui adulterium.* 29. *C. h. t. ubi Dd. Bal. Cyn. Salyc.*

Adulterium, vel committitur inter virum conjugatum & fœminam nuptam: vel inter virum ſolutum & fœminam nuptam: vel inter virum conjugatum, & mulierem ſolutam.

Quod ultimum eſt ex Iure Canonico, *c.* 19. *& c. fin.* 32. *qu.* 5. & divino, 1 *Corinth.* 7. *verſ.* 4. jure enim civili hoc neque ex parte viri, neque ex parte mulieris habetur pro adulterio. *l.* 1. *C. h. t.*

Accuſare adulterii minor viginti quinque annis non poteſt, niſi matrimonii ſui injuriam perſequatur: *l.* 15. §. *Lex Julia. hic.* quamvis ab aliis accuſationibus capitalibus non repellatur. *l.* 14. §. 1. *&* §. 2. *de bon. libert.*

Maritus poteſt intra ſexaginta dies utiles à die divortii computandos, *l.* 14. §. *pen. l.* 29. §. *ſex menſium. verſ. præterea. hic.* jure mariti accuſare: *l.* 6. *C. hic. l.* 37. §. 1. *de minor.* &, eo ceſſante, pater mulieris. *l.* 30. *l.* 14. §. *pen. l.* 2. §. 1. *fin. l.* 3. *l.* 4. *hic.*

Ius mariti ejuſmodi eſt; ut accuſator ſe inſcribere non cogatur, abolere accuſationem pro arbitrio poſſit, & quamvis ex nudis ſuſpicionibus egerit, de calumnia non teneatur: *l.* 6. *l.* 30. *ubi Dd. C. h. t.* niſi ea evidens ſit, & aperta. *d. l.* 14. §. *fin. l.* 30. *hic.*

Elapſis illis ſexaginta diebus admittuntur ad accuſationem de Iure Digeſtorum, non Codicis; *l.* 30. *C. hic.* etiam extranei, & inter hos quoque maritus & pater; ſed jure extranei, ita ut accuſare uſitato inſcriptionis more cogantur: *d. l.* 14. §. *pen.* idque intra quatuor menſes utiles. *l.* 4. §. 1. *hic.*

Itaque apparet utroque tempore, & ſexaginta dierum, & quatuor menſium conjunctо, mulierem intra ſex duntaxat menſes à tempore divortii accuſari poſſe.

Nam

Digitized by Google

Nam & huic accuſationi, utili ſemeſtri tempore, & quinquennio continuo præſcribitur.

Sex menſes computantur, in nupta à die divortii, in vidua à die commiſſi criminis: quinquennium indiſtinctè à die commiſſi criminis. *l.* 29. §. *ſex menſium*. 5. *hic*.

Quo quinquennio non adulterii modo, ſed omnis quæſtio ex lege Iulia, puta ſtupri, lenocinii, præſcribitur: *d.l.*29.§.6.*l.*5. *ubi Salic. C.eod.* Niſi prævaricatio, aut aliud impedimentum, accuſationem eluſerit, vel vis publica in ſtupro facta arguatur. *d. l.* 29. §.*fin.l.* 31. *hic. Gl. in d. l.* 5.

Olim conſtante matrimonio accuſatio adulterii ceſſabat; niſi maritus antea lenocinii convictus eſſet, compertam adulteram in matrimonio retinuiſſet. *l.* 26. *l.* 2.§. 1. *l.* 8. *l.*14. *ff. l.* 2. *C. hic.* Hodie, quia maritus ſine crimine lenocinii uxorem adulteram retinere poteſt, *Auth. ſed hodie. C.eod.* ideò etiam conſtante matrimonio accuſatio rectè inſtituetur. *Azo & Hoſtienſ. n.* 5. *in Rubr. de adult.*

Adulterum & adulteram ſimul accuſare non licet: *l.* 15. §. *ult. ff. l.*8. *C. eod.* A diverſis tamen accuſatoribus ſinguli eodem tempore accuſari poſſunt, niſi aliud obſtet. *l.* 17. §. 6. *ff. hic.*

Si vidua ſit, de cujus adulterio agitur, vel poſt accuſationis denunciationem nupſerit; liberum accuſatori eſt arbitrium, utrum priori loco adulterum, an adulteram accuſare velit. Si verò ante denunciationem nupta ſit, prius adulter reus peragi debet. *l.*5. *l.*15. §.*pen. l.* 16. *hic.*

Si, quo tempore adulter accuſatur, mulier nupta eſt: abſoluto adultero, accuſari, quamdiu nupta eſt, à nemine poteſt, etiamſi per colluſionem adulter abſolutus fuerit. *l.* 18. §. *pen. l.* 19. *eod.*

Accuſari adulterii poſſunt omnes quacunque dignitate præditi, *l.*38. §.*ult. h.t.* etiam ſervi: *l.*5.*de accuſat.* dum tamen ſciverint quicum ſcortantur, alterius eſſe uxorem. *l.*7. *in fin. C. de repud.*

Nam adulterium ſine dolo malo non committitur: *l.* 11. §. *pen. l. pen. hic.* ut, ſi mulier decepta opprimatur ab alio quem putat maritum eſſe, aut, credens

Digitized by Google

credens maritum mortuum, cum alio contrahat. *Angel. in tract. malef. ad verb. che hai adulterato. num.* 46.

Non modò hi qui mœchantur accuſari poſſunt, ſed etiam qui quavis ratione ex eo crimine quæſtum captant, *vid. l.* 8. *l.* 29. §. *qui quæſtum. hic.* qui prohibitas nuptias contrahunt, *l.* 7. *ff. l. ſi hi qui. C. eod.* quive ſuper adulterio tranſigunt. *fac. d. l.* 8. *d. l.* 29. §. 3. 4. *l.* 11. *hic.*

Accuſatio hæc in loco quo delictum eſt commiſſum, inſtitui debet. *l.* 14. *l.* 15. *C. hic.*

Abſens reus accuſari nequit: *l.* 15. §. 1. *ff. l.* 15. *C. eod.* niſi crimine jam inchoato abeſſe incipiat. *l.* 13. *C. eod.*

Nam nec per procuratorem rectè defenditur reus. *l. miles.* §. 1. *hic.* Eſt enim tam rei quam accuſatoris præſentia neceſſaria. *l. pen.* §. 1. *de publ. jud.*

Agit maritus de adulterio vel criminaliter, vel civiliter.

Criminaliter, quando ad pœnam agit.

Pœna adulterii ex lege Iulia erat relegatio, *l.* 5. *de quæſt. l.* 8. *de divort. Cujac. lib.* 6. *obſ.* 11. aut deportatio: *l.* 4. §. *adulterii. de re milit. l.* 11. *hic.* poſtea, ex conſtitutionibus, facta eſt gladii: *l.* 30. §. 1. *C. hic. l.* 18. *C. de tranſact.* Ex noviſſima autem Iuſtiniani conſtitutione, adultera, tantum virgis cæſa, in monaſterium detruditur. *Nov.* 413. *c.* 10.

Mulier adulterii damnata, dotem amittit, marito aſſignandam, *l.* 8. §. *fin. l. fin. C. de repud. Nov.* 117. §. *quia vero plurimas. Nov.* 134. §. *antep.* reſervato liberis jure proprietatis in quota parte. *d. l.* 8. §. *fin.*

E diverſo maritus adulterii damnatus, amittit donationem propter nuptias, mulieri una cum dote, ſalva tum liberis proprietate, *d. l.* 8. §. *fin.* obvenientem. *d. l.* 8. *d. l. fin. Nov.* 134. §. *ſi quando.*

Si nulla donatio facta, neque pacta dotalia interceſſerunt, mulieri quarta pars ſubſtantiæ mariti, peræque atque illo mortuo; *Auth. præterea. C. unde vir & ux.* defertur: *d.* §. *ſi quando. l. fin. C. de repud.* reliquis bonis ad liberos aut proximos redeuntibus;

Digitized by Google

bus; ita tamen, ut inde marito damnato, quoad vivat, alimenta ſint præſtanda. *d.Nov.*117. §.*quia. v. plurimas. d.Nov.*134.§.*ſi quando.Gl.in d.l.*8.*verb.ſibi habere. C. de repud.*

Civiliter de hoc crimine agit maritus; cum actione injuriarum, aut ad ſeparationem thori contendit. *c. tua. de procur.*

Poteſt privatim pater filiam in adulterio deprehenſam ſimul cum adultero interficere: *l.* 20. *cum ll. ſeqq. l.*32. *hic.* non maritus uxorem; *l.* 22. *in fin. hic.* poteſt adulterum ſi eum poſt ternam denunciationem in domo ſua reperiat, *Auth.ſi quis. C. eod.* aut ſi aliquis vilis ſit. *l.* 24. *hic. l. Gracchus. C. eod.*

Stuprum, eſt illicitus coitus cum virgine, aut vidua honeſte vivente, *l.* 25. *l.* 22. *l.* 29. *C. eod.* aut etiam cum puero: propriè & ſtrictè accipitur pro virginis deflotatione. *c. lex illa.* §. *ſtuprum.* 36. *q.* 1.

Eſt vel violentum, vel non violentum.

Violentum, quod per vim, pretium, promiſſa, lenocinium, aliiſque illicitis artibus committitur, *l.*1.§.*fin. de var. & extraord. crim.l.ſi quis.*§.*qui nondum.de pœn.Boſſ.in pract.crim. de coit.dam.n.*66. Lege Iuliâ de vi publica. *l.*3. *ad L. Iul. de vi publ. l.* 29. §. *fin. hic.* at ſecundum Doctores, *in* §. *item Lex Iulia. Inſt. de publ. Iaſ. in* §. *omnes a. num.* 24. *Inſt. de action.* gladio punitur. *fac.* §. 9. *verſ. fin a. Inſt. de publ. jud.*

Quod contra naturam eſt, etiam gladio punitur, *l.* 31. *C. hic.* §. 4. *Inſt. de publ. jud.* de conſuetudine igne. *Clar. lib.* 5. *ſent.* §. *ſtuprum. n.* 4.

Non violentum ſtuprum, commiſſum in viduam honeſtè viventem, vel virginem, ſi ſtuprator honeſtus ſit, confiſcatione dimidiæ partis bonorum; ſi humilior, corporis coërcitione cum relegatione punitur. §. 4. *Inſt. eod.*

Ex lege divina ſtuprator virginem debet dotare, & in matrimonio habere. *Deut.* 23.

Stuprata, vi, dolo, ſtupri crimine vacat; quæ volens, non minus atque ſtuprator in legis pœnam incidit. *l.* 18. *l.* 20. *C. hic.*

De

De Jure Canonico, virginem & pro ejus conditione dotare tenetur, & eum, niſi pater puellam renuat, in uxorem ducere. *c. 1. ubi Dd. Ext. de adult.*

Lenocinium, eſt crimen turpis coitus adminiſtrum, caſtitatis furtum, ſeu latrocinium à Iuſtiniano appellatum. *l.* 14. §. *ſancimus. verſ. ſi enim pecuniariorum.* Puta lenocinium facit, qui mulieres quæſtuarias proſtituit. *l.*43. §. *lenocinium. & §. lenas. de R. N.*

De lenocinio tenetur: qui adulterium aut ſtuprum ſuaſit: *l.* 12. *h. t.* qui quæſtum ex adulterio uxoris aut viri fecit: *l.* 2. §. 2. *l.* 8. *l.* 29. *h. t.* qui infamandæ uxoris cauſa adulterum ſubjecit, ut deprehenderet: *l.* 14. §. 1. *h. t.* qui domum ſuam ſtupro vel adulterio committendo præbuit: *l.* 8. *l.* 9. *eod.* cujus ope & conſilio, vel dolo malo in adulterio deprehenſi, ut ſe redimerent, factum: *l.* 14. *pr. eod.* qui pro comperto adulterio, vel ſtupro celando pecuniam accepit. *l.* 8. *in pr. quod met. cauſſ.*

Lenocinii pœna olim eadem erat cum pœna adulterii, *l.* 2. *l.* 8. *hic. l.* 2. *l.* 9. *C. eod.* nempe relegatio aut deportatio: *l.* 37. *de minor. l.* 29. *hic.* hodie eſt in mangonibus & lenonibus ultimum ſupplicium, *Nov.* 14. §. 1. *ubi Gl.* in reliquis arbitraria atque extraordinaria. *l.* 1. §. *qui puero. de ext. crim. Bart. in Auth. de lenon. Weſ. hic. n.* 16.

Inceſtum, eſt coitus ratione ſanguinis vel affinitatis illicitus. *l.* 38. *pr. &* §. 1. *l. ult. hic.*

Eſt vel juris gentium; commiſſum inter eas perſonas, quæ parentum & liberorum locum inter ſe obtinent: vel juris civilis, commiſſum inter tranſverſales, eoſque cognatos, & affines; utroque jure. *d. l.* 38. §. *quare. l. ult. de R. N. Pater in Enchir. Inſt. tit. de publ. jud. de adult.*

Committitur per qualemcunque coitum, per matrimonium, *d. l.* 38. §. *nonnunquam.* ſtuprum, *d. l.* 38. §. 1. concubinatum, *l.* 11. §. 1. *h. t.* ſcortationem, *d. l.* 38. §. 1. adulterium, *d. l.* 38. *in pr.*

Punitur pœna adulterii. *d. l.* 38. *in pr. l.* 3. *de quæſt. vid. Angel. in tract. malef. verb. che hai adulterata. n.* 66.

Quæ

Quæ mitigatur in illis, qui cum ulteriore gradu ex latere, aut per affinitatem conjunctis, conjunguntur. *Boſſ. de coit. dam. n.73. Boër. deciſ.318.n.5. Weſ. hic. n.22.*

Qui ætate vel errore inceſtum commiſit, ſi eo comperto diſſolvat conjunctionem, excuſatur. *l.38. §.7. hic. l.4. C. de inceſt. nupt.*

Inceſti, & cum adulterio vel ſtupro conjuncti, accuſatio annos viginti ducat. *l.39. §. præſcriptione. ff. hic. l. 12. C. ad leg. Corn. de falſ.*

Ad Legem Iuliam de vi publica.

TIT. VI.

TErtia eſt Lex Iulia de vi publica, ſic dicta à vi facta armatis hominibus, quaſi vi bellica. *§. item Lege. Inſt. de publ. jud.*

Publica vis dicitur, quæ armis infertur: *§.8. Inſt. eod.* quod armorum uſus ſit publicus, non privatus: *l.1. ff. h.t. l.un. C. ut arm. uſus.* quæ fit à perſona publica: in perſonam publicam: *l. 7. hic.* quâ violatur jus publicum. *l.3. § præterea. l.8. hic. & alia exempla paſſim hoc tit. extant.*

Armorum appellatione non ſolum ſcuta & gladii, ſed & fuſtes, lapides, & quicquid nocere poteſt, continetur. *l. 9. hic.*

Habet hæc lex etiam locum in cæde, *l.7.hic.* ſtupro, *l.3.5.6.hic.* incendio, *l. 5. hic.* licet Lege Cornelia coërceantur; quia atrocius crimen eſt, quando publicâ auctoritate, aut armis committitur.

Pœna violentiæ publicæ olim aquæ & ignis erat interdictio, *l.10. §. fin. hic.* cui ſucceſſit deportatio, *l.3. ad L. Jul. pecul.* cum bonorum publicatione. *l.7. in fin. ubi Gl. Bald. n. 11. C. hic.*

Sed Iuſtinianus bona damnatis adimi vetuit. *Auth. bona damnatorum. C. de bon. damn.*

Quibuſdam ex hac lege capitale ſupplicium irrogatur, ut ſervis, incendiariis, effractoribus, expilatoribus villarum, *l.3. §.2. l. pen. ff. l.8. C. hic.* & quando ex violentia cædes alicujus inſecuta eſt. *l.6. ubi Bart. C. hic.*

Ex-

Digitized by Google

Excuſantur; Qui vim tuendæ ſalutis cauſſa fecerunt: *l. pen. hic.* armis ad uſum itineris, navigationis, commercii, venationis, uſi fuerunt. *l. 1. & 2. eod.* Non qui ſe dominos rei, ab ipſis invaſæ, eſſe contendunt. *l. 5. §. 1. eod. l. 7. C. eod.*

Ad Legem Iuliam de vi privata.

TIT. VII.

QVarta eſt Lex Iulia de vi privata.

Vis privata eſt, quæ fit ſine armis, à perſona privata, in privatam, citra juris publici violationem, puta cum quis ſine armis ejicitur poſſeſſione. *l. 5. & t. t. hic.*

De ea etiam ex Senatuſconſulto Voluſiano tenetur, qui improbè in alienam litem coëunt, ut quicquid ex condemnatione redactum fuerit, inter eos communicetur; *l. 6. hic.* ut & illi qui ex naufragio dolo malo quid rapiunt. *l. 1. §. fin. eod.*

Pœna vis privatæ eſt publicatio tertiæ partis bonorum cum infamia. *l. 1. l. fin. hic.*

Hodie, cum bona non publicentur, *Auth. Bona. C. de Bon. proſcript.* arbitraria, ut plurimum, eſt pœna.

Poteſt etiam de vi civiliter agi. *l. 7. C. hic. l. un. C. quand. act. civ. præjud. crim.* Quod tamen violentiæ crimini proprium non eſt, ſed paſſim obtinet.

Ad Legem Corneliam de ſicariis & veneficiis.

TIT. VIII.

QVinta eſt Lex Cornelia de ſicariis & veneficiis, lata à Cornelio Sylla Dictatore, *l. 2. de orig. jur.* in homicidas præcipuè qui à ſica, id eſt, ferreo cultro, ſicarii dicuntur. *§. 5. Inſt. de publ. jud.*

Agit Lex Cornelia de tribus delictis: de cæde ſive homicidio, de veneficio, & incendio. *l. 1. hic.*

Homicidium, eſt violenta vitæ hominis ademptio.

Ho-

Hominem intellige, cujuſcunque ætatis, *l. pen. C. hic. l.* 151. *de V. S.* conditionis. *d. l.* 1. §. 2.

Nam, & qui infantem interemit, *d. l. pen. ubi Salic.* aut fœtum jam animatum abegit, homicidii reus eſt. *l.* 38. §. 5. *de pœn. l.* 1. *hic.*

Homicidium, eſt vel voluntarium, vel neceſſarium, vel non voluntarium.

Voluntarium, eſt quod committitur animi propoſito & dolo; qui facit ut Legis Corneliæ pœnæ locus ſit. *l.* 1. §. 3. *l.* 7. *l.* 14. *l.* 16. *hic.*

Non refert quo teli genere, aut quo modo cædes facta ſit, gladio-ne, an fuſte. *fac.* §. 5. *Inſt. de publ. jud.*

Quod tamen in vulneribus conſideratur, ut indè animus occidendi colligatur. Qui enim inſtrumento ad faciendam cædem idoneo verberavit, is animo occidendi id videtur admiſiſſe; *l.* 1. §. *Divus. hic.* non qui inſtrumento ad alios uſus apto percuſſit. *d. l.* 1. §. *Divus.*

Occidiſſe etiam videtur qui, dolo malo, cauſam mortis præbuit. *l.* 15. *hic.*

Vndè hac lege tenetur; qui, ut quis capite damnaretur, falſum teſtimonium dixit; *d. l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 4. *hic.* qui per alium cædem fieri curavit, aut mandavit; *l. non ideo. C. de accuſ. l.* 5. *in fin. quod vi aut clam. d. l.* 12. *ad L. Jul. de adult. Bart. in l. non ſolum.* 11. §. *ſi mandato. de injur. Dec. in l.* 169. *n.* 3. *de R. I.* qui infantem, maximè ſanguinolentum, id eſt, recens natum, dolo malo, in locum ſolitarium abjecit, ubi inediâ conſumatur, præſertim eventu ſecuto; *Bart. in l. necare. in fin. de lib. agnoſc. Azo in rubr. C. de infant. expoſ.* judex, qui in caput fortunaſque hominis pecuniam accepit; qui innocentem quæſtioni ſubjecit, *l.* 1. §. 1. *hic.* aut qui quid in hominis necem fecit, quod legibus permiſſum non ſit. *l.* 4. *in pr. hic.*

Et, quoniam in maleficiis voluntas, non exitus ſpectatur; *l.* 14. *hic.* ideò hac lege tenetur qui hominis necandi, aut furtum faciendi, aut invadendæ poſſeſſionis causâ cum telo ambulavit, familiam armavit; *d. l.* 1. *in pr. d. l.* 3. §. *item is, ff. l.* 7. *C. hic.* qui

animo

Digitized by Google

animo occidendi hominem, tantum vulneravit. *d. l. 1. §. Divus.*

Moribus tamen conatus non morte, ſed mitius punitur. *Gail. 1. de pac. publ.* 14. Exceptis tamen atrociſſimis criminibus.

Tenetur eadem lege Cornelia: author ſeditionis: qui naufragium ſuppreſſit: *d. l. 3. §. item is.* qui non Iudæum circumcidit: *l. 11. in pr. hic.* qui alium caſtravit: *d. l. 3. §. item is.* aut thlibiam fecit: *l. 5. eod.* aut caſtrandum tradidit: *l. 6. eod.* aut ſe caſtrari paſſus eſt: *l. 4. in fin. eod.* Eſt enim inſtar homicidii, virilitatem ac ſexum adimere.

Pœna legis Corneliæ olim fuit deportatio, cum ademptione bonorum: *l. 3. §. fin. hic.* hodie eſt capitalis: *d. l. 3. §. fin. l. pen. ff. l. pen. C. hic. §. 5. Inſt. de publ. jud.* ut homicida quod fecit, ſemper exſpectet. *l. 3. C. de Epiſc. aud.*

Quâ pœnâ eximitur, qui eum occidit quem occidere fas eſt: ut transfugam, *l. 3. §. fin. hic.* vilem adulterum, *l. 24. l. 38. §. Imperatores. ad L. Jul. de adult. l. 4. C. eod.* militiæ deſertorem, *l. 2. C. quand. lic. unic. vind. ſe.* perduellem, *l. 35. ff. de relig. & ſumpt. fun.* violentum ſtupratorem, raptorem in ipſo raptu. *l. 20. cum ll. ſeqq. ff. ad leg. Jul. de adult. l. un. verſ. ne igitur. C. de rapt. virg.*

Homicidium neceſſarium, eſt quod fit ob neceſſariam corporis defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, id eſt, ſolum ad defenſionem corporis, citra vindictæ imaginem.

Vt, ſi quis furem nocturnum, cui parcere ſine periculo ſuo, rerumque ſuarum, *Gl. in l. 52. §. 1. ad verb. vellet. ad L. Aquil. l. 3. de I. & I.* non potuit, interficiat; *l. 9. hic.* aut latronem; *l. 4. C. eod.* & aggreſſorem; *l. 2. C. eod.* aliumve quemlibet, qui dubium vitæ periculum intentat; *l. 2. 3. C. eod. l. un. C. quand. lic. unicuiq.* Vim enim vi repellere, etiam jure naturæ, licet. *l. 3. de I. & I. l. 1. §. in beſtiis. ſi quadr. pauper. fec. dic.*

Tale neceſſarium homicidium, nec hac, nec alia lege punitur; modò in moderamine inculpatæ tutelæ conſiſtat. *l. 1. C. unde vi. Bart. & Dd. in d. l. 3. de I. & I.*

Quod

Quod ex qualitate perſonarum, rerum, aliiſque temporum & locorum circumſtantiis, æſtimandum, & non ad facultatem fugæ, ſed defenſionis eſt referendum: *Gl. & Dd. & Salic. in d. l. 3. Bald. & Salic. in l. ſola. C. de teſt. Bart. conſ.* 110. probandumque ab eo qui allegat. *l. 1. C. hic.*

Quod ſi probare nequeat; puta quia ſolum ſe remotis arbitris ab interfecto aggreſſum aſſerat: tormentis ſubjiciendus. *Bald. Salic. in l. un. n. 31. C. de confeſſ. Lanfr. in c. quoniam. ad verb. confeſſiones. n. 12. de probat.*

Quando tamen ex circumſtantiis innocentiæ ſuſpicio extat, videtur pro arbitrio judicis poſſe abſolvi. *Boer. deciſ.* 164.

Nam cum quædam indicia ſunt pro reo, quædam contra, in mitiorem abſolutionis partem eſt declinandum, nec perveniendum ad torturam. *Boer. deciſ.* 165.

Homicidium non voluntarium, eſt quod fit caſu, atque ita præter facientis opinionem; aut mentis inopia, ab infantibus, ſcilicet nondum doli capacibus, *fac. l. un. C. de falſ. mon. l. 7. hic.* furioſis, dormientibus. *l. 12. ff. hic.*

Hoc in actu licito veniam meretur, in illicito, vel culpa non carente, ceſſante pœnâ legis Corneliæ, pro ratione circumſtantiarum, extra ordinem punitur. *Pater in Enchir. Inſt. ſub tit. de publ. jud. de homicid.*

Vndè ebrietas magna, quæ mentem aufert, pœnam mitigat: parva non item. *l. omne delictum.* §. 7. *verb. per vinum. ubi Bart. de re milit. Salic. in l. 1. C. eod. Bart. in l. reſpiciendum.* §. *delinquunt. & in l. aut facta. de pœn.*

Secundum delictum, de quo agit Lex Cornelia, eſt veneficium.

Venefici ſunt, qui venenum malum hominis necandi cauſa faciunt, *l. 1.* §. 1. *l. 3. hic.* etſi id ipſi non exhibeant, ſed in eum finem tantum vendant: *d. l. 3. in pr. &* §. 1. item qui artibus magicis in eundem finem utuntur. §. 5. *Inſt. de publ. jud. t. t. C. de maleſ. & math.*

Digitized by Google

Qui venenis ad hominem necandum utuntur, eorum pœna gladius eſt, *l.* 28. §. 9. *de pœn.* qui magicis artibus, ignis. *l.* 3. *C. de maleſ. & math.*

Amatorium, aut abortionis poculum dans, hac lege non punitur, tametſi homo ex hac re perierit; ſed quia mali exempli id eſt, extra ordinem vindicari debet. *l.*3. §. 1. *l. ſi quis aliquid. de pœn.*

Pigmentarii, ſive pharmacopolæ, venena vendere non prohibentur; ſed ſi cui temerè dederint, puniendi ſunt. *d. l.* 3. §. *alio.*

Mulier quæ medicamentis partum abegit nondum animatum, verbis legis non continetur; ſed nihilominus extraordinaria pœna judicis arbitrio ei irrogabitur. *l.*8. *hic. l. divus. de extraord. crim. l.*39. *de pœn.*

Conſtitutionibus hæc veneficii quæſtio extenſa eſt ad eum qui magiam, auſpicia, ſimileſque impoſturas docuit, vel didicit, vel his uſus eſt. *l.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *C. de maleſ. & math.*

Tertium delictum de quo agit Lex Cornelia, eſt incendium.

Quod dolo malo excitatum gladio olim puniebatur, *l.* 10. *hic. l.* 9. *l. fin. de incend. ruin. naufr.* hodie igne. *l.* 28. §. 12. *de pœn. d. l.* 9.

De Lege Pompeia de Parricidiis.

TIT. IX.

SExta eſt Lex Pompeia de Parricidiis, à Cneo Pompeio lata.

Eâ tenetur, qui parentem, liberos, cognatum, conjugem, affinem, ſponſum, ſponſam, ſponſi ſponſæve cognatum, patronum, patronam, occidit: cujuſve dolo, vel ope id factum eſt: & qui venenum emit, ut parenti daret, *l.* 1. 2. 3. 4. 5. *hic.* & facinoris conſcius, *l.* 6. *eod.* & auxiliarius. *l.* 7. *eod.*

Propriè dicitur parricida qui quæve parentes, aut liberos occidit; quive eorum loco ſunt: *l.* 9. §. 1. *hic. l. un. C. de his qui par. occid.* §. *alia. Inſt. de publ. jud.* Quod parricida, tanquam patriſcida dicatur:

tur: Impropriè qui quæve reliquas perſonas. *d. l. pen. §. 1. d. §. alia.*

Pœna Parricidii, ex lege Pompeia, olim erat indiſtinctè eadem quæ legis Corneliæ de ſicariis: *l. 1. hic.* Nunc parricida propriè dictus, ex conſtitutione Conſtantini, *d. l. un.* ſecundum pœnam more majorum receptam, *d. l. 9. in pr.* virgis ſanguineis cæſus, & culeo cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia inſutus, in mare aut flumen proximum projicitur; *d. l. 9. in pr. d. l. un.* aut, ſi mare, aut flumen in propinquo non eſt, beſtiis (ſecundum conſtitutionem D. Adriani) objicitur. *d. l. 9. in pr.* Cæteris legis Corneliæ pœna imponitur. *d. l. 9. §. 1.*

Qui verbera parentibus impiè intulit, non hujus legis pœnâ punitur, ſed arbitrariè. *l. 1. de obſ. à lib. parent. præſt. junct. l. 3. & 4. C. de patr. pot.*

Parricidii poſtulatus ſi pendente accuſatione (cui non præſcribitur, *l. fin. hic.*) deceſſerit, ſi quidem ſibi mortem conſcivit, ſucceſſorem fiſcum habebit; ſi minus, eum quem voluit; ſi modò teſtamentum fecit: ſi inteſtatus deceſſit, eos hæredes habebit, qui lege vocantur. *l. 8. hic.*

De lege Cornelia de falſis, & Senatusconſulto Liboniano.

Tit. X.

Septima eſt Lex Cornelia de falſis, à Cornelio Sylla adverſus falſarios lata. *l. 2. §. 32. de orig. jur.* quam teſtamentariam vocant. *§. 8. Inſt. de publ. jud.*

Falſum hic eſt, quod animo corrumpendæ veritatis in alterius fraudem dolo malo fit. *l. 20. C. hic.* Factum enim falſitatis, non dictum, lex coërcet. *l. 23. hic.*

Sed nemo incidit in crimen falſi, id eſt, in neminem publica accuſatio de falſo inſtitui poteſt; niſi quem Lex Cornelia, & Senatuſconſultum Libonianum, (quod temporibus Tiberii, Statilio

 Tauro

Digitized by Google

Tauro & L. Scribonio Libone Coſſ. in ſupplementum Legis Corneliæ, latum eſt) aliæque conſtitutiones ac reſponſa Iuriſconſultorum, quæ eam legem interpretantur, diſertè notant. *Weſ. hic. n.* 2.

Committitur falſum vel circa homines, vel circa res.

Circa hominem falſum committit; qui vel falſum partum ſupponit; *l.* 19. §. 1. *l.* 30. §. 1. *hic.* vel nomen, *l.* 13. *ff. l.* 20. *C. eod.* vel teſtimonium falſum dicit; *l.* 1. *l.* 2. *ff. eod.* qui judicem corrumpit, vel corrumpendum curat; *l.* 21. *in fin. hic.* qui aliquem teſtari prohibet. *l. Paulus. hic.*

Falſum partum qui ſupponit, tam mulier quam obſtetrix, capite, non naturali, ſed civili, *arg. l.* 1. §. *fin. hic. Caranza lib.* 5. *de partu ſuppoſ.* punitur. *l.* 2. *de Carb. edict. Paul. lib.* 2. *ſent. tit.* 24.

Ejus accuſatio nullâ ordinariâ temporis præſcriptione depellitur; *Cujac.* 4. *obſ.* 14. nec intereſt deceſſerit, nec ne, ea quæ partum ſubdidiſſe contenditur. *l.* 19. §. 1. *hic.*

De eo ſoli accuſant parentes, aut hi quorum intereſt; non quilibet ex populo, ut publicam accuſationem intendant. *l.* 30. §. 1. *hic.*

Circa nomen committit falſum, qui dolo malo, *l. un. C. de mut. nom.* nomine vel cognomine falſo, *l.* 13. *hic.* aut inſignibus & privilegiis, & titulis altioris ordinis utitur: *Paul.* 5. *ſent.* 25. §. 11. §. 12. *ubi Cujac. Gothofr. ad d. l.* 13. *lit. o. Baiard. in add. ad Clar.* §. *falſum. n.* 24. qui nomine magiſtratus falſas literas proponit, aut reddit: *l.* 25. *hic.* qui tutor cum eſſet, eo diſſimulato, vectigalia publica conducit. *l. un. C. ne tut. vel cur. vect.*

Circa teſtimonium committit falſum, *l.* 1. *pr.* §. 20. *hic.* qui ſive falſum perhibet, ſive verum malitioſe, gratis, aut accepta pecunia, *Farin. q.* 67. *n.* 220. tacet: *Damhoud. in prax. crim. c.* 124. & qui pecuniam pro ferendo teſtimonio accepiſſe, pactuſve fuiſſe, convincitur. *d. l.* 1. §. 1. *ubi Bart. & Gl. hic.* Licet verum dixerit. *Clar.* §. *falſum. num.* 18. *Myſ.* 6. *obſ.* 67. Noluit enim lex teſtes ullo modo pecuniam accipere. *l.* 1. §. *ſed & ſi quis. ff. hic.*

Fal-

Digitized by Google

Falſum quoad res, committitur circa monetam, *l.* 1. 2. 3. *C. de falſ. mon.* ſcripturam, *l.* 1. *l.* 16. *hic.* menſuram, *l.* 32. *eod.* & alias res, puta leges, conſtitutiones. *ut in l.* 1. *l. ult. hic. Paul.* 5. *ſent. tit.* 25. §. 3. *ibi Cujac.*

Circa monetam falſum committit, qui veram cudit, cujus ipſi non eſt poteſtas: *l.* 9. *C. de falſ. mon.* eam radit, diminuit; *l.* 8. *hic.* qui in aurum quid vitii addit: *l.* 9. *eod.* qui adulterinam monetam conflat: *d. l.* 9. eam ſciens dolo malo expendit: *d. l.* 9. *l.* 1. *l.* 2. *ubi Salic. l.* 3. *C. de falſ. mon.* qui cum prohibere tale quid poſſet, non prohibuit. *d. l.* 9. §. 1.

Circa ſcripturam falſum committit, qui ſcripturam, ſive publicam, ſive privatam, abolet, radit, immutat, alio modo quo minus veritas appareat, facit: *l.* 1. *l.* 16. *l.* 23. *l.* 28. *&c. hic. l.* 21. *l.* 23. *ubi Bald. C. eod.* qui legatum vel hæreditatem ſibi in teſtamento alieno adſcribit. *l.* 1. §. 7. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 11. *l.* 12. *l.* 15. *l.* 17. *l.* 18. *l.* 22. §. 1. *hic.*

Circa menſuram falſum committit; qui injuſtâ menſurâ, pondere, bilance, utitur, *l.* 32. §. 1. *hic.* qui adulterinas merces pro bonis vendit. *Damhoud. in prax. crim. cap.* 123.

Nemo autem de falſo tenetur & punitur, niſi dolo malo id admiſerit. *l.* 20. *C. hic.*

Falſi accuſatio eſt publica: *l.* 1. *de publ. jud.* excepto (ut dictum) quod de partu ſuppoſito ſoli accuſant parentes. *l.* 30. *hic.*

In hoc judicio acerrima fit indagatio, ut & à reo probatio quandoque exigatur. *l. pen. hic.*

Pœna falſi ex Lege Cornelia olim erat deportatio & bonorum publicatio in libero homine; in ſervo ultimum ſupplicium: §. 7. *Inſt. de publ. jud. l.* 1. §. *fin. l. fin. hic.* Hodie ferè arbitraria, & pro circumſtantiis delicti varia eſt, ut certa in hoc judicio præſcribi non poſſit. Nunc enim extenditur uſque ad ultimum ſupplicium; *l.* 22. *C. hic.* nunc remittitur uſque ad manus amputationem; *Nov.* 42. *& Nov.* 17. vel relegationem; etiam temporalem; *l.* 21. *l.* 13. §. 1. *l. antepen. hic.* quandoque etiam in totum auffertur; ut impuberibus. *l.* 22. *hic.*

Digitized by Google

Monetæ tamen corruptæ pœna, ob læſam majeſtatem, ignis eſt. *l. 2. C. de falſ. mon.*

Sed falſi pœna, qualiſcunque ſit, hæredes non tenet.

Quare, ſi falſi reus ante ſententiam deceſſerit, ceſſante lege Cornelia, tantum quod ſcelere quæſitum hæredibus aufertur. *l. 12. hic.*

De Lege Iulia repetundarum.

Tit. XI.

OCtava eſt Lex Iulia repetundarum à C. Iulio Cæſare, ad coërcendam magiſtratuum avaritiam, qui provincias ſibi commiſſas compilabant, lata.

Hac lege tenentur, publico officio fungentes, & eorum comites, *l. 1. in pr. l. 5. hic.* qui aliquid vel donationis causâ, *l. pen. eod.* (niſi ſit potulentum, eſculentumve, quod in proximos dies prodigatur; *l. 18. de offic. præſid.* aut à conjunctis perſonis oblatum ſit. *d. l. 1. §. 1. hic.*) vel quo magis, ſive quo minus, officium facerent, acceperunt. *l. 3. l. 4. eod.*

Eadem lex venditiones omnes & locationes, ejus rei causâ pluris minoriſve factas, irritas facit. *d. l. pen.*

Ex hac lege oritur actio duplex, altera civilis, altera criminalis.

Civilis, datur in quadruplum ejus quod illicitè datum eſt. *l. 1. l. fin. C. hic.* ita ut duplum reſtituatur ſpoliato, ac duplum inferatur fiſco. *l. 3. C. de aſſeſſ.*

Datur in hæredem, *l. ult. ad L. Jul. pecul.* intra annum à morte rei: *l. 2. ff. l. 2. C. hic.* poſt annum non; niſi in quantum ad eum pervenit. *l. 5. in pr. de calumn.*

Criminalis actio publicum judicium conſtituit (de quo hoc titulo agitur), quo damnati extra ordinem puniri ſolent, & plerunque vel exilio, vel durius, prout admiſerint. *l. 7. §. ult. hic.*

Hac lege damnatus teſtimonium publicè dicere, judex

Digitized by Google

judex eſſe, & poſtulare, prohibetur. *l. 6. in pr. &* §. 1. *eod.*

De Lege Iulia de annona.

Tit. XII.

NOna eſt Lex Iulia de annona, id eſt, annona fraudata. *l. 1. hic.*

Eâ pœna ſtatuitur viginti aureorum, in eum qui contra annonam fecit, ſocietatemve coiit, quò annona carior fieret. *l. 2. in pr. hic.*

Sæpius extra ordinem puniri ſolet. *l. annona. 6. de extraord. cognition.*

Hæc accuſatio non modò publica eſt, ſed & ſervis & mulieribus conceditur. *l. 1. l. fin.* §. *fin. hic.*

Ad Legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegis, & reſiduis.

Tit. XIII.

DEcima eſt Lex Iulia Peculatus; quâ punitur furtum, tam pecuniæ publicæ, quam ſacræ & religioſæ, ab eo factum, cujus periculo non eſt. *l. 1. l. 9. hic.*

Pecuniæ nomen hic largè pro omnibus rebus accipitur. *l. 2. C. de conſtit. pec. l. 178. de V. S. l. 14. fin. hic.*

Publica pecunia dicitur quæ ad Rempublicam Romanam vel ad Cæſarem pertinet. *l. 6.* §. *fin. hic.*

Qui tamen rem civitatis ſurripit, non furti, ut olim, *l. 81. ff. de furt. junct. l. 15. ff. de verb. ſign.* ſed peculatus, ex conſtitutionibus Principum, tenetur. *d. l. 4.* §. *fin. hic.*

Sacra pecunia dicitur quæ Deo conſecrata aut donata, *l. 4. pr. &* §. 1. *hic.* publicè. *l. 9.* §. 1. *hic.*

Quam ſurripiens, ſacrilegus ſpeciali nomine dicitur, *l. 4.* §. 2. *l. 9.* §. 1. *hic.* dummodò è loco ſacro ſurripiat. *l. 16.* §. *locus. de pœn.*

Sacrilegum etiam Cujacius *in par. hic.* eum dicit, qui pecuniam furatur religioſam.

Religioſa eſt, quæ ex loco religioſo, puta ornamentis ſepulchrorum, aufertur.

Sacrilegi, *d. l. 9. in pr.* & qui in adminiſtratione poſiti peculatum commiſerunt, quive his miniſterium præbuerunt, aut ab eis ſubtractas pecunias, ſcientes ſuſceperunt, capite puniuntur: cæteri deportantur. *l. 3. hic. l. un. C. de crimin. pecul. §. 9. Inſt. de judic. publ.*

Criminis peculatus accuſatio quinquennium durat. *l. peculatus. 7. hic.*

Etiam in hæredes exercetur, quatenus pecuniam reſpicit: quia de ablata pecunia agitur. *l. ult. hic.*

Vndecima eſt Lex Iulia de reſiduis; quâ tenetur is qui publicam pecuniam, delegatam in uſum aliquem, aut partem ejus, retinuit, neque in uſum illum conſumpſit; *l. 2. l. 4. §. 4. l. 9. §. pen. hic.* & is apud quem ex locatione emptione, aliave cauſa, pecunia publica reſedit, *d. l. 4. §. lege.* ſi eam ad ærarium non eſt profeſſus; vel ſi profeſſus retinuit ultra annum. *d. l. 9. §. ult.*

Ex quibus apparet non omnem pecuniæ publicæ debitorem eâ lege teneri, ſed eum tantum, qui reliquator eſt, ob publicæ pecuniæ adminiſtrationem. *l. 9. §. fin. verſ. cum eo. hic.*

Hic amplius tertiâ parte quam debet, damnatur: *d. l. 4. §. 5.* id eſt, ut præter pecuniam quam debet, tertiam partem ejus pecuniæ pendat. *Duaren. hic. cap. 4.*

Datur etiam hoc judicium in hæredes; quia præcipua quæſtio eſt de ablata pecunia. *l. ult. eod.*

De Lege Iulia ambitus.

TIT. XIV.

DVodecima eſt Lex Iulia de ambitu, lata aut ſaltem renovata, ab Auguſto, *Sueton. in ejus vita.* in eos, qui viritim diſtributâ pecuniâ, populum corrumpunt, ut ad honores publicos & magiſtratus provehantur, *l. un. ff. & C. hic.* non qui Rei-

publicæ

Digitized by Google

publicæ palam offerunt, ac donant ob decretum honorem, aut decernendum. *l.* 1. *de pollicit. l. hoc jure. de donat.*

Cui crimini olim in Vrbe tantum erat locus: *l. un. pr. hic.* deinde ceſſavit: *d. l. un.* poſtea, & *l. ult. C. ad leg. Jul. repet.* & *Novel.* 8. *c.* 8. §. 1. eſt reſtitutum: & ex Senatuſconſulto ad eos productum, qui in municipio magiſtratus vel ſacerdotia, illicito modo, ambiunt: *d. l. un.* §. 1. qui novum vectigal inſtituunt. *d. l. un.* §. *pen.* Et per legem Iuliam Iudiciariam productum in reum vel accuſatorem, qui domum judicis ingreſſus eſt. *d. l. un.* §. *ult.* Item ex conſtitutione Arcadii & Honorii, ad eos qui adminiſtrationis ratione non redditâ, idem officium repetunt & continuant. *l. un. C. eod.*

Pœna hujus criminis, ex lege Iulia, fuit prohibitio ad quinquennium honores petendi. *Dion, hiſt. Rom. lib.* 54. Ex Senatuſconſulto, & lege Iulia Iudiciaria, eſt centum aureorum: cum infamia. *l. un.* §. 1. & §. *fin. hic.* Ex conſtitutione Arcadii & Honorii, deportatio. *l. un. C. eod.*

De Lege Fabia de plagiariis.

TIT. XV.

Decima tertia eſt Lex Fabia (ſic dicta à Fabio quodam ejus latore), lata in eos qui πλαγίως, id eſt, doloſè & malitioſè, vel liberos homines, vel ſervos alienos, intercipiunt ac ſupprimunt. *l.* 3. *l. pen. hic.*

Eâ tenetur, qui ſciens dolo malo, liberum hominem, invitum, emit, vendit, celat, vinctum habet; ſervum alienum dolo habet, abducit, celat, retinet. *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *ff. l.* 1. 5. 6. 7. 9. 10. 15. *C. hic.*

Sed & ex Senatuſconſulto, quod huic legi acceſſit, in hujus legis pœnam incidit, qui ſervum fugitivum vendidit. *l.* 2. *ff. l.* 6. *C. eod. l.* 35. §. *ſi quis amico. de contr. empt.*

Venditionis verbo omnes ſimiles contractus quibus dominium transfertur, comprehendimus;

d. l.6. C. & l.4.hic. etiamſi plagii crimen dominium non transferat, neque ſtatum mutet. *l. 11. C. eod.*

Accuſatio hujus criminis conſtitutione Diocletiani facta eſt publici juris: *l. 13. C. eod.* criminalis: *l. 8. C. eod.* Vnde inſcriptione, accuſatione ac ſententiâ ordinariâ expeditur. *l. 3. C. eod.*

Pœna ex hac lege pecuniaria fuit, *l.fin. ff. l.6. C. eod.* quæ in uſu eſſe deſiit. Nam pro modo delicti coërceri cœperunt, & plerumque in metallum dari. *d. l. fin.*

Sed hodie propter hominem liberum ſuppreſſum pœna mortis infligitur: *l. ult. C. eod.* ſiquidem qui digniores ſunt, gladio feriuntur; qui libertinæ conditionis, beſtiis ſubjiciuntur. *d. l. fin. C. eod.*

Quod Iuri divino conſentaneum eſt. *Deut. 24. c. 7. Exod. 21. verſ. 16.*

Ad Senatuſconſultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.

TIT. XVI.

VIdeamus nunc, antequam ad progreſſum, ordinem, & executionem criminalium judiciorum perveniamus, ea quæ judiciorum progreſſui obſtant.

Quæ veniunt vel ex parte accuſatoris, vel ex parte rei.

Ex parte accuſatoris: calumnia, prævaricatio, tergiverſatio. *l. 1. pr. hic.*

Calumniator eſt, qui falſa crimina ſciens, & dolo malo, intendit. *d. l. 1. §. 1.*

Qui bona fide accuſavit, non ideò protinus calumniator eſt, quia in probatione criminis defecit. *l. 3. C. de calumniat.*

Ejus enim rei inquiſitio arbitrio judicis cognoſcentis committitur; qui reo abſoluto, de accuſatoris incipit conſilio quærere, quâ mente ductus ad accuſationem proceſſit. Et, ſi quidem juſtum ejus errorem repererit, abſolvit eum: Si verò in evidenti calumnia

calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat. *l.* 1. §. 3. *hic.*

Quorum alterutrum ipſis verbis pronunciationis manifeſtatur. Nam, ſi quidem ita pronunciaverit, *non probaſti*, pepercit ei. Sin autem pronunciavit, *calumniatus es*, condemnavit eum. Et quamvis nihil de pœna ſubjecerit, tamen legis poteſtas adverſus eum exercebitur. *d. l.* 1. §. 4.

Pœna olim ex lege Rhemmia irrogabatur, *d. l.* 1. §. 2. & erat, fortè, pecuniaria. *in pr. &* §. 1. *Inſt. de pœn. tem. lit.* Hodie qui in judicio publico calumniatus eſt, infamiâ notatur, *d. l.* 3. *l.* 8. *C. de calumniat.* & pœnâ talionis afficitur, id eſt, eâ quam reus paſſus eſſet, ſi convictus fuiſſet. *l. ult. hic.* Qui verò aut in privato, aut in extraordinario judicio eſt calumniatus, in ea pericula non incidit; *l.* 5. *C. eod.* ſed extra ordinem, pro qualitate admiſſi, plectitur. *l.* 3. *hic.*

Non omnes accuſatores calumniæ cauſa puniuntur; ſed quidam ſunt de quorum calumnia queri non ſolet, nec licet; *l.* 15. §. 2. *hic.* ut puta, mater quæ filii necem vindicat; *l.* 2. *C. de calumniat.* qui paternam mortem ulciſcitur; *l.* 4. *C. eod.* & ſimiles.

De nunciatoribus publicis dubitari poterat; ſed conſtitutum eſt eorum calumniam impunitam eſſe non debere. *l. ea quidem. C. de accuſat.*

Proinde notoriis ſuis, id eſt, elogiis & teſtificationibus quas ad Præſides mittunt, adeſſe coguntur, ut intelligatur an falſa calumnioſaque ſint. *l.* 6. §. 3. *hic.*

Prævaricator eſt, qui vera crimina abſcondit, & cum reo colludit, ita ut tranſlatitiè munere accuſandi fungatur, & proprias probationes diſſimulet, falſas rei excuſationes admittat. *l.* 1. §. 1. §. 6. *hic. l.* 212. *de V. S. l.* 1. *de prævar.*

De eo dixi ſupra. *lib.* 47. *titulo* 15.

Tergiverſator, eſt qui antequam reum peregerit, in univerſum ab accuſatione deſiſtit. *d. l.* 1. §. 1. §. 6.

Qui differt non deſiſtit: *l.* 6. *l.* 13. *hic. l. fin. C. eod.*

Digitized by Google

Si tamen reum intra præfinitum accuſationis tempus non peragat, nec magiſtratus occupationibus fuerit impeditus, *l.* 15. §. *pen. hic.* deſtitiſſe videtur. *l.* 6. §. 1. *eod.*

Sed non ante, quod ad pœnam attinet, accuſator deſtitiſſe videtur, quam ſi inſtituta & ordinata ſit accuſatio, inſcriptionibus depoſitis, & fidejuſſore de exercenda lite præſtito. *l.* 1. *C. ad SC. Turp. l.* 15. §. 4. *hic.*

Qui tergiverſantur & deſiſtunt, Senatuſconſulto Turpilliano quinque libris auri puniuntur. *l.* 3. *de pravaricat.*

Quod judicium non eſt publicum, licet eo puniatur, qui judicium publicum deſeruit. *d. l.* 3. §. *ult.*

Qui tamen extraordinarium judicium deſerit, & extraordinariè punitur. *l.* 3. *hic.*

Ceſſat pœna hujus Senatuſconſulti in tutore, qui mortuo pupillo deſtitit ab accuſatione, quam ipſius nomine inſtituerat: *l.* 14. *hic.* In iis de quorum calumnia agi non permittitur: *l.* 15. §. 2. *eod.* In eo qui propter mortem rei deſtitit ab accuſatione, ſi tale ſit crimen quod morte finiatur: *d. l.* 15. §. 3. Ceſſat denique ſi abolitio criminis, id eſt, accuſationis, intervenerit. *d. l.* 1. §. *ſi quis autem. &* §. *ſeq. l.* 12. *l.* 13. §. 1. *hic.*

Eſt Abolitio, quâ reorum numero reus eximitur, & aboletur accuſationis memoria. *l.* 12. *hic.*

Eſt triplex; vel Publica, vel Privata, vel legitima. *l.* 8. *cum ll. ſeqq. hic.*

Publica, eſt quæ publicè ex decreto Senatus, ob rem benè geſtam, vel aliam ſimilem cauſam fieri ſolet. *d. l.* 8. *& ll. ſeqq. d. l.* 12.

Nam edictis propoſitis indicuntur feriæ. *l.* 1. *C. de gener. abolit. l.* 26. §. 7. *ex quib. cauſ. major.*

Quibus tamen finitis, intra triginta dies utiles, repeti accuſatio poteſt. *l.* 10. *l.* 12. *l.* 15. *hic. l.* 1. *C. de gener. abolit.*

Sed hæc abolitio publica non pertinet ad ſervos, ſi rei alicujus maleficii delati ſunt; *l.* 16. *hic.* nec ad crimen falſi. *l. pen. eod.*

Privata abolitio, eſt quæ accuſatori poſtulanti indul-

Digitized by Google

indulgetur, *l.* 10. *in pr. hic.* à Principe, *l.* 13. §. 1. *eod.* vel à Præſide; non ab eo cui juriſdictio mandata eſt. *l.* 1. §. *abolitio. hic.*

Hâc impetratâ, is qui deſiſtit, accuſare amplius nequit, *l.* 3. *l.* 4. *C. de abolit.* niſi ex indulgentia Principis. *l.* 1. *C. eod.* Alius poteſt, ſed intra triginta tantum dies utiles. *l.* 3. §. *fin. de accuſ.*

Legitima, eſt quæ ex lege fit accuſatore mortuo, vel ex juſta cauſa impedito quominus agere poſſit; *d. l.* 10. *hic.* vel mortuo eo cujus nomine accuſatio inſtituta fuit; *l.* 14. *eod.* vel reo mortuo. Niſi judicium tale ſit, quod etiam in hæredes reddatur, ut majeſtatis, repetundarum, *l.* 15. §. 3. *hic.* falſi. *l. pen. eod.*

Quæ abolitio tamen non impedit, quin ab alio repeti poſſit reus, intra tempus legitimum, id eſt, triginta dierum. *l.* 10. *hic. l.* 3. §. *ult. de accuſat.*

De requirendis vel abſentibus damnandis.

TIT. XVII.

Ex parte Rei judiciorum criminalium progreſſui obſtant duo. Ejus abſentia, de qua hoc titulo: & inficiatio, de qua in ſequenti titulo agitur.

Abſens, ante inchoatum capitale crimen, damnari non poteſt. *l.* 1. *hic.*

Ideò, ſi reus ad diem inſtituendæ accuſationis vocatus, præſentiam ſui non faciat, annotatur, referturque ejus nomen in publica acta, ut requiratur; *l.* 1. §. 1. *hic.* & bona ejus obſignantur, ne quid ex eis minuatur, & ne ejus fuga inſtruatur, *l. ult. in pr. ff. l.* 1. *C. eod.* quæ morâ deteriora fiunt, diſtrahuntur, pretiumque deponitur, *d. l. ult.* §. 1. atque Edictis monetur, ut ſe ſiſtere, *d. l.* 1. §. 2. & purgare, *l.* 1. *C. eod.* poſſit.

Qui ſi intra annum, ex quo ea annotatio facta, *l.* 2. *C. eod.* veniat, cauſa peragitur: & ſi ſe crimine purgaverit, bona ſua jam obſignata recipit: *l.* 1. *C. eod.* Si intra annum moriatur, bona ad hæredes

Digitized by Google

ſuos tranſmittit: *l.* 1. §. *ult. ff. l.* 1. *C. eod.* Poſt annum, eo non revertente, bona confiſcantur: *l.* 2. *in pr. l. ult. in pr. ff. l.* 2. *C. eod.* Poſt annum ſi redeat, defendere quidem ſe poteſt ac innocentiam ſuam purgare; *l.* 4. §. *ult. hic.* ſed bona nihilominus vindicat fiſcus: *l.* 1. §. *ult. ff. l.* 2. *C. eod.* Niſi poſt viginti annos ea fiſcus vindicet. *l.* 2. *&* 3. *hic.*

Quamcunque enim quæſtionem apud fiſcum, ſi non alia ſit propria præſcriptio, viginti annorum ſilentio præſcribi, Divi Principes voluerunt. *l.* 3. *hic.*

Iure Noviſſimo bona (excepto crimine Læſæ Majeſtatis) non publicantur; *Auth. damnatorum. C. de bon. damnat.* proinde non annotantur.

Reus, ſive ante, ſive poſt annum ſe ſiſtat, ſi delati criminis reus convincatur, legitimis pœnis afficitur. *t. t. ff. & C. hic.*

Reus poſt qualecunque crimen inchoatum abſens, peragi, & damnari poteſt; *l.* 33. §. *publicè. de procurat. l.* 10. *de publ. jud. l.* 4. §. *ult. verſ. & aqui hoc crimine. ad L. Corn. de ſicar.* videlicet ſi Edictis citatus per contumaciam abſit. *l.* 5. *in pr. de pœn. Nov.* 134. *c.* 5.

Abſens etiam ante inchoatum crimen non capitale accuſari, & poſt citatoria Edicta condemnari poteſt. *d. l.* 5. *in pr.*

De quæſtionibus.

TIT. XVIII.

QVoniam Rei crimen inficiari ſolent, ideò veritatem vel probationibus, *l.* 4. *C. de edend. l. ult. de probat.* vel quæſtionibus eruere oportet. *l.* 1. *in pr. hic.*

Quæſtio, eſt tormentum & cruciatus corporis ad eruendam veritatem. *l.* 15. §. *quæſtionem. de injur. l.* 1. §. *quæſtionem. de SC. Syllan.*

Torquetur non ſolum reus, *l.* 18. *in pr.* §. 1. §. 2. *hic.* ſed etiam is qui contra reum interrogatur; ut ſervus, *l.* 1. §. 1. *eod.* teſtis infamis, *l.* 21. § *ſi ea. de teſtib.* vacillans. *l.* 15. *pr. d. l.* 18. §. *teſtes.*

Non

Non omnes, omni in cauſa, torqueri poſſunt.

Quidam enim nulla in cauſa torqueri debent; ut milites, *l.8. C.eod.* & qui à militia non ignominiosè miſſi ſunt, eorumque liberi; *d.l.8.* decuriones, *l. 11. l.16. C.eod.* horumque liberi; *d.l.11.* innocentes, *l.pen. C.eod.* impuberes, *l.10. l.15. hic.* prægnantes, *l.3.de pœn.* Doctores, Advocati. *Bart.in l.1.C.de advoc.diverſ.jud.*

Quidam in certis cauſis, vel contra certas perſonas, torqueri non debent; Vt ſervi adverſus dominos; *l.1.§.5.l.3.ff.l.6.C.hic.* eorumque dominorum liberos, parentes, tutores; *d.l.6. l. 14. C.eod.* liberti adverſus patronos. *d.l. 1. §. 9. d. l.6.*

Generaliter nemo contra eum torqueri debet, contra quem teſtimonium dicere invitus non cogitur. *d.l. 1.* §. 10.

Sunt tamen quædam cauſæ, in quibus etiam ſervi contra dominos, & hi qui à quæſtionibus ſunt immunes, torquentur: ut in crimine læſæ Majeſtatis, adulterii, fraudati cenſus. *l.5. in fin. l.* 10. §.1.*ff. & l. 1. C. eod.*

Non ex qualibet cauſa quæſtio decernenda eſt; ſed requiritur, Vt ſit crimen atrox & capitale: *l. 1. l. 8. hic.* deque eo agatur non civiliter, excepta ſpecie *l. 1. C. de nat. liber.* ſed criminaliter; *Farinac. qu.* 42. Veritas aliter haberi non queat; *d. l. 8. ubi Hippol. Alvar. in c. 1.§.public.num.2.de pac.tenen.2. F.* 27. Vt multis indiciis oneratus, & penè convictus ſit reus. *d. l.* 1. §. 1. *l.*18. §. 1. *l.*20. *l. fin. ff. l. 3. l. 8. C. eod.*

Quæ indicia debent eſſe gravia, urgentia, & penè certa: levium non habetur ratio.

Vnumquodque indicium, quale illud ſit, per duos cum minimum teſtes probari debet. *Hippol. in l. unius.* 18. §. *teſtes.* 3. *num.* 2. *& in l. de minore.* 10. §. *plurimum.* 5. *hic.*

Nec enim indicia ad torturam ſufficiunt, niſi ſemiplenam faciant probationem. *Bart. & Dd. in l. fin. de in lit. jurand.*

Vnde teſtis unus oculatus ſufficit, *Gl. in l. 3. C. ad L.Jul.majeſt. ubi Bart. Bald.* modò fide ſit dignus & omni

omni exceptione major: *l. 1. §. 4. ubi Bart. & in l. maritus. 20. hic. Bald. in l. admonendi. 4. col. de jurejur.* Item confeſſio extrajudicialis: *Gl. in l. capite quinto. l. 25. de adulter. & Gl. fin. ubi Bart. in l. fin. hic. col. 2. Bald. in l. un. C. de confeſſ. 6. colum. n. 20. idem Bald. in l. milites. C. hic. 1. colum. in fin.* modò in ſpecie facta ſit. *Bald. in l. quoniam. de his qui not. inf. pen. colum. verſ. quinto & ultimo. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 13. de tortura reor. n.* 8.

Non eſt ſufficiens indicium ad torturam confeſſio defuncti in articulo mortis. *l. 3. §. 1. de SC. Sylan. ubi Bart. & alii.*

Si quædam indicia pro reo faciant, quæ elidant contraria, ita ut amplius ea ſemiplenam probationem non impleant; ad torturam perveniri non debet. Cum enim indicia indiciis repugnant, argumenta argumentis, perinde id habendum, ac ſi nullis reus premeretur. *Iaſ. in l. 1. n. 10. 11. C. com. de leg. Hippol. in l. 1. n. 59. de ſicar. Boer. deciſ. 155. n. 9. vid. Bart. in l. fin. hic.*

Quod ſi nihilominus judex ad eam procedat, pœnâ capitali punitur: *l. 16. C. hic.* ſcilicet ſi id faciat in injuriam exitiumque ejus qui patitur, ut tormentis enectus deficiat: alioqui extraordinariæ pœnæ, pro qualitate commiſſi, locus eſt. *Bart. in l. quæſtionis. 21. hic. Par. de Puteo. in tract. ſynd. an ſi officialis aliq. tort. verb. tortura. c. 12. n. 1. 2. & per tot.*

Torturam factam eſſe, ex levibus indiciis, puta carceratione, clamore rei, livore corporis, fama, & ſimilibus conjecturis, convincitur. *Bald. in l. falſus. in fin. C. de furt. Hippol. in l. 1. §. Divus Severus. n. 4. 5. 6. hic.*

Injuſtè eam decretam eſſe, eo ipſo probatur quod non oſtendatur diverſum. *Hippol. in d. §. Divus. n. 3.*

Non debet judex à quæſtionibus incipere, *l. 1. l. 20. ff. l. 8. C. hic.* ſed prius indicia debent reo, etiam non petenti, *fac. l. un. C. ut quæ deſ. adv. part. l. 9. §. 1. l. pen. ff. de inter. in jur. fac. l. 22. C. ad l. Corn. de falſ. l. 1. §. ult. hic.* communicari, *Bart. in l. ult. n. 8. hic. per l. unius, §. 9. eod.* & ſuper his lis negative conteſtari,

Bart,

Bart. in l. ſi quis adult. n. 1. ad L. Jul. de adult. rei defenſiones, quibus purgari refutarique indicia poſſe confidit, audiri. *d. l. unius.* 18. §. 2. *Paul. lib. 5. ſent. tit. 6.*

Ad quæſtionem cum ventum, inchoanda erit à ſuſpectiſſimo, *l. 1.* §. 1. 2. *hic.* aut timidiſſimo, qui facile verum, tormentorum metu, dicturus præſumatur. *l.* 18. *hic.*

De ſe quiſque interrogandus, *d. l.* 1. §. *Divus.* non in caput aliorum. *l.* 16. §. 1. *eod.*

Sed necdum confeſſus, & ideò in ſe torquendus; rectè & in ſocios examinatur. *l.* 1. §. 19. §. 21. *eod.*

Quæ, & quanta tormenta adhibere oporteat, arbitrio judicis committitur; *l.* 7. *eod.* videlicet pro moderatæ rationis temperamento. *l. de minore.* 10. §. 3. *hic.*

Item an, & quæ fides ſit eis habenda. *l.* 1. §. *quæſtioni.* 23. *&* §. *ult. eod.*

Confeſſio in tormentis facta, ad condemnationem non ſufficit, quaſi metu extorta. *l.* 1. §. 17. *eod.* Niſi reus poſtea extra locum carceris, ejuſmodi confeſſionem liberè renovet. *Bart. in d. l.* 1. §. *fin. Gomez. d. loc. n.* 24.

Quod ſi eam revocet; rediri ad equuleum poteſt: quia prior confeſſio in tormentis facta, eſt loco ſemiplenæ probationis, & facit indicium ſufficiens. *Bald. in l. fin. C. de probat. Hipp. in l.* 16. *n.* 12. *hic.*

Si reus in tortura non confiteatur, repeti in quæſtionem non poteſt, niſi nova ſuperveniant indicia. *l.* 18. §. 1. *hic. Gomez. d. loc. n.* 26. *per Dd. ibi alleg.*

De pœnis.

Tit. XIX.

Poſt confeſſionem delicti, ſeu ſponte factam, ſeu tormentis extortam; ſequitur ut pœnæ nocens ſtatim, *l.* 18. *C. hic. l.* 5. *C. de cuſtod. reor.* ſubdatur.

Pœna, eſt delicti, ſeu criminis, æſtimatio, atque coërcitio. *l.* 41. *in fin. hic.*

Eſt

Digitized by Google

Eſt pro varietate delicti, varia. Alia enim *eſt* capitalis, alia non capitalis; alia legalis, alia arbitraria.

Capitalis, ἐν πλάτει, appellatur, quæ vel vitam, vel libertatem, vel civitatem, adimit: *l. 2. eod.* propriè & ſtrictè, quæ caput vitamque adimit; ultimum ſupplicium dicitur. *l. 21. hic.*

Quod variis modis infertur; ut igne, gladio, laqueo, beſtiis. *l. 28. l. 11. §. fin. l. 8. §. 1. hic.* &c.

Non capitalis, eſt quæ ex civium Romanorum numero non eximit: & ad exiſtimationem, non ad capitis periculum, pertinet; ut relegatio, infamia, fuſtigatio, *d. l. 28. §. 1.* exilium, *l. 6. in fin. l. 28. §. 2. hic.* incarceratio, compedes, vincula. *l. 7. l. 28. §. 1. eod.*

Legalis eſt, quæ à jure limitata & expreſſa eſt.

Arbitraria, eſt quæ judicis arbitrio commiſſa. *Jaſ. in l. qui juriſdict. 14. n. 3. de juriſdict.*

Pœnam irrogat magiſtratus, penes quem jus eſt gladii, & merum imperium; ut, Præfectus urbis, Præſes. *l. 1. §. fin. l. 2. §. 1. l. 8. §. 4. hic.*

Quam ſemel impoſitam, revocare nequit, ſolo Principe excepto. *l. 27. l. 31. hic. l. 14. l. 16. C. eod.*

Punit magiſtratus vel facta, ut furta, cædes: vel dicta, ut convicia: vel ſcripta, ut famoſos libellos: vel conſilia, ut conjurationes, & latronum conſcientias. *l. 16. pr. hic.*

Sed in pœnis irrogandis ſeptem debet ſpectare circumſtantias: cauſam, perſonas, locum, tempus, qualitatem, quantitatem, eventum. *ut latè explicatur in d. l. 16. §. 1. & ſequentibus. ubi vide.*

Pœna omnem reatum tollit; & qui pœnam perſolvit, pro abſoluto haberi debet. *l. 7. de jur. patron. Bald. in Auth. ſed novo. n. 4. C. de ſerv. fugit.*

Pœnam tollit; mors damnati. *l. 2. 3. C. ſi reus vel accuſ. mort. l. 20. de accuſat.* abolitio, indulgentia, reſtitutio & remiſſio à ſummo Principe facta, *ff. & C. de ſent. paſſ. & reſtit. & de abolit.* præſcriptio viginti annorum. *Spec. de ſent. §. quoniam. n. 9.*

Pœnam mitigat; diuturnitas temporis, quo quis in reatu, id eſt, accuſatus fuit; *l. 25. ff. hic.* non, *ut* volunt

volunt Clar. 5. *ſent.* §. *fin. qu.* 61. *Farin. qu.* 10. *n.* 84. cum jam diu factum ex quo crimen admiſit: *Conſ. Nov.* 5. *c.* 2. *l.* 23. *C. hic.* Item ira, *l. un. C. ſi quis Imp. maled. l.* 3. *de divor. Dec. in l.* 48. *de R. J.* dolor, *l. maritus.* §. *lex Iulia. de adult.* ebrietas, *l.* 6. §. 7. *de re milit.* ætas, *l.* 1. §. *impubes. de SC. Claud.* ſexus, *l.* 6. *ad L. Iul. pecul. c. ſicut. de homicid. Bald. in l. quicunque. C. de ſerv. fugit.* ignorantia juris, *Gl. in l. plagii. C. ad L. Flav. de plag.* & facti, *l.* 1. §. *Divus. ad L. Iul. de ſicar. l.* 5. §. *ult. hic.* affectio conſanguinitatis, *l.* 2. *de recept. l.* 1. *C. de his qui latro.* neceſſitas famis, *c. ſi quis propter. de furt.* merita publica, *l.* 5. §. *ult. de re milit.* inſigne artificium. *l.* 31. *hic. Gomez.* 3. *var. reſol.* 13. *num.* 36. *Farinac. qu.* 38. *num.* 134.

De bonis damnatorum.

Tit. XX.

Adnectitur gravioribus pœnis publicatio bonorum.

Damnatione enim bona publicantur, (id eſt, in fiſcum publicum à magiſtratu ſummæ poteſtatis rediguntur, *l. un. C. ne ſine juſſu Princ.*) cum aut vita adimitur, aut civitas, aut ſervilis conditio irrogatur, *l.* 1. *hic.*

Bonorum appellatione continentur etiam actiones & obligationes. *Duar. hic.*

Bona damnati tantum publicantur, non cæterorum; ut puta res uxoris, vel dotales, vel quæ parapherna dicuntur. *l. pen. C. hic.*

Nec peculia filiorum-familias, aut ſervorum, propter ipſorum delictum publicantur. *l.* 1. *&* 3. *C. eod.*

Pannicularia, id eſt, panni & veſtimenta quibus indutus eſt reus, cum ad ſupplicium ducitur, non confiſcantur, ſed Præſides ea in utilitatem officii impendere debent. *l.* 6. *hic.*

Sed hæc ſpolia non niſi damnato jam reo adimenda ſunt. *l.* 2. *eod.*

Et ita damnato bona adimuntur, ut ſi liberos habeat,

beat, legitima portio ipſis ſalva maneat. *l.* 1. *ff. l. ult. C. hic.*

Quod de bonis paternis, non etiam mat accipiendum eſt. *l.* 6. *C. eod.*

Verum Iuſtiniani conſtitutione cautum, qui extent deſcendentes in infinitum, aut ad dentes uſque ad tertium gradum; fiſcus bon vindicet. *Nov.* 134. *cap. ult.*

De bonis eorum qui ante ſententiam v mortem ſibi conſciverunt, vel accuſatorem corruperunt.

TIT. XXI.

PVblicantur etiam eorum bona, qui accu corrupto deceſſerunt. *l.* 2. *hic.* Si enim q ciſcuntur de delicto, fateri videntur: *l.* 5. *ff. de not. inf.* multò magis qui adverſarium corrupe

Qui, ut crimen confeſſi, nullam innocent defenſionem hæredibus relinquunt. *d. l.* 2.

Excipitur crimen, ex quo mortis pœna irroganda. Licet enim ſanguinem ſuum tercunque redimere. *l.* 1. *hic. l. tranſigere. tranſact.*

Eadem cauſa eſt ejus qui reus poſtulatus, ſcelere deprehenſus, ſibi mortem ante dam nem conſcivit, idque ſceleris conſcientia, no tædio, aut impatientia doloris; *l. ult. ff. l.* 1. *& eod.* modò ejus criminis reus fuerit, ut con bonis careret. *d. l. ult. in pr. &* §. 1.

Quod ſi tamen hæredes velint cauſam ſuſ audiendi ſunt: qui ſi probent, ex alia cauſa m conſcitam, puta tædio vitæ, impatientia, & defunctum innocentem eſſe, bona non erunt canda. *l. fin.* §. *fin.* §. 4.

Sed videtur, bona ejus qui liberos habet, a ſcendentes ad tertium gradum, hodie non pub debere; quia ſi damnatus eſſet, hæredibus no merentur. *ut dixim. tit. præced.*

Digitized by Google

De interdictis, & relegatis, & deportatis.

Tit. XXII.

PVblicatio bonorum ceſſat in interdictis & relegatis. *l. 1. hic.* Niſi in perpetuum relegati ſint. *l. 4. hic.*

Interdicitur, vel certo loco, certiſve locis, *l. 7. §. 10. cum 6 §§. ſeqq. & §. 19. hic.* vel ordine, *d. l. 7. §. 20.* vel honore ſive honoribus, *d. l. 7. §. pen. & ult.* vel negotiatione, vel profeſſione, vel advocatione ſeu foro, vel ſpectaculis, *l. 1. §. pen. de off. praef. urb.* vel arte, *l. ult. in pr. de poen.* ad tempus, aut in perpetuum. *d. l. 1. §. pen. d. l. ult. in pr. Pac. Iſag. hic.*

Relegatur vel à loco; quod nihil aliud eſt quam interdicere; vel in locum certum; *d. l. 7. in pr. & §. ſicut. cum §§§. ſeqq.* vel ad tempus; vel in perpetuum. *d. l. 7. §. 2. & ſeqq.*

Relegatione ad tempus factâ, bona adimi nequeunt: *d. l. 7. §. 2.* ſi in perpetuum; pars bonorum expreſſim adimi poteſt. *l. 4. hic.*

Quod in relegatis & interdictis diximus ceſſare bonorum publicationem, id multo magis in levioribus poenis obtinet. *fac. d. l. 7. §. ult. l. 1. & 2. de bon. dam. Cyn. in fin. Iaſ. n. 4. in l. 1. C. de hared. inſt.*

Deportatio, ut ſemper Civitatem Romanam, *l. 6. in pr. hic.* ſic & bona, *l. 1. in pr. de bon. damn. l. 6. C. eod. l. 8. C. de poen.* adimit: quamvis id ſententia expreſſum non fuerit. *l. 3. hic. Duaren. hic.*

Fit ſemper in locum certum, & quidem in perpetuum. *d. l. 7. §. 2.*

Certis tantum magiſtratibus ſpecialiter permiſſa eſt. *l. 6. eod.* Eſt enim gravis.

De

De ſententiam paſſis & reſtitutis.

TIT. XXIII.

POEnæ ſæpenumero damnatis remittuntur ta, cum à ſummo Principe, (nec enim infe ejuſmodi poteſtatem habent, *l. 4. de pœn. l. 1. de quæſtion. Bart. in l. 3. eod. Bald. in l. ſervos. vi publ.*) reſtituuntur.

Quæ reſtitutio vel eſt ſimplex criminis ind tia, & pœna tantum remittitur, nec quid ar reſtituitur, niſi ſpecialiter à Principe conceſſu *l. 2. l. 6. l. 7. l. 9. C. hic. l. ult. C. de gener. abol* eſt reſtitutio in integrum, & ita plena eſt, ut honoribus, ordini, cæteriſque omnibus reſ *l. 1. C. hic.*

Illa reſtitutio gratiæ; hæc juſtitiæ, vulgo latur. Hæc innocentem declarat: Illa quaſi *ut ait Senec. ad Polyb.* Per illam reſtitutus medio tempore perceptos non recuperat: *Viv 1. opin. num. 244.* omninò per hanc reſtitutus. T *in C. h. t.*

De cadaveribus punitorum.

TIT. XXIV.

CAdavera punitorum olim magiſtratus, no tum cognatis, *l. 1. hic.* ſed etiam quibu aliis petentibus, *l. ult. eod.* concedere ad ſepul debebat.

Hodie ſine permiſſu Principis non ſepeli *l. 1. hic.*

Petentibus denegantur; Si majeſtatis cauſ damnati; *l. 1. hic.* Si videatur publicè expedir ad terrorem aliorum, in patibulis maneant.

Nec ſine permiſſu Principis, corpora d tatorum aut relegatorum alio transferri po *l. 2. eod.*

Ex principis etiam auctoritate cadavera

torum medicis, ad anatomen, concedi ſolent. *Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. ult. Gomez. var. reſolut. lib. 3. c. 14. & ult.*

DIGESTORUM LIBER XLIX.

De appellationibus & relationibus.

TIT. I.

EXpoſitis judiciis omnibus civilibus & criminalibus, ſubjicitur tractatus de appellationibus, quæ utriſque judiciis communes ſunt: *l. 2. §. ſeptimus. verſ. libera. C. de veter. jur. enucl.* & ultimo loco in omni juriſdictione interponi ſolent, ut, aut iniquitatem, aut imperitiam judicantium, corrigant. *l. 1. hic.*

Eſt Appellatio, à minore judice ad majorem, ratione gravaminis, facta provocatio. *l. 1. l. 21. ff. l. 32. l. 37. C. hic. Marant. par. 6. de appell. n. 1. in aur. ſpec.*

Eſt vel judicialis; quæ à ſententiis (quod fit regulariter) & interlocutionibus, (quod Iure Civili raro admittitur. *l. 36. C. l. 23. §. 1. ff. hic. l. 2. de app. recip. l. 27. l. 32. de re jud.*) *l. 1. C. hic.* vel extrajudicialis; quæ à decretis & actibus extrajudicialibus vim ſententiæ judicialis habentibus, ut à primo & ſecundo decreto, *Bald. in l. 2. n. 15. & 16. C. de Epiſc. aud.* conſultatione, *l. 1. §. 1. h. t. t. C. de relat.* &c. interponitur. *c. concertat. de app. in 6. c. cordi. eod. l. 3. C. de excuſ. tut.*

Appellare poſſunt omnes per iniquitatem vel imperitiam judicis, ſive ſuo, *l. 20. §. 1. hic.* ſive alieno nomine, *d. l. 20. in pr. l. 24. l. 27. l. 17. §. 1. hic.* condemnati. *c. 16. de elect. c. ſolent. pr. 2. q. 6. l. 1. l. 5. hic.*

Non tertius, *l. 2. §. 1. quan. app. l. 1. de app. recip.* niſi ratione ſui intereſſe, *l. 1. de app. recip. l. 5. §. 1. l. 14. l. 4. §. 2. hic. l. 2. §. 1. §. 2. quand. app.* aut mandati, *d. l. 1. de app. recip.* aut conjunctionis ſanguinis,

Digitized by Google

nis, *d.l.*1. §.1. & pro eo qui ad ſupplicium ducitur. *l.* 6. *hic.*

Non qui condemnatus ob contumaciam veram; *l.*23. §.*fin. hic. l.*53. *de re jud.* qui ſponte, non tormentorum metu, confeſſus & convictus: *l.*2.*C.quor. app.* non qui ante ſententiam profeſſus eſt ſe non appellaturum: *l.* 1. §. 3. *ff. quib. app. non lic.* vel ſententiam quoquo modo approbavit: *c. gratum.* 2. *Ext. de off. jud. deleg.* qui debitor fiſcalis, aut tributarius publicus eſt. *l.*4. *l.*8. *C. quor. app. non recip.*

Appellari poteſt à ſententia definitiva, eaque valida: à nulla, cum ipſo jure corruat, fruſtra appellatur. *t. t. C. quan. prov. non eſt nec. & ff. qua ſent. ſine app. reſc. l.* 23. §. 1. *l.* 19. *hic.*

Ab interlocutoria jure civili non appellatur; *l.* 2. *de app. recip. l.*7. *C. quor. app.* niſi gravamen irreparabile, *d. l.* 2. *vid. Socin. reg.* 26. aut vim definitivæ, contineat. *Mynſ.*1. *obſ.*66. *Gail.*1. *obſ.*130. *Spec. hic.* §. 2. *n.* 28.

De jure Canonico à quolibet gravamine licet provocare. *c.* 1. *c. cum Romana.* 3. *de appell. in* 6. *Clem. appellanti.* 5. *eod.* Quod Concilio Tridentino, juxta juris Civilis normam, emendatum. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 20.

Appellatur rectè non modò à tota ſententia, ſed & certis ejus capitulis. *l.*29. §. *ex cauſa. de minor. Gl. in l. fin. ad verb. judicatis. C. hoc tit.*

Et quacunque in cauſa, ſive majore, ſive minore, licet appellare: *l.*2. *C. hic.* niſi ſpecialiter prohibitum ſit. *Lanfran. t. t. de interloc. & app. n.* 60.

Prohibitum appellare; Si cauſa intra legitimam appellandi ſit quantitatem: *Nov.* 23. §. *illud etiam. verſ. nulla. & poſt.* Si res dilationem non recipiat: *l.* 7. *in pr. de app. recip.* Si de ſententia de exequendo lata, *Vigel. cent.* 2. *deciſ.* 32. aut ab executione appelletur: *l.* 4. *in pr. hic.* Niſi modum executor dicatur excedere, aut malè ſententiam interpretari: *d. l.* 4. *l.* 5. *C. quor. app. non recip.* Item in cauſa momentaneæ poſſeſſionis. *l. un. C. ſi de moment. poſſeſſ. vid. Lanfr. d. loc. n.* 60. *& ſeqq.*

Debet appellatio fieri gradatim ab inferiore judice

Digitized by Google

dice ad ſuperiorem in proximo ordine; *c. dilecti. 66. Ext. hic. l. 21. hic. Nov. 17. §. ſcito namque.* non ad ſupremum, omiſſo medio: *dd. ll.* Niſi is ſit inhabilis, vel ſuſpectus, vel juſtitiam deneget. *Mynſ. 3. obſ. 67. Gail. 1. obſ. 119. Marant. part. 6. de appel. n. 357.*

Poteſt interponi ſtatim poſt ſententiam, apud acta illius judicis qui pronunciavit: Nam coram illo, *Gl. in c. ſuggeſtum. 15. ad verb. in vocem. de appell. & in c. appellatio. eod. lib. 6. c. fin. de appell,* non alibi, *c. ut debitus. c. cum ſpeciale. c. fin. Ext. eod.* eſt appellandum: Niſi is copiam ſui non faciat, aut propter metum provocari liberè coram eo nequeat. *l. 2. & t. t. C. de his qui propt. met. jud. non app. c. fin. ubi Dd. Extr. eod.*

Appellari poteſt aut alternativè: ut, Dico ſententiam eſſe nullam, vel ſi eſt aliqua, appello: *Bart. in l. qui teſtamento. 37. §. idem quaero. n. 7. de excuſ. tut.* aut ſimpliciter, vel viva voce, vel ſcripto. *l. 2. ff. l. 14. l. 6. §. pen. & ult. C. hic.*

A ſententia definitiva appellari poteſt verbo, ſine ſcriptura, ſive apud acta, incontinenti, appelletur, *d. l. 2. ff. d. l. 14. C. hic.* ſive cauſa levis ſit & ſummaria. *Bald. in l. & in majoribus. C. hic.* Si gravis, & ex intervallo appelletur, libellus eſt neceſſarius. *Bart. & Ang. in litigatoribus. 14. C. eod.*

Qui continere debet, quis appellet, contra quem, & à qua ſententia. *l. 1. §. ult. ff. eod.*

Nomen tamen ejus contra quem appellatur, ſi omiſſum, non nocet appellanti: *l. 3. in pr. hic.* ut etiam non nocet, ſi non expreſſa cauſa ob quam appellatur; *d. l. 3.* aut pars ſententiae à qua provocatur. *l. 13. in princ. ff. hic.*

A ſententia interlocutoria, non habente vim definitivae, aut ab alio gravamine, in ſcriptis, *c. cordi. hic. in 6. Marant. diſt. 6. n. 138.* nominatim cauſae gravaminibus expreſſis, *Clem. appellanti. hic. Gl. in c. cum Eccleſia. c. ut debitus. Ext. eod.* eſt appellandum: puta ſi judicialiter appelletur; non ſi extrajudicialiter. *Canon. in c. conſuluit. hic.*

Appellationem judex cogitur admittere; *l. pen.*

de appell. recip. niſi ſit à certis cauſis jure exceptis; alioqui punitur, *l. quoniam.* 21. *C. hic.* de Iure Codicis tribus libris auri, *d. l.* 21. *l.* 24. *C. eod.* de jure Noviſſimo decem libris auri & litis damno. *Nov.* 126. *c.* 3.

Per eam ita ſuſpenditur prior ſententia, *l.* 6. §. 1. *de his qui not. infam.* ut non poſſit mandari executioni, aut quicquam pendente appellatione novari: *tit. inf. nihil nov. pend. app. l.* 6. *de app. recip.*

Cauſam appellatio etiam reducit ad tempus litis conteſtatæ.

Quare in cauſa appellationis rectè proponuntur eæ exceptiones, quæ poſt litem conteſtatam opponi poſſunt; ut peremptoriæ: non etiam hæ, quæ ante eam proponi neceſſe eſt; ut ſunt dilatoriæ; *l. ita.* 13. *ubi Jaſ. n.* 6. *C. de procur. Alc. in l.* 3. *verb. emendari. C. de edend. Weſ. hic.* item articuli novi, non tamen prioribus directò contrarii, rectè proponuntur; *Clem. fin. de teſtib. Dd. in l. eos. l. per hanc. C. hic. Guid. Pap. deciſ.* 14. & non allegata allegantur, non probata probantur. *l. eos.* §. 1. *l. in offerendis. C. eod.*

Qui temerè appellat, pœna quinquaginta librarum auri, cum exiſtimationis jactura, punitur: *l.* 6. §. *ne temerè. l.* 19. *C. hic. l.* 5. *in fin. C. quor. appell. non recip.* Siquidem Principis tribunal improbe fatiget & à Magiſtratu Principi immediate ſubjecto frivole appellaſſe deprehendatur: *l.* 14. *C. hic.* Aliàs ſi ab executione appellavit, 50 libris auri; *l.* 5. *C. quor. appel.* ſin à competente judice, mitius. *l.* 6. §. *pen. C. hic.* De jure Canonico, tantum in expenſas condemnatur. *c. reprehenſibiles.* 26. *Ext. hic. c.* 1. *de elect. in* 6. *Abb. c. inter cætera. hic.*

Transfertur etiam lis à minori ad majus auditorium per relationem; de qua, utpotè alterâ hujus tituli parte, pauca dicamus.

Ea ante ſententiam in civilibus interponi ſolet; *in Nov.* 82. *de jud.* tam ante, quam poſt in cauſis criminalibus. *l.* 6. *de inter. & releg. l.* 6. §. 9. *de injuſt. rupt. irr. teſt.*

Eſt, remiſſio cauſæ, ad ſuperiorem.

Ejus

Digitized by Google

. Ejus duo genera: Vnum, quod conſultatio appellatur: *l.* 1. *l. ult. C. de relat.* cum judex Principem de jure conſulit, ut ab eo inſtruatur quomodo judicare debeat. *fac. l.* 79. §. 1. *de judic.* §. *fin. in Nov.* 82.

Conſultationis exemplum partibus eſt edendum; ut, ſi fortè relatio alicui minus plena videatur, ſuas opponere rationes, & refutatorios libellos Principi offerre poſſit. *l.* 1. & 2. *C. de relat.*

Sed Iuſtinianus, poſtea conſultationem prohibuit. *Nov.* 185.

Eam jus Canonicum nihilominus admiſit. *c. intimaſti.* 68. *Ext. h. t.*

Alterum genus relationis eſt, cum judex, ad Principem, vel alium ſuperiorem, acta unà cum ſua opinione mittit.

· Et tum, aut ad judicem ad quem appellatum eſt, refert ſe appellationem interpoſitam ſuſcepiſſe: *l.* 24. *C. eod.* aut eam non recepiſſe, & cur non receperit: *l.* 6. *de appell. recip.* aut Principi ſignificat certam ſibi videri pœnam, puta deportationem, irrogandam, quam ipſe eo conſulto infligere nequit. *l.* 6. §. *ejus. de injuſt. rupt. teſt.* *l.* 1. §. *deportatos. de legat.* 3. *l.* 2. §. 1. *de pœn.* *l.* 6. §. 1. *de interd. & releg.* *Pac. in Iſagog. hic.*

A quibus appellare non licet.

TIT. II.

SEd ab omnibus judicibus indiſtinctè appellare non permiſſum.

Non enim à ſummo Principe, *l.* 1. §. 1. *hic.* à Senatu, *d. l.* 1. §. 2. à Præfecto Prætorio, *t. t. C. de ſent. præfect. prat.* à judice quem Princeps dedit ne ab eo appellare liceat, *d. l.* 1. §. *ult.* ab eo exécutore, niſi modum excedat, *l.* 5. *C. quor. app. non recip.* & ſententiam malè interpretetur; ſi forte interpretandi habeat poteſtatem: ut Præſes, Cæſaris Procurator: *l.* 4. *in princ.* & §. 1. *hic.* ab arbitro compromiſſario, *l.* 1. *l.* 32. §. *cum quidam. C. de recept. arb.* omnino à

Digitized by Google

dato à Iudice: *fac. l. 1. ff. de recept. arbit. ju* *l. 1. & tot. tit. ff. de appell. l. 2. ff. hic. l. 23. in pr* *ubi non circa, ſed citra, eſt legendum. ff. de appel* non à judice, à quo litigantes ſe non appellatu caverunt, *d. l.* 1. §. 3. appellare licet.

A reliquis omnibus, tam ordinariis, quam de gatis judicibus, provocatio inſtitui poteſt.

Quis à quo appelletur.

Tit. III.

A Iudice dato appellatur is qui dedit, vel ſucc ejus. *l. 1. l. ult. hic. l. 1. §. pen. verſ. deniq* *appell.*

Ab eo cui Iuriſdictio mandata eſt, non appel is qui mandavit, ſed ſuperior judex: *l.* 1. §. 1. excepto legato Proconſulis, à quo Proconſul a latur: *l. 2. eod.* Nam etſi juriſdictionem ei Pro ſul mandaverit, tamen proprium aliquid, & jure legatus habet. *l. 4. in pr. de off. ejus cui m* *juriſd. l. 13. de off. proconſ.*

Si per errorem magiſtratus unus pro alio pr catus fuerit; & quidem magiſtratus minor pro jore, nocet error, adeò ut non appellari intellig Non nocet, ſi major vel par; ſed perinde cogn re debet is qui appellari debuit, ac ſi nominati pellatus fuiſſet. *l. 1. §. 3. de appell.*

Quando appellandum ſit: & intra *qua tempora.*

Tit. IV.

APpellatur regulariter (ut ſupra dictum) poſ tentiam. *l. pen. C. quor. app. non recip. l.* *appell. recip.*

Ab honore munereve publico injuncto appel poſtquam injunctum eſt, ante excuſationem p ſitam. *l. 1. l. 2. hic.*

A tutelæ tamen datione, ante excuſationem jectam fruſtra appellatur. *d. l. 1. §. 1.*

A

Digitized by Google

Appellari olim oportuit in propria cauſa intra biduum; in aliena intra triduum, à die latæ ſententiæ computandum. *d. l.* 1. §. 5. *&* §. 11. *cum* §§§. *ſeqqq.*

Propria cauſa eſt, cujus emolumentum, vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. *d. l.* 1. §. 11.

Quare procurator aliena in cauſa appellare dicitur, niſi in rem ſuam datus ſit. *d. l.* 1. §. 12.

Hodie indiſtinctè, id eſt, ſive propria, ſive aliena cauſa ſit, intra decem dies eſt appellandum. *Auth. hodie. C. de appell. Nov.* 23. *c.* 1.

Qui partium conſenſu prolongari non poſſunt. *Mynſ.* 3. *obſ.* 11. *Gail.* 1. *obſ.* 139. *num.* 6. Quia omnis conventio contra jus nullius eſt momenti: *l.* 5. *C. de legib.* Quia conſtitutiones novæ ſtrictiſſime ſunt interpretandæ. *Viv.* 2. *opin.* 23.

Currunt de momento in momentum, à tempore ſententiæ, *Gl. in d. Auth. hodie.* vel ſcientiæ. *l.* 1. §. *fin. hic. l.* 2. *C. de appell.*

Iis elapſis, nemini licet amplius provocare, tametſi forte miles ſit. *l.* 20. §. *fin. de appell.*

Appellatione interpoſitâ, appellans intra triginta dies petere debet apoſtolos; *l. judicibus. C. de appell.* alioqui appellationi renunciaſſe videbitur. *Clem. quamvis. de appell. c. ab eo.* 6. *de appell. in* 6.

Apoſtolis impetratis, debet ſe judici ad quem, intra terminum præfixum, offerre, & ut appellatio recipiatur, petere. *c. perſonas. & Ext. de appell. l. præſes. C. eod.*

Introducendæ appellationis tempus, utpote communi jure non definitum, arbitrio judicis ad quem relinquitur. *Gl. in l. præſes. C. de appell. per l.* 1. *de jur. delib. c. perſonas. de appell.*

Interpoſita appellatio, *Clem. ſicut. de appell. Gl. & Dd. in l. fin.* §. 2. *C. de temp. app.* proſequenda eſt, intra annum, & ex juſta cauſa biennium. *Auth. ei qui. & ibi Bald. C. eod.*

Quod Iure Canonico confirmatum; conceſsâ tamen Iudici à quo appellatur poteſtate, brevioris temporis ſpatium definiendi. *c. cum ſit Romanus. Ext. eod.*

Digitized by Google

Intra quod tempus, niſi proſequatur appellans jus ſuum, tanquam appellatione deſertâ, ſententia mandatur executioni. *l. 8. l. 18. C. de appell.*

Si tamen fato & caſu impeditus fuerit, ne intra tempus legitimum exequeretur appellationem, ei ſuccurrendum eſt. *l. 5. C. eod.*

De appellationibus recipiendis, vel non.

TIT. V.

JVdex à quo appellatur, appellationem, niſi legibus improbata ſit, recipere tenetur. *l. 24. C. de appell. Nov. 126. c. 3.*

Quam temerè, extra caſus jure exceptos, ſi reſpuat, triginta libris auri mulctatur: totidemque ſolvit ejus officium, (id eſt, officialis. *l. 58. in fin. C. Th. eod.*) niſi ei pertinaciter reſtiterit, atque actis contradixerit; & quid jure ſit conſtitutum, oſtenderit. *l. 21. l. 24. C. de appell.*

De jure noviſſimo, judex appellationem non recipiens, damnum litis ſuſtinet, & præterea decem libris auri mulctatur. *Nov. 126. cap. 3. Gotofr. ad d. l. 21.*

Sed in hanc pœnam judex non ſemper incidit; nec enim appellationem recipere cogitur ſi ejus beneficium, vel ex perſona appellantis, vel ex cauſa, ceſſet.

Ex perſona appellantis ceſſat: ſi is ſuo juri antea renunciavit; *l. 1. §. 3. à quib. app. non lic.* condemnatus ſit ob contumaciam; *l. 1. C. quor. appell. l. 13. §. 4. C. de judic.* vel ob malè geſtum officium publicum; *l. 3. C. quor. appell.* vel in æs alienum, de quo manifeſtè eſt convictus, (alias non, *l. 22. C. de appell. l. 18. & ibi Gloſſ. & Donel. C. eod. l. pen. verſ. etiam contra. ff. hic.*) fiſco debitum; *l. 4. l. fin. C. eod.* vel ob delictum, confeſſum tamen, *l. 2. C. eod.* ſponte puta, non tormentorum metu; *l. 2. C. quor. appell. non recip.* quod ſtatim puniri, propter atrocitatem, publicè intereſt. *l. 16. de appell. l. 244. de V. S.*

Ex cauſa ceſſat appellatio; ſi de tutelæ munere fiat;

Digitized by Google

fiat; *l. 1. §. 1. quand. app.* ſi lis ſit de momentanea poſſeſſione, *l. 1. C. ſi de moment. poſſ.* ſi quæſtio ſit de annôna; de aperiendo teſtamento; miſſione in poſſeſſionem bonorum; & ſic de re quæ dilationem non recipiat. *l. ult. hic. l. 6. C. quor. appell.*

Sed nec admittitur provocatio poſt binam appellationem inſtitutam, ſeu tres ſententias conformiter latas. *l. un. C. ne liceat in una ead. cauſſ.*

De libellis dimiſſoriis, qui apoſtoli dicuntur.

TIT. VI.

POſt appellationem interpoſitam, à qualibet cauſa, *c. ut ſuper. 4. de appell. lib. 6.* debent literæ à judice, à quo, ad judicem ad quem dari, *l. un. in pr. hic.* quibus cauſam ad eum tranſmittat, & indicet, quis, contra quem, & à qua ſententia, appellaverit. *d. l. un. §. 1.*

Quæ literæ, quod per eas cauſa ad eum qui appellatus, dimittatur, literæ dimiſſoriæ, vel libelli dimiſſorii, dicuntur: *l. 106. de V. S. d. l. un. in pr.* Græcè apoſtoli. ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν. *d. l. un. in pr. d. l. 106.*

Has literas appellator inſtanter & ſæpius petere debet; *d. l. un. §. ult.* olim intra quintum diem, *Paul. lib. 5. ſent. tit. 34.* hodie intra triginta dies; *l. 24. C. de appell.* alioqui appellationi renunciaſſe videtur. *Clem. 2. de appell. c. ab eo. 6. de appell. lib. 6.*

Si tamen per judicem ſtet, quo minus dentur, nihil oberit appellanti: *l. 1. §. 7. quand. appell.* dummodò intra triginta dies de ſua diligentia fuerit proteſtatus. *d. l. un. §. fin. c. ab eo. 6. §. illud. de appell. lib. 6.*

Iudex, niſi mulctari velit, *d. l. 24. C. de appell.* etiam non petente appellatore, apoſtolos debet dare. *l. 6. §. ult. C. eod.*

Nihil novari appellatione interpoſitâ.

Tit. VII.

PRæcipuus appellationis effectus eſt, ut pendente eâ nihil innovetur, ſive appellatio recepta fuerit, ſive repulſa. *l. un. in pr. hic.*

Receptâ appellatione, tamdiu nihil, ſive ad ſtatum perſonæ, ſive bona pertinens, eſt innovandum, quoad de appellatione eſt pronunciatum. *d. l. un.* §. 1.

Si quæ innovata, ea officio judicis ad quem eſt provocatum, revocantur: *d. l. un. Gl. in l. 2. C. Ut lit. pend.* maximè ſi poſt inhibitionem ſint innovata.

Inhibitio, eſt prohibitio judici inferiori per ſuperiorem facta, ne ulterius in cauſa procedat, vel quid attentet. *c. non ſolum. c. Romana.* §. *ſi vero.* & §. *ſeq. de appell. in 6. l. 2. ubi Bart. Bald. C. de edend.*

Quod ſi quid ante inhibitionem, præſertim cum de interlocutoria eſt appellatum, innovetur; ſolet id, principali ſententiâ in cauſa appellationis latâ, reſcindi ac revocari. *c. ſignificantibus. 49. de appell. Innoc. in c. dilecti. ad verb. revocatio. de exc. & in d. c. non ſolum. Weſ. hic,*

Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur.

Tit. VIII.

INterdum ſententia ſine appellatione reſcinditur; veluti, ſi ipſo jure ſententia nulla ſit: quo caſu impropriè dicitur reſcindi: Nam quod nullum eſt, reſcindi non eſt neceſſe. *l. 5. de injuſt. rupt. irrito fact. teſt.*

Sententia nulla eſt; 1. Quæ contra rem ante judicatam lata. *l. 1. in pr. hic. l. 1. C. quand. prov. non nec. t. t. C. de ſent. & interloc.* 2. Quæ calculi continet errorem. *l. 1.* §. *1. & 2. hic.* 3. Lata contra jus conſtitu

ſtitutionis. *d. l.* 1. §. 2. *l.* 16. *de appell.* Puta minorem quatuordecim annis teſtamentum facere poſſe. *l.* 2. *C. quand. prov. non nec.* &c. Secus ſi contra jus litigantis. *d. l.* 2. 4. Quâ condemnatus tanquam contumax ex edicto peremptorio, quod neque propoſitum eſt, neque in notitiam pervenit. *l.* 1. §. *pen. hic.* 5. Quæ in cauſa conventionis & reconventionis alteram litem decidit, alterâ pendente. *d. l.* 1. §. *fin.* 6. Quæ condemnat eum, qui tempore quo ſententia dicitur, in rebus humanis eſſe deſiit. *l.* 2. *hic. l.* 59. §. *fin. de re judic.* 7. Ea cui pareri rerum natura non poteſt. *l. fin. hic.* &c.

Quales ſententiæ & ſimiles, *vid. C. quand. prov. non nec.* nunquam tranſeunt in rem judicatam; & ad triginta annos impugnari, propoſita nullitatis quæſtione, poſſunt. *Bart. in l. ſi expreſſim. n.* 12. *de appell. Bald. in l.* 1. *n.* 3. *C. de fer. Ferrar. in form. app. verb. fuiſſe. n.* 4.

An per alium cauſa appellationum reddi poſſunt.

Tit. IX.

CAuſæ appellationum reddi debent apud judicem ad quem appellatum eſt, ab eo qui primo eſt expertus & provocavit. *l. fin.* §. *fin. de appell.*

Eæ tamen per alium reddi poſſunt, ſi vel non ſit quæſtio capitalis; *l.* 1. *hic.* vel is cauſas reddat, qui nomine alieno damnatus eſt, ut procurator. *l.* 2. *hic.*

Aliàs generaliter, quæ cauſa per alium agi non poteſt, ejus nec appellationem per alium agi oportet. *d. l.* 1. *in fin.*

Si tutor, vel curator, vel magiſtratus creatus, appellaverit.

Tit. X.

MAgiſtratus, qui ab injuncto munere, tutor vel curator, qui ab excuſatione rejecta, appella-

 vit,

Digitized by Google

vit, non liberatur ab illius muneris onere & periculo, niſi ipſe, *l.* 1. *hic.* aut, eo mortuo, hæres ejus, cauſas appellationis probaverit. *l.* 2. *eod.*

Eum qui appellaverit in provincia defendi.

TIT. XI.

APpellationis cauſa abſens, tanquam præſens in aliis cauſis defendi debet. *l.* 1. *hic.* non Reipublicæ cauſa abſens. *l.* 2. *eod.*

Apud eum, à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.

TIT. XII.

NOn poteſt quis judicem à quo appellavit, tanquam appellatione offenſum, in aliis cauſis, quarum eſt judex competens, recuſare, ſed apud eundem agere compellitur; quia ſi ejus ſententia lædatur, denuo provocare poterit. *l. un. hic.*

Si pendente appellatione mors intervenerit.

TIT. XIII.

PEndente appellatione ſi moriatur appellans, ea evaneſcit: Nec hæres ejus ad eam proſequendam cogi poteſt, niſi appellati interſit; *l. un. hic.* puta quia cauſa eſt pecuniaria, aut quæſtio de bonis confiſcandis. *d. l. un.*

Mortuo eo contra quem appellatum fuit, non extinguitur appellatio, *l. ult. C. eod.* nec mortuo eo de quo agebatur, *l. pen. eod.* puta ſi illud uſui eſſe poteſt: ſin non, (ut ſervus mortuus) manet tantum diſceptatio reſpectu acceſſorii: ut de peculio, *d. l. pen.* fructibus, partu, *l.* 16. *ff. de rei vind.* &c.

De

De jure fiſci.

Tit. XIV.

Explicuimus ſupra judicia, tam privata, quam publica. reſtat ut fiſcalia, militaria, & municipalia exponamus.

Fiſcus, eſt publica Principis ſubſtantia, ſeu publicum ærarium. *l. 6. in fin. l. ult. verſ. cuive ſacros. C. ubi Senat. vel clariſſ. l. ult. verſ. ſed ſcimus. C. de quadr. præſcr. §. ult. Inſt. de uſucap.*

Acquiruntur fiſco res alienæ ex multis & variis cauſis, *l. 1. hic.* puta, 1. Si fideicommiſſum incapaci tacitè, non palam; *l. 3. l. 48. hic. l. 1. de delator.* in fraudem legis relictum. *d. l. 1. pr.* 2. Si hæres hæreditate ſit indignus. *d. l. 1. pr.* 3. Si teſtamentum vel codicilli ſurrepti quibus quid Principi relictum. *d. l. 1. pr.* 4. Si quodvis aliud inſtrumentum, ad fiſcum pertinens, ſurreptum. *l. 2. §. 1. eod.* 5. Si theſaurus inventus in loco publico, principis, vel religioſo. *d. l. 1.. l. 3. §. 50. eod.* 6. Si fiſci cauſam agens prævaricatus ſit, & ideò victus ſit fiſcus. *d. l.. pr.* 7. Si damnati bona ſint publicanda. *l. 1. de bon. damn.* 8. Si domus deſtructa negotiandi causâ. *l. 1. in pr. hic.* 9. Si bona ſint vacantia. *l. 96. §. 1. de legat. 1. l. 1. l. pen. C. de bon. vac.* 10. Si vectigal fraudatum ſit, & ob id res in commiſſum ceciderit. *l. ult. §. 3. de publ. & com.* 11. Si res litigioſa ſcienter in ſcientem alienata ſit. *l. 1. in pr. hic.* 12. Si quis ab inſtituta publici judicii accuſatione deſtitit. *d. l. 1. pr.* Aliiſque modis.

Habet etiam fiſcus multa privilegia. *t. t. C. de priv. fiſc..* Enarremus aliqua..

Primò. Privatos ad editionem inſtrumentorum cogit. *l. 2. §. 1. hic.*

Conductores rerum publicarum invitos detinet, ſi maximos fructus fecerint. *l. 11. §. fin. de publ. & com.*

Debitores debitorum ſuorum exigit. *l. 3. §. multa. hic.*

Digitized by Google

Evictionem ſimplicem tantum præſtat, licet duplam promiſerit. *L.* 5. *eod.*

Ius pignoris ſemper habet. *l. auferetur.* 46. §. *fiſcus.* 3. *eod.*

Aliis creditoribus ſoluta aufert, ut ſibi ſatisfiat. *l.* 18. §. *fin. cum ll. ſeqq. eod.*

Vſuras in bonæ fidei contractibus ex mora non præſtat. *l.* 17. §. *fiſcus. de uſur.*

In ejus venditionibus Ædilitium edictum locum non habet. *l.* 1. §. *illud. de Ædilit. edict.*

Omnis venditio ab eo facta, in diem facta cenſetur. *l. ult. hic. l.* 1. *C. de vend. reb. civ.*

Habet etiam fiſcus peculiaria quædam judicia; ut cum bona vacantia, aut commiſſa nunciantur ex cauſis, quas ſupra enumeravimus.

In his enim nunciationibus multa ſunt ſpecialia.

Nam nec omnibus denunciare licet, *l.* 2. §. *pen. l.* 13. §. *extat. l.* 16. *l.* 18. *hic.* neque ex omnibus cauſis. *l.* 1. §. *an bona. l.* 11. *l.* 13. *l.* 12. §. *pen. l.* 45. *hic.*

Denunciare nequeunt, mulieres, Clariſſimi, damnati, veterani, milites, tutores & curatores, pupillorum & minorum cauſas, *l.* 18. *per tit. ff. hic.* ſervi dominos. *l.* 2. *C. de delator.*

Sunt etiam pœnæ ſingulares, in temerè, aut falſo deferentes, conſtitutæ. *l.* 2. *l.* 15. *l.* 42. §. *fin. eod. l.* 4. *C. de delator. lib.* 10.

Nec coram omni judice, *l.* 7. *l.* 45. §. 7. *hic. t. t. C. ubi cauſ. fiſcal.* nec omni tempore, cauſa fiſcalis agitari poteſt. *l.* 13. §. *antepen. hic.* Nam omnibus fiſcalibus quæſtionibus viginti annis præſcribitur; *l.* 1. §. 3. *hic. l.* 13. *C. de diverſ. temp. præſc.* excepta quæſtione de vectigali non ſoluto, cui quinquennio; *l.* 2. *C. de vectigal.* & nunciatione bonorum vacantium, cui quadriennio, præſcribitur. *l.* 1. §. *Divus.* 2. *hic.*

De captivis, & de poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus.

TIT. XV.

SEquitur jus militare. Quod in captivis, in militantibus, in veteranis, cernitur.

Capti

Capti ab hoſtibus, quibus populus Romanus bellum decrevit, *l.24.hic. l.118. de V.S.* ſunt ſervi eorum & jura civitatis cum libertate amittunt. *l. 1. l. 12. §. 1. hic.*

Sed habent jus poſtliminii: ut & capti ab his gentibus, quibuscum nec fœdus, nec ſocietas, nec hoſpitium eſt. *l. 5. §. 1. & 2. hic.*

Poſtliminium, (dictum à limine & poſt. §. *ſi quis ab hoſtibus. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.*) eſt jus amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos ac liberos, omnes populos, Regeſque, moribus ac legibus conſtitutum. *l. 19. hic.*

Illud habent qui quæve, *d. l. 19. §. ult.* neceſſitate captivitatis inviti abducti ſunt: *l. pen. C. eod.* non transfugæ, *l. 3. §. is qui. l. 7. de re milit.* aut qui volentes, armis victi, hoſtibus ſeſe dediderunt. *l. 17. hic.*

Filii, ante captivitatem concepti, etiam jus poſtliminii habent; *l. ab hoſtib. ex quib. cauſ. major.* apud hoſtes concepti, jure proprio poſtliminium non habent, utpote è ſervis nati; ex perſona parentum habent, ſi hi revertantur. *l. 1. C. l. 9. l. 25. ff. hic.*

Habent etiam res non turpiter amiſſæ, eodem modo poſtliminium; ut ager ab hoſtibus captus, & denuò recuperatus, *l. 20. §. expulſis. hic.* naves, niſi ſint piſcatoriæ, aut actuariæ voluptatis cauſa paratæ; quia hæ bello ſunt inutiles: *l. 2. in princ. hic.* equi. *l. 2. eod.* &c.

In armis & veſtibus non idem juris eſt; quia non ſine flagitio timoris & fugæ amittuntur. *l. 2. & 3. eod.*

Fruitur captivus hoc jure; & omnia jura priſtina recuperat, ſtatim atque fines noſtros attigit, *l. 12. §. 1. eod.* fingiturque retrò in civitate ſemper fuiſſe, *l. 16. eod. d. l. 12. §. 1.*

Quare & teſtamentum, ante captivitatem conditum, ſervatur. §. *fin. Inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt. l. 6. §. 12. de injuſt. rupt. irr. teſt.*

Ea tamen quæ facti ſunt, ut poſſeſſionem, ſine nova & corporali rei apprehenſione, non recipit. *l. 12. §. facti. hic.* Neque enim qui ab alio poſſidetur,

Digitized by Google

tur, poſſediſſe videri poteſt. *l.* 23. §. 1. *ff. de* *poſſ.*

Capto patre, ſuſpenditur jus patriæ poteſt donec pater vel redeat, vel deſinat poſſe redire. 12. §. 1.

Eo apud hoſtes mortuo, Lex Cornelia, ab eo pore quo captus eſſet, eum obiiſſe fingit: ide hæredes habet, *l.* 1. *C. hic. l.* 28. *de vulg. & pup.* quibus deficientibus, fiſcus ſuccedit. *l.* 22. *hic.*

Pretio ab hoſtibus redempti, ſiquidem ante rint liberi, & jus poſtliminii habent. *l.* 20. *eod.*

Pignori tamen redemptori pro λύτρῳ, done vant, obligantur. Niſi pietatis cauſa, ut filii tre, redempti ſint. *l.* 17. *C. eod.*

Si ſolvere nequeant, per quinquennium e ras præſtare coguntur. *l. fin. C. eod.*

Pretium tacitè remiſſum videtur, contracto redemptorem & redemptam matrimonio, *l.* *pr. ff. l.* 2. *C. hic.* & ſi redemptus, in teſtamento re ptoris, ſibi ipſi legetur. *l.* 43. §. *ult. de legat.* 1.

Servi ſi redimantur, domino reſtituuntur pretio, alioqui ſunt ſervi redimentis. *l.* 12. §. *ſervum. hic.*

De re militari.

TIT. XVI.

Milites ſunt, qui ſacramento rogati adact *l.* 11. *de teſtam. milit.* & in numeros relati *l.* 42. *eod.*

Eorum alii ſunt tirones, *l.* 3. §. *ſi plures. hic* novè in ordinem relati; *d. l.* 42. alii veterani; *i* *priv. vet.* alii gregarii; alii centuriones; *l.* 13. §. *in* *hic.* tribuni; *l.* 12. §. 2. *eod.* præpoſiti. *l.* 6. §. 1. *l.* 1

Milites eſſe non poſſunt, ſervi, facinoroſi, mes, rei, qui ſub obtentu militiæ negotium adv riis facere machinantur, &c. *l.* 4. *l.* 8. *l.* 11. *ff. hic.* *C. qui milit. non poſſ. lib.* 12. qui à militia, ætate ſimili privilegio, excuſantur. *vid. tit. infra. de v* *& excuſ. & de jur. immun.*

Digitized by Google

Cogi aliàs ad militiam omnes omninò cives poſſunt. *l.4. §. qui poſt. & §. qui filium. hic.*

Militum officium eſt, Imperatoribus parere, labores ac pericula impigrè ſubire, ordinem in omnibus ſervare, armis lætari, &c.

Eorum delicta, vel ſingularia ſunt, vel cæteris communia. *l. 2. hic.*

Communia communibus rerum criminalium judiciis coërcentur.

Singularia, quæ ad diſciplinam militarem pertinent, *qualia vide in l.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.eod.* extra ordinem puniuntur.

Et quidem aut caſtigatione corporali, aut mulctâ pecuniariâ, aut indictione munerum, aut gradus dejectione, aut miſſione ignominioſa. *l. 3. §. 1. hic.*

Militaria judicia, ſunt vel civilia, in quibus civiliter: vel criminalia, in quibus criminaliter agitur.

De caſtrenſi peculio.

TIT. XVII.

INter privilegia militum eſt, quod miles, licet filiusfamilias ſit, habeat peculium caſtrenſe, quod patri, jure patriæ poteſtatis, non acquiratur, *t. t. Inſt. per quas perſon.* de quo diſponere, atque adeò etiam teſtari poſſit quaſi paterfamilias, in eoque patrisfamilias perſonam planè gerat. *l. 2. ad SC. Maced. l. 2. hic. l.9 de inoff. teſt.*

Si tamen inteſtatus decedat, pater ei non fiet hæres, ſed occupabit omne peculium jure patriæ poteſtatis. *l. 1. & 2. hic.* Itaque hactenus peculii profectitii ſapit naturam.

Eſt caſtrenſe peculium, quod filiusfamilias miles ratione militiæ acquiſivit. *l.6. l.11. hic.*

Ad cujus peculii exemplum Principes dicta privilegia etiam filiisfamilias indulſerunt, in his quæ honeſtis togatæ militiæ artibus parant & lucrantur; unde hæc quaſi caſtrenſe peculium ſolent appellari. *l. ult. C. de inoff. teſt. §. 1. Inſt. per quas perſ. nob. acq.*

Digitized by Google

De veteranorum privilegiis.

Tit. XVIII.

VEterani ſunt, qui legitima viginti ann ſtipendia confecerunt: *l. ult. C. de his* *impl. ſtipend. ſacram. ſolu. ſunt.* aut qui honeſt miſſionem impetraverunt. *l. 2. hic. Theoph.* *Inſt. de teſt. ord.*

Hi immunitatem à muneribus, præcipuè nalibus, habent. *l. 2. l. 5. hic.*

A vectigalibus & patrimoniorum oneribus cile excuſantur. *l. 2. in fin. l. 4 hic. vid. l. 1. C. de*

Iis, & eorum liberis, idem honos habetu & Decurionibus. *l. 3. hic.*

DIGESTORU

LIBER L.

Ad municipalem, & de incolis.

Tit. I.

PRogrediamur nunc ad jura municipali Ea conſiſtunt & in perſonis, quæ Mur dicuntur, & in muneribus ac honoribus

Municipes, ſunt cujuſcunque civitatis, Ro Imperio ſubjectæ, cives. *l. 1. §. 1. hic.*

Fiunt tales, aut nativitate, *l. 1. in pr. hic.* ho origine; *d. l. 1. in pr. & l. fin. hic.* aut manumiſ aut adoptione, *l. 1. hic.* aut adlectione, *l. 3. C.* *qui ſponte mun. ſuſcep.*

Nativitas facit municipem; quia filius ex nuptiis ſuſceptus, ſequitur, non domicilium. *l.* *l. 17. hic.* ſed originem patris; *d. l. 1. §. 2.* ſpurius nem matris: *d. l. 1. §. fin. l. 9. hic.* niſi lege muni aliter caveatur. *d. l. 1. §. 2. d. l. 9. l. 3. C. de munic*

Cui origini, municeps ſua voluntate pra

Digitized by Google

cium facere, aut ab ea eximi, nequit; *l. pen. C. de municip. orig.* etiamſi in aliam civitatem domicilium transferat. *l. ult. C. eod.*

Nam & is, qui Senator factus eſt, originem retinet quod ad honores, non tamen quod ad munera obeunda. *l. 23. hic.*

Manumiſſio facit municipem; quia libertus originem patroni ſequitur; *l. 6. §. fin. l. 22. l. 23. l. 25. eod.* & ſi plures ſint, omnium. *l. 6. l. 17. §. ex cauſa. hic.*

Adoptio facit municipem; ſequitur enim adoptatus originem patris adoptivi. *l. 15. §. fin. l. 17. §. 9. hic.*

Adoptione tamen jus originis non mutatur, ſed utroque loco muneribus adoptatus & qui ex eo natus, *d. l. 17. §. 9.* adſtringitur, id eſt, tam in ea civitate ex qua originem ducit, quam in ea cujus per adoptionem civis factus eſt. *d. l. 15. §. fin.* Et ſic adoptione cumulatur prior origo, non etiam adimitur. *d. l. 15. §. fin. d. l. 17. §. 9.*

Sed origo adoptionis, emancipatione tollitur. *l. 16. hic.*

Adlectione ſunt municipes, qui in civitatem recipiuntur, & civitate donantur.

Municipes commodis, privilegiis & honoribus ſui municipii potiuntur.

Sed è contra ad munera tam perſonalia, quam realia, coguntur eò loci undè originem ducunt, quamvis alibi habeant domicilium: *l. 17. §. 4. l. 22. §. 2. hic.* tam filii, quam patresfamiliarum. *l. 21. eod.*

Si indicta munera ſubire detrectent, damnum Reipublicæ præſtabunt: *l. 21. eod.* niſi ſe, aut dignitate, *l. 17. §. 4. l. 18. hic.* aut ætate, *l. 2. §. fin. l. 6. §. 1. l. 11. de decurion.* aut alia ex cauſa, *l. 7. eod. t. t. de vacat. & excuſ. mun.* excuſent.

Dicuntur incolæ municipes, ſed impropriè. *l. 6. C. de incol.*

Incola eſt, qui domicilium, in civitate, unde non eſt oriundus, conſtituit: *l. 5. l. 7. C. eod.* non qui in agro permanet. *l. 35. ff. l. 3. C. eod.*

Domicilium eſt, ubi quis larem, ac rerum fortunarumque ſuarum ſummam conſtituit: undè non eſt diſceſſurus, ſi nihil avocet: undè cum diſceſſit pere-

Digitized by Google

peregrinari videtur: quod ſi redeat, peregrinari deſinit. *L. 7. C. eod.*

Non enim conſtituitur domicilium nudâ conteſtatione, *l. 20. hic.* nec ſolius emptione domus, *l. 17. §. 13. eod.* ſed re & facto. *l. 20. l. 27. eod.*

Poteſt, pro commodo rei familiaris, ubivis conſtitui, tam à filio, quam patrefamilias. *l. 3. 4. l. 6. l. 11. §. fin. l. 17. §. patris. hic.* etiam pluribus locis, *l. 6. in pr. & §. pen. l. 27. §. fin. eod.* dummodò ne ſit alíquo interdictum. *l. 31. eod.*

Domicilio tranſlato, incola munera debet ſubire, & ubi incola eſt, id eſt, quo domicilium tranſtulit, & unde originem ducit. *l. 29. ff. hic. l. 5. 6. C. de incol. l. 10. l. 1. C. de munic. orig.*

Poteſt pro libitu incolatui renunciare, & domicilium alio transferre, niſi jam ad honorem vel munus vocatus ſit: tunc enim prius honorem vel munus ſubire, & perficere debet. *l. 34. ff. l. 1. C. de incol. lib. 10.*

Si de jure municipii, aut incolatus, controverſia oriatur, coram Præſide, ſub cujus cura eſt ea civitas, à qua ad munera vocantur, eam expediri oportet. *l. 37. hic.*

De decurionibus, & filiis eorum.

TIT. II.

SVnt municipes aut curiales ſeu decuriones, aut plebeii.

Decuriones, ſunt qui in municipiis conſilio publico præſunt, & ſuæ curiæ quaſi Senatores. *l. 33. C. hic.*

Ex omni ferè hominum genere eligi ſolent, *l. 9. hic.* atque etiam cogi: *l. 9. l. 13. eod.* quin & ſpurii, in penuria meliorum, admittuntur. *l. 3. §. ſpurios. l. 6. eod.*

Sed ubi aliorum copia eſt, potiores ac ditiores à Præſide ſunt eligendi, *l. 6. l. 7. l. 11. eod.* & gradatim evehendi: *l. 3. §. Præſes. l. 11. l. 13. §. pen. eod.* excluſis plebeiis, *l. 7. §. 2. l. 9. hic.* vilibus, *l. 12. hic.* minoribus ætate, *l. 11. hic.* & ſenio confectis. *d. l. 11.*

Eligi

Digitized by Google

Eligi non poſſunt, ignominioſe ordine moti, relegati, *l.* 15. *l.* 17. §. 12. *ff. ad municip. l.* 2. 3. *l.* 13. *hic*, criminum capitalium rei, *d. l.* 17. §. 12. qui alium magiſtratum ſuſtinent, *d. l.* 17. §. 3. 4. qui eundem magiſtratum paulò ante geſſerunt. *l.* 18. *ad munic.*

Decurionum officium eſt, pecuniam publicam habere, recipere, tractare, *l.* 2. §. 1. *ad municip.* annonam curare, *l.* 8. *eod.* tributa exigere; *l.* 17. §. 7. *eod.* Rempublicam adminiſtrare, *l.* 8. *de muner.* & juriſdictionem, ad certum tamen modum, exercere. Si quidem puta ad altiora ſint evecti, ut Duumviri, aut Defenſores facti. *l.* 28. *l.* 26. *ad munic. Nov.* 15. *l. un. ſi quis jud.* 5. *d. l.* 12. *de juriſd.*

Eorum privilegia ſunt, quod non torquentur, non damnantur in metallum, *l. fin. hic. l.* 3. *de priv. veteran.* (quod hodie parum ſervatur, *fac. l.* 1. *C. ubi Senat. vel clariſſ. l. quoties. C. de dignit. lib.* 12.) alantur pauperes, *l.* 8. *hic.* privilegia ſua in liberos tranſmittant. *l.* 2. §. 5. *eod.*

De albo ſcribendo.

Tit. III.

Decurionum nomina in albo ſcribi ſolent, vel ſecundum legem municipalem, vel (eâ ceſſante) ordine, quo quiſque majoribus honoribus functus eſt. *l.* 1. & 2. *hic.*

Album, eſt numerus, ſive matricula decurionum.

Albi ordo, etiam in ſententiis ferendis, ſervandus eſt. *l.* 1. §. 1. *eod.*

Sola albi deſcriptio, decurionem non facit. *l.* 10. *de decurion.*

De muneribus & honoribus.

Tit. IV.

Munus publicum, eſt vel Ordinarium, vel Extraordinarium.

Illud eſt, quod Lege, vel more civitatis, ſecundum ætates & dignitates inter ſe municipes, ordine, hoc eſt, per vices, gerunt: *l.* 1. *C. de muner. patrim.* Cujus

Digitized by Google

jus generis eſt munus hoſpites in domum reci
l. 3. §. 11. *ff. hic. vide Cicer. in Verrin.* 3.

Extraordinarium (quod & civile dicitur
§.28.*hic*.) eſt officium privati hominis, ex quo
modum ad ſingulos, univerſoſque cives,
eorum, imperio magiſtratus ordinario, p
l. 239. §. *munus. de V.S.*

Eſt vel patrimoniale, vel perſonale, vel m
d. l. ult. in pr.

Patrimoniale, eſt quod ſumptibus patrim
detrimento adminiſtrantis expeditur. *d. l. ul*

Eſt duplex: quoddam poſſeſſoribus ædi
agrorum injungitur; quoddam ſolis mun
& incolis imponitur. *l.6.* §. *pen. d. l. ult.* §
§. 11. *hic.*

Perſonale munus, eſt, quod animi vigilan
corporali labore, ſine ſumptu, & ſine gerentis
perpetratur. *l.* 1. §. *illud. d. l. ult.* §. 1. *hic.*

Eſt vel publicum, vel privatum. *l.* 14.
ſcilicet utilitate.

Publicum, eſt, quod in adminiſtranda Re
cum ſumptu, ſine titulo dignitatis, c
d. l. 14. §. 1.

Privatum, eſt, quod in adminiſtratione re
tæ cernitur, ut tutela & cura. *fac. l. fin.* §. 1.

Mixtum munus, eſt, quod & corporali
rio geritur, & detrimentum gerentibus inf
tributorum exactio. *d. l. fin.* §. 26. *&* §§. *ſeq*

Honor municipalis, eſt adminiſtratio R
cæ cum dignitatis gradu, ſive cum ſumptu,
erogatione contingens. *l.* 14. *in pr. hic.*

Honorem ſuſtinenti munus deferri non
munus ſuſtinenti, honor deferri poteſt. *l.* 10.

De vacatione, & excuſatione munerum.

Tit. V.

Omnia munera & honores etiam invitis
guntur; niſi qui ſint immunes, & imm
uti velint. *l.* 9. *l.* 15. *de muner. l.* 1. *l.* 13. §.

Digitized by Google

Immunitas, eſt vacatio muneris, à jure, vel Principe conceſſa.

Excuſatio, eſt cauſæ immunitatis, ſeu vacationis, allegatio.

Ea initio proponenda eſt, ſimul ac munus injungitur, *l.pen.* §.*ult.hic*. & quidem per appellationem; nominatione atque electione factâ & inſinuatâ. *l.* 1. *hic. l.* 2. *C. de decur. lib.* 10. *l.* 4. *C. de appell.*

Cauſæ excuſationum multæ hoc titulo recenſentur.

Aliæ quæ liberant à muneribus perſonalibus & ab honoribus; ut ſi quis minor ſit viginti quinque annis; *l.*2. *pr. hic*. ſi appellationis causâ peregrinetur; *l.*8. §.*fin. eod.* ſi ſit negotiator frumentarius; *l.*9. §.1. *eod.* ſi defenſionem Reipublicæ ſuſceperit; *l.* 10. §. *fin. eod.* ſit veteranus. *l.* 7. *eod. l.* 2. *de veteran.*

Aliæ quæ à muneribus perſonalibus, non ab honoribus; ut ſi quis major ſit ſeptuaginta annorum; *l.* 2. §. 1. *hic.* ſi quinque liberos habeat. *l.* 8. *eod.*

Aliæ, ſed pauciſſimæ, quæ liberant à muneribus, quæ poſſeſſionibus, vel patrimoniis indicuntur, *l.* 11. *l.* 50. *eod.* Tales ſunt profeſſio liberalium artium, legum, medicinæ, officium. *l.* 6. *ubi Bart. & Dd. C. de profeſſ. & medic. lib.* 10. *l.* 6. *l.*10. §.*pen.hic.l.*11. *l.* 10. *C. de excuſat. mun. lib.* 10.

De jure immunitatis.

Tit. VI.

Jura immunitatis ſtrictè accipiuntur; Vndè is cui vacatio munerum conceſſa, magiſtratum recuſare non poterit; quia magiſtratus non munus eſt, ſed honos. *l.* 12. *de muner. & honor.*

Perſonis datæ immunitates, ad hæredes non tranſmittuntur: *l.*1. §.1.*hic.* niſi id in forma conceſſionis fuerit expreſſum; *l.* 4. *eod.* quo caſu tranſeunt in poſteros mares, non eos qui ex fœminis naſcuntur. *d. l.* 1. *in fin.*

Collegiis tributæ immunitates, perpetuæ ſunt. *l. pen. hic. l.* 7. §. *fin. quod cujuſque univ.*

Sed

Sed hæ non ad ſingulos pertinent; ſed tar
artifices, qui operam publicis utilitatibus
tiam exhibent. *l. pen. §. pen. hic.*

De legationibus.

Tit. VII.

IMmunitas etiam conceditur Legatis Reip
non modò in ipſa legatione, ſed bienni
poſt. *l. 7. §. 8. hic.*

Legati ſunt qui publicè, ſive à Principe
inferioribus civitatibus ad Principem, ad exp
negotia mittuntur.

Illi, vel legationem ſuo ſumpto peragend
cipiunt; & poſſunt dare vicarios; *l. 11. hic.*
gativum, id eſt, viaticum accipiunt; *l. 2. §.*
hic. l. ult. §. legati. de mun. & honor. & non
vicarium dare, niſi filios. *l. 4. §. legati. 4. hi*

Legativum, legato in Legationis munere
ćto, ab hæredibus ejus non reſtituitur. *l. 10.*

Legati eſſe non poſſunt, debitores Reip
infames, qui jus poſtulandi non habent: *l. 4*
plures quam tres; niſi aliud legationis dignita
d. l. 4. in fin.

Qui legatione fungitur, neque alienis, nec
priis negotiis ſe debet interponere, *l. 8. §.*
ſi impedimento eſſe poſſunt Rempublicam
ranti; ut agere, conveniri, &c. *l. 3. l. 12. e*

Quæ moram non patiuntur, rećtè exequ
quæ ad injuriam ſuam, *l. 10. eod.* pupillos
que; *l. 11. eod.* pertinent.

Legati ſanćti habentur. *l. fin. hic.* Si quid
premis Principibus aut Rebuſpublicis Sup
non recognoſcentibus, juraque Majeſtatis
bus, mittantur.

Quod iis donatum, non leganti, ſed ipſi
tur, quamvis legantis contemplatione dona
deri poſſit. *Gl. in l. ſi verò. 64. §. item. ubi B*
ſolut. matr. Gl. in l. qui proprio. 46. §. procu
procur.

Digitized by Google

Quamdiu Romæ legatione funguntur, nullâ propriâ actione conveniri poſſunt; *l.*3.*l.*8.*l.*11.*hic.* niſi ex ſuo delicto. *l.* 10.*eod.* *l.* 24. §. 1. *de judic.*

Si Romæ conveniantur, vel in comitatu Principis, etiamſi ibi contraxerint ante legationem vel extra provinciam ſuam, jus habent revocandi domum. *l.*2. §. 3. *l.* 8. *de judic.*

De adminiſtratione rerum ad civitatem pertinentium.

T I T. VIII.

Adminiſtratores rerum ad civitatem pertinentium ſunt varii; alii enim curatores Reipublicæ; *l.* 2. §. 6. *l.* 3. §. 3. *hic.* alii curatores Kalendarii, *l. ult.* §. 2. *de muner.* dicuntur, alii curam habent annonæ, *d. l. ult.* §. 8. alii curam emendi frumenti, olei, &c. *d. l. ult.* §. 5.

Adminiſtratores non modò dolum & culpam, ſed & diligentiam præſtare debent. *l.*6. *l.*2. *l.fin.hic.* Non culpam leviſſimam. Nam diligentiæ vox, hic ſumitur pro gradu ſummo: cui fere culpa leviſſima opponi ſolet. *ut patet ex l.*23. *ff. de R. I. l.*25. §.16. *ff. fam. erciſc. l.* 5. §. 2. *ff. commod.*

Ob culpam in ſimplum, ob dolum in duplum damnantur: ſed pœna in hæredes eorum non tranſit. *l. ult.* §. 4. *hic.*

Tenentur ad inſtar tutorum, ita ut prius conveniatur qui geſſit, ejuſque fidejuſſor; deinde in ſubſidium ejus collega. *l.*2. §.8. §.11. *&* §. *ſeq. l.*3. *in pr. &* §. *pen. hic.*

Ei qui pro collega ſolvit, ex æquitate, contra illum ejuſque hæredes datur actio ad repetendum quod ſolvit. *d. l.* 2. §. 9. *&* §. *ſeq.*

Officium adminiſtratorum in eo verſatur, ut rationes, ſecundum fidem datorum & acceptorum, ponant; *d.l.*2. §. 2. jus Reipublicæ ſine cautione ne locent; *l.fin.* §. 3. *eod.* nec pecuniam ad alios uſus, quam ad quos deſtinata eſt, convertant; *l.*1.*l.*2.§.2. *l.* 5. §. 1. *hic.* niſi utilitas Reipublicæ aliud ſuadeat. *l.* 1. *l.* 4. *hic. l. ult, in pr. de operib. publ.*

Debent

Digitized by Google

Debent Adminiſtratores Reipublicæ, Vſuras pecuniæ quæ apud ipſos remanſit. Ejus pecuniæ, quæ à redemptoribus operum non poteſt exigi, periculum ſortis tantum præſtant. *l. ult. in pr. hic.*

De decretis ab ordine faciendis.

TIT. IX.

SOlent de rebus civitatis, ab adminiſtratoribus civitatum, & ordine decurionum, pro uſu Reipublicæ, decreta interponi.

Quæ, ut valeant, requiritur, Vt legitimus decurionum numerus adfuerit, *l. 2. hic.* id eſt, minimum duæ decurionum partes: *l. 3. eod.* Ne ſint ambitioſa & in gratiam alicujus privati, nihil tale merentis, facta, ſed ad publicam utilitatem reſpiciant. *l. 4. eod.*

Decreta ſemel ritè interpoſita reſcindi non debent; niſi ex utilitate Reipublicæ: *l. 5. hic.*

Non obligant ad pœnam ignorantes, puta mercatores forenſes; *Rebuff. tom. 2. tract. de pœnis mercat. art. 2.* ut leges, *l. leges. C. de ll.* ſed tantum ſcientes. *l. fin. h. t.*

De operibus publicis.

TIT. X.

CVrator operum publicorum, *l. 2. §. 1. hic.* (dictus pater civitatis, *l. un. C. de ratiocin. oper. publ.*) eſt cui Reſpublica aut Princeps curam publicorum operum demandavit.

Cum redemptoribus operum publicorum negotium habet; qui ipſi, tenentur, ipſe verò ceſſationis nomine Reipublicæ tenetur, *l. 1. l. 2. §. 1. hic.*

Redemptores ſunt, qui opus ſuâ materiâ faciendum conducunt. *l. 39. in pr. de rei vind.*

Opus publicum novum, ſumptu publico, ſine permiſſu Principis, fieri non poteſt. *l. 3. §. 1. hic.*

Sumptu privato, etiam inconſulto Principe, ad Reipublicæ tamen utilitatem, fieri poteſt, prætterquam

quam ſi ad æmulationem alterius civitatis pertineat, vel materiam præbeat ſeditioni. *d. l. 3. in pr.*

Opera publica quæ ſecuritatem publicam continent, ut ſunt mœnia, portæ, &c. nec reparari nec extrui, ſine reſcripto Principis, poſſunt. *l. pen. hic.*

Operibus publicis ullius quam Principis nomen inſcribi nefas eſt: *l. fin. hic.* excepto ejus cujus munificentiâ opus factum, *l. 2. & 3. hic.* vel inſtauratum eſt. *l. fin. eod.*

De nundinis.

Tit. XI.

Habent civitates jus nundinarum, non tamen omnes, ſed hæ tantum quæ illud à Principe impetrarunt. *l. un. C. hic. l. 1. ff. eod.*

Nundinæ, ſunt conventus, ex diverſis pagis, civitatibus & provinciis, commercii cauſa, inſtituti. *Pac. in definit. hic.*

Differunt à mercatu; (de quo hic non loquimur) qui eſt conventus ex proximis pagis commercii causâ inſtitutus.

Qui veniunt ad nundinas, non poſſunt, privati debiti, antea contracti, nomine conveniri: *d. l. un.* in ipſis nundinis contracti nomine, poſſunt. *fac. l. 19. §. 2. de jud. Diſſ. Bachov. in not. ad Weſembec. hic.*

Ius nundinarum impetratum, non utendo per decennii tempus amittitur. *l. 1. hic.*

De pollicitationibus.

Tit. XII.

Pollicitatio, eſt nudum & ſpontaneum unius offerentis promiſſum, qui benignè Reipublicæ ſe facturum pollicetur. *l. 3. hic.* Ideoque à contractu, & pacto, differt, quod eſt duorum pluriumve conſenſus atque conventio. *d. l. 3.*

Debetur Reipublicæ ex pollicitatione facta, *l. 6. §. 1. verſ. ſed etſi. de muner,* ſive à maſculo, ſive à fœ-

mina, *l.6.§.2.hic.* dummodò ex juſta cauſa p
ſerint, puta ob honorem ſibi decretum, vel
nendum: *l.6. l.9. l.1.§.1. l.4. l.7.hic.* aut opu
miſſum jam ſit inchoatum. *l. 1. §. 1. & ſeqq*

Obligatio pollicitationis in hæredem tr
quamvis interdum minuatur. *l. 6. l. 9. l. pen*

Non tamen tranſit in hæredem ſi quis, ob
rem vel ſacerdotium ſibi delatum, pecuniar
miſit, & antequam magiſtratum iniret, dec
l. 11. hic.

Tranſit, & quidem in ſolidum, in hæredem
adipiſcendi honoris, aucupandæque populi
cauſâ, promiſit, & decedat; Æris enim alien
habetur. *l. 6. l. 9. hic.*

De pollicitationibus in civitate factis ju
cognitio eſt, *l. 8. hic.* qui formam pollicitati
tam ſervari curabunt, *l. 10. hic.* niſi aliud R
cæ utilitas poſtulabit. *l. 13. eod.*

Pollicitatio Deo facta, (votum appellat
net, ſi aut paterfamilias pubes, aut filiusfa
vel ſervus, conſenſu patris vel domini, eam
l. 2. eod.

Res quæ vovetur, ſoluta fit ſacra; ſolâ v
miſſione, ſacra non efficitur.

Pollicitatio privato facta, non producit ob
nem, etſi cauſa ejus faciendæ, ſit, aut eſſe poſ

De extraordinariis cognitionibus. &
dex litem ſuam feciſſe dicetur.

TIT. XIII.

PRætor vel Præſes, aut judicem dat, aut
dinem ipſe, ex nobili officio ſummatim
l. 1. C. ut in poſſeſſ. leg. & certum cauſarun
ſpeciali aliqua lege ipſius cognitioni co
cognoſcit. *ut l. 8. de tranſact. l. 2. de fer.*
de reb. eor. l. 1. & t. t. quemad. teſt. aper
t. t. de ſuſp. tut.

Cognitionum numerus cum ex variis
ſcendat, in genera dividi facilè non poteſt,

Digitized by Google

matim dividatur. Numerus ergò cognitionum in quatuor ferè genera dividi poteſt. Aut enim de honoribus ſive muneribus gerendis agitatur. Aut de re pecuniaria diſceptatur. Aut de exiſtimatione alicujus cognoſcitur. Aut de capitali crimine quæritur. *l.* 5. *hic.*

De re pecuniaria, ut mercede, extra ordinem Prætor jus dicit, Profeſſoribus ſtudiorum liberalium, *l.* 1. *in pr. hic.* Advocatis, *d. l.* 1. §. 10. Medicis, *d. l.* 1. §. 1. ludi literarii magiſtris, *d. l.* 1. §. *ludi.* librariis, notariis, tabulariis, *d. l.* 1. §. 6. nutricibus; *d. l.* 1. §. *pen.* & contra eoſdem. *l.* 3. *hic.*

Nam quibus jus dicit extra ordinem, adverſus eos quoque mutuas petitiones, etiam ordinarias, admittit. *l.* 1. §. *fin. hic. vid. l.* 14. *C. de ſent.*

Solet etiam de aliis rebus variis extra ordinem jus dici. Quaſdam recenſent ICti *in l.* 2. *& l. fin. hic.*

Si judex à Prætore datus malè, dolo, vel culpâ, judicaverit, litem ſuam faciet. *d. l. fin.*

Culpa, & per imprudentiam ſi id fecerit, actione in factum ex quaſi delicto tenetur, & de ea re arbitrio judicantis punitur. *l. ult. hic. l.* 5. §. *ſi judex. de O. & A. in pr. Inſt. de obl. quæ ex quaſ. del.*

Sin dolo malo id fecerit, in veram litis æſtimationem punitur, & infamia notatur. *l.* 15. §. 1. *de judic. l.* 2. *C. de pœn. jud. qui malè jud.*

Dolo malo feciſſe videtur, ſi evidens arguatur ejus vel gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes. *d. l.* 15. §. 1.

Quod in judice obtinet, idem & in executoribus injuſtè exequentibus receptum eſt. *Bald. in l. ſancimus. C. de judic. Par. de Put. in tract. ſynd. ad verb. executio. cap.* 2.

De Proxeneticis.

TIT. XIV.

PEtitur etiam extra ordinem, officio Prætoris vel Præſidis implorato, proxeneticum. *l. fin. hic.*

Proxeneticum, eſt merces proxenetæ.

Digitized by Google

Quod quidem ſordidum eſt; ſolvendum t
cum quia proxenetarum uſus in magnis empo
neceſſarius; tum quia humanum eſt, *l. 2. hic*
lemqualem operam remunerari.

Proxeneta, eſt cujus beneficio & interven
inter duos, negotia contrahuntur. *Cujac. l*
obſ. 18.

Dolum & latam culpam duntaxat præſta
hic. inſtar menſoris. *t. t. ſi menſ. falſ. mod. d*

Teſtimonium, de hoc contractu, quem ip
ciliavit, dicere non poteſt, niſi utraque parte
tiente. *Nov.* 90. *cap.* 8. §. *quoniam.*

De cenſibus.

Tit. XV.

Cenſus eſt civium, *l.* 3. *in pr. hic.* bono
ad ipſos pertinentium, *l.* 4. *hic.* deſcri
blica. *l.* 10. *de probat. Pac. in definit. hic.*

Cenſitor eſt magiſtratus, qui cenſibus &
exigendis præeſt. *l.* 4. §. 1. *hic.*

Qui ſi per gratiam vel invidiam, vel n
tiam, vel culpam, injuſte cenſum indixerit,
norum jactura in quadruplum mulctatu
C. hic.

Cenſus indicitur, vel perſonis, quæ capit
pellatur; nam viritim, ratione perſonarum,
gula capita præſtandus eſt: *l.* 3. *hic. l.* 10. *C.*
& cenſ. lib. 11. vel rebus ſive agris, & jugatio
nam pro modo jugerum, *l.* 9. *C. eod. l. un.*
lon. Trac. lib. 11. & pro ſervis cenſitis atq
ctis (qui pars fundi tanquam inſtrumen
intelliguntur, *l.* 3. *l.* 7. *l.* 23. *C. de agr. &*
lib.), imponitur.

In deſcribendis perſonis notatur ætas, ſe
in pr. hic. & natio. Non enim maſculi
quatuordecim, fœminæ minores duodeci
d. l. 3. nec cives Romani, *l. un. C. de cap.*
exim. nec coloni Thracenſes, *l. un. C. de colo*
tributo onerantur.

Digitized by Google

In deſcribendis fundis notatur nomen cujuſque fundi, & in qua civitate, aut pago ſit, & quos proximos vicinos habeat, & ejus qualitas & quantitas. *l.* 4. *in pr. hic.* Nam cenſum non præſtant prædia, civitates, regiones immunes, & quæ Italici juris ſunt. *l. ult. hic.*

Indicto cenſu is ſuâ die, *l.* 5. §. 2. *hic.* à dominis prædiorum, *l.* 4. *l.* 15. *C. de agric. & cenſ. lib.* 11. ſolvi & exigi debet.

Qui non ſolvit, traditur militari cuſtodiæ; *l.* 2. *C. de exact. tribut.* vel ab eo pignora capiuntur & diſtrahuntur: *d. l.* 5. §. *fin. l.* 1. 2. *C. de cap. & diſtr. pign.* vel transfertur prædium ad alium. *l.* 9. *C. de ann. & trib. l.* 11. *l.* 19. *C. de omni agro deſert.*

Solventi ab exactore apochæ dandæ ſunt. *Nov.* 128. *inſuper definimus.*

Exactor, ante tempus, provinciis denunciare debet, ut ſe ad ſolvendum præparent. *l.* 2. *C. de indict. lib.* 10.

Debet tributum intra anni ſpatium (intra quod eſt ſolvendum) exigere, *l.* 7. *C. de exaction. trib. lib.* 10. & quodcunque, etiam particulatim, intra annum offertur, ſuſcipere. *l.* 4. *C. de collat. fund. patrim.*

Et debet ſingulis annis rationes reddere. *l.* 3. *C. de executor. & exact. lib.* 12.

De verborum ſignificatione.

Tit. XVI.

SEquuntur hi duo tituli de verborum ſignificatione, & de regulis juris, quia omnium titulorum ſuperiorum communes ſunt: Ex illis enim omnibus, nullus titulus eſt, ex quo non oratio aut verbum aliquod hoc titulo exponatur: aut variæ ſententiæ & regulæ titulo ſequenti proponantur.

Verborum appellatione, non ſolum ſimplicia vocabula, ut, *urbs, Roma*; *l.* 2. *hic, res. l.* 5. *hic. &c.* ſed etiam orationes, ut, *mihi hæredique meo. l.* 29. *eod. Cui rei dolus malus aberit abſuerit. l.* 69. *eod. &c.* ſignificantur.

Digitized by Google

In verborum ſignificatione voluntas potius,
verba inſpiciuntur. *l.* 219. *hic.*

Significatio enim verborum ſumitur, vel ex
muni uſu loquendi, vel ex proprietate ſerm
vel ex intentione proferentis, *l.* 96. *in pr. de leg.*
l. 18. §. 3. *de inſtr. vel inſtr. leg.* & ſic ex inte
tatione.

Interpretatio, eſt ambiguæ vel abſcondita
luntatis declaratio. *Alex. conſ.* 78. *n.* 12. *lib.*
Habet enim propriè locum in rebus obſcu
ambiguis. *Bald. in repet. l. ſi filius hæres. n.* 1
med. de lib. & poſth.

In quibus adhibenda eſt interpretatio con
l. 20. §. 6. *in fin. ubi Bald. de petit. hæred.*

Congrua dicitur, quæ verbis, perſonis, c
temporibus, & locis congruit. *c. ult. de tra*
Mant. de tac. & amb. conv. lib. 1. *tit.* 17. *n.* 2.

Omnis interpretatio duos habere debet con
ſcilicet, bonum & æquum. Ius enim eſt ars
& æqui. *l.* 1. *de I. & I.* Et omnia ad bonu
æquum ſunt redigenda. *l. quod ſi minor.* §. 1. *de m*
l. placuit. C. de judic. Bald. in l. in his quæ. de ll

Iudex ergò in ambiguis, benigniorem ſe
tiam præferre debet. *l.* 18. *l.* 25. *de ll. l.* 3. *de hi*
in teſt. del.

In ambigua voce legis, ea accipienda ſignific
quæ vitio caret. *l.* 19. *de ll.*

De diverſis regulis juris antiqui.

TIT. XVII.

INſcribitur hic titulus de diverſis regulis juris
qui, quia ex diverſis partibus juris antiqui
eſt, ejus quod in veterum Iuriſconſultorum
continetur) deſumptæ ſunt.

Regula enim ex jure colligitur, rem (id eſt
ſionem juris) breviter enarrans. *l.* 1. *hic.*

Regula igitur, eſt juris deciſio, multos caſu
viter complectens, vel juris deciſio, plerunqu
tinens. *Pac. in definit. hic.*

Digitized by Google

Concipi ſolet aut ſub ſigno univerſali, *l. in omnibus. l. omnia. cum ſimil. hic.* aut indefinito, *l. 2. 3. eod.* quod univerſali æquipollet, *l. 44. de legat. 2.* aut aliis dictionibus: quæ ſi non omnia, tamen multa comprehendunt: ut ferè, *l. 108. l. 153. hic.* plerunque, *l. plerunque. eod.* frequenter. *l. 64. cum ſimil. eod.* & ſimilibus.

Non conſtituit regula jus; eſt enim ex jure quod eſt. *l. 1. hic.*

Quod verum quoad illos caſus qui regulam præcedunt, ex quibus ipſa regula formatur. Secus eſt quoad alios caſus qui ante regulam determinati non inveniuntur; in quibus regula facit jus. *arg. l. cum legato. quand. dies leg. ced. l. 1. de reg. Caton. Decius. in l. 1. hic.*

Vndè in caſibus non determinatis, fundatam intentionem habet ille, qui regulam habet pro ſe, *ut not. per Gl. in l. omnis definito. hic. & in rubr. eod. tit. in 6.*

Et ſententia ſecundum regulam proferri debet; niſi in contrarium ſit probatum. *Bald. in c. 1. in 2. coll. de alien. jud. mut. cauſſ. fac. per l. qui reſtituere. de rei vend. text. in l. ab ea parte. de prob. & in l. ſuus quoque. verſ. puto generaliter. de hæred. inſt.*

Receditur tamen à regula, cum æquitas aliud ſuadet, *conſ. l. 1. de pact. & l. 1. de minor.* cum in aliquo eſt vitiata, *l. 1. hic.* id eſt, cum exceptio contra eam eſt.

Exceptio eſt quæ in paucis caſibus vitiat regulam, ut, præſes poteſt gladio aliquem punire, *l. 8. §. 1. de pœn.* non deportatione, *l. 2. §. 1. eod. l. 6. l. 1. de interd. & releg.* licet pœna gladii ſit major deportatione: item, mater vel avia poteſt eſſe tutrix; *Nov. 118. c. 5.* quamvis tutela ſit munus virile. *l. 1. C. quand. mul. tut. off.*

Idcircò in jure, particula *plerunque* ſignificat regulam: particula *aliquando*, exceptionem. *Pac. Iſag. hic.*

Exceptio confirmat regulam, in caſibus non exceptis. *Bart. in l. quæſitum. §. denique. de fund. inſtr. fac. l. tribunus. §. fin. de teſtam. milit.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google